LAVRENTII VALLAE ELEGANTIARVM LATINAE LINGVAE LIBRI SEX.



EIVSDEM
De Reciprocatione Sui, & Suus, libellus.

Ad ueterum denuò codicum fidem ab Ioanne Rænerio emendata omnia.

*



VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.



LVGDVNI APVD SEB. GRYPHIVM,
1551.

STVDIOSO LE-
CTORI S.

Habes lector optime hos elegantiarum libros multò quàm antehac unquam prodierint, emaculatiores, Ioannis Ræneriј opera, cum nonnullis annotationibus, tibi haud parū profuturis, ab eodem in margine additis. Veterum autem autorū exempla, quæ Valla in eorū, quæ de lingua Latina præcepit, testimoniū protulit, corrupta ferè, deprauataq́; erant, ut uix ad eius negotium facere uiderentur; ea optima fide restituit. Vt te quoq; maiore beneficio demereretur, loca unde ea sibi Valla desumpserat, ueluti digito indicās, margini adiecit: ut si posthac chalcographorum aut incuria, aut inscitia peruerti contingat, tibi sit unde ea nullo negotio reparare queas.

Vale lector, Ræneriјq́; laboribus fruere.

LAVRENTIVS VAL-LA IOANNI TORTELLIO

Aretino, cubiculario Apostolico, Theologorum facundißimo, S.



IBROS de linguæ Latinæ elegantia (mi Ioannes unicum amicitiæ specimen, & omnis sciētiæ decus) olim iam tibi debitos, totiesq; abs te efflagitatos, & tanquam creditore repetitos, tandem exhibeo, nominiq; tuo dedico, ac uelut æs alienū persoluo: & (ut longioris moræ dem pœnas) etiam cum fœnore, eoq; tanto, ut sorti par sit. Nam quum sex essent libri, quos tibi (cui omnia debeo) repromiserā: nunc totidem ad illos accedunt, eiusdē, germanæq; materiæ: & quasi semißi semis additus, explet assem lucri. Fecisti itaq; tu longā quidem expectationē: uerùm ipsius expectationis non negligētia mea, sed cōsilium extitit causa. Nolo enim fraudare beneficium meū gratia sua. Siquidē nullā aliā inire rationem poteram, qua libros iniussu meo (ut scis) editos, & in plurima exēplaria trāscriptos tibi dicarē, nisi & repurgarē diligētius, & (quod maius est) aliorū ueluti reliqui corporis accesßione perfectos me emittere testarer, ut nemo nisi ab hoc fonte, & eius riuis nostrarū Elegātiarū aquas sibi hauriendas existimaret, non solùm uberiore gurgite, sed etiā nitidiore. Quò magis et spero, et opto, libros hos abs te in summi pōtificis bibliotheca repositū iri, teq; curaturum, ut ille, cuius cōtubernalis es, et studiorū intimus comes, nōnūquā eos euoluat, & quēadmodū de parte iā fecit, totū opus laudet, eximiū profectò, ac maximū laboris mei fructū, ac præmiū. Nam quis uberior fructus, aut quod

magis opimũ præmiũ generoso animo contingere potest, quàm laudari à laudato uiro: ut ille apud Actium inquit: Gaudeo abs te laudari, pater, laudato uiro. Etenim qsnã multis iam seculis laudatior extitit, qui'ue sit magis iure laudãdus, quàm nostrũ omniũ pater summus Põtifex Nicolaus Quintus? Qui nõ, magis prudentißimorũ hominũ iudicio electus esse, quàm natus ad illã dignitatẽ uidetur: quem Deus nobis præbẽs, singulari quadam hoc seculum est beneficentia prosecutus: & quo sospite (ut est hominũ opinio) res humanæ futuræ fœlices sunt. Adeò nescias, an uirtus eius, an dignatio inter homines magis emineat: & inter ipsius uirtutes, quæ cui præstet, si qua modò præstat & nõ unaquæq; omnes in se numeros habet, nisi ut quòd qsq; maximè uirtutẽ aliquã colit, ita maximè adesse huic illã existimat: ueluti tu nõnunquã, atq; ego prudẽtiã, cùm cæterarũ rerũ, tum uerò literarũ. Quid enim tã arduũ, tam difficile, tam profundũ, quod nõ cõsilij altitudine expediat, cõficiat, trãsigat? Tot summi põtificatus, quẽ ꝓpè lacerũ, ac naufragũ acceperat, negotia, qbus distrigitur, quorũ pars quẽlibet aliũ deprimeret, unus omnia curat, omnia suis humeris sustinet, unus omnia obit, & (qđ magis nostrã admirationẽ auget) nõ fortiter modò, sed etiã libẽter. Diuina nimirùm est in eo ingenij celeritas, ac uis. Iam uerò de literis quoties nobiscũ, alio'ue quo erudito, post fluctus occupationũ loquitur? Taceo qua pronũtiãdi maiestate, et gratia, quãta memoria, quãta rerum copia, quãta doctrinarũ omniũ peritia eluceat, uel humanarũ, ut historicæ, ut oratoriæ, ut grãmaticæ, ut philosophicæ, ut poëticæ, etiã metricæ: uel diuinarum, ut theologiæ, ut omnis iuris, ut eius q̃ Græci μεταφυσικὴν uocãt. Nihil ita arduũ, itaq; abditũ qđ' eũ fallat: nihil ita tenue in literis,

exig

exiguumq́; (unde haud secus miror) quod eum fugiat: eoq́; nũquàm minus loqui, magis attẽdere mihi libet, quàm quũ ipsum audio. Pace tamẽ eius dictũ sit, nõ minus ornat illã dignitatem, q̃ ab illa ornetur. Nec ego minus ueneror eius uirtutes apud me, q̃ datas à Deo Apostol. claues, quũ præsertim sciẽtia sacrarũ literarũ clauis uocetur, ab eodẽ Deo tributa, quæ aperit, et nemo claudit: claudit, et nemo aperit. Itaq; utraq; manu claues gestat, sapiẽtiæ altera, altera potestatis. Quare (ut liberè quod sentio dicam) uel magis mihi lætandũ, atq; gloriandũ erit, si à tam integro, tã sancto, tã sapiẽti uiro, q̃ si à summo Pontifice laudabor. Sum mi enim Pontifices multi fuerũt, sed qualis hic, uix unus, aut alter: quem absit ut emerendi fauoris gratia impensius laudauerim, quippe qui sciam & me improbaturos homines, si mentiar: & illũ talem esse, qui nec seipsum ignoret, & testimonia suarũ laudũ malit in pectoribus esse, quàm in linguis. Neq; uelim te hanc ei epistolã ostẽdere. In qua etsi laudatur, id tamẽ nõ ideo fit, ut has laudes ipse, sed ut cæteri legãt: & (quod ad nos attinet) magna sanè honori tuo, ac meo fiet accessio ex hac Nicolai põtificis cõmemoratione, Etenim si in arcubus triũphalibus, & columnis, cæterisq́; id genus operibus in honorẽ aliquorũ extructis, quò sint augustiora, cernimus interdum alicuius Dei, aut Deo similis imaginẽ superpositam: cur ipse non putẽ mihi faciundum, ut huic meæ columnæ (non ausim dicere arcui) duodecim passus altæ, quã ego opifex tibi ob singularem eruditionẽ, summã beneuolẽtiã, maxima in me merita dicaui, imaginẽ Nicolai summi Pontificis mea manu scalptã in culmine collocẽ, ut operis decori quædam etiam ex ipso præside maiestas accedat? Ita et nostra in illũ reuerẽtia, ac religio, & illius in nos fauor, splendorq́; constabit. Vale.

LAVRENTII

VALLAE PATRITII ROMANI, & de lingua Latina bene meriti, in sex Elegantiarum libros elegans & docta admodùm præfatio.



VVM sæpe mecum nostrorum maiorum res gestas, aliorumq; uel regum, uel populorum cōsidero, uidentur mihi non modò ditionis nostri homines, uerùm etiā linguæ propagatione cæteris omnibus antecelluisse. Nam Persas quidem, Medos, Assyrios, Græcos, aliosq; permultos longè, lateq; rerum potitos esse: quosdam etiam, ut aliquantò inferius quàm Romanorum fuit, ita multò diuturnius imperium tenuisse constat: nullos tamen ita linguam suam ampliasse, ut nostri fecerunt: qui (ut oram illam Italiæ, quæ magna olim Græcia dicebatur: ut Siciliam, quæ Græca etiam fuit: ut omnem Italiam taceam) per totum penè Occidentē, per Septentrionis, per Aphricæ non exiguam partem, breui spatio linguam Romanā (quæ eadem Latina à Latio, ubi Roma est, dicitur) celebrem, & quasi reginam effecerunt, & (quod ad ipsas prouincias attinet) uelut optimam quandam frugem mortalibus ad faciendam sementem præbuerunt: opus nimirùm multò præclarius, multoq; speciosius, quàm ipsum imperium propagasse. Qui enim imperium augēt, magno illi quidē honore affici solent, atq; Imperatores nominātur: qui autem beneficia aliqua in homines cōtulerunt, ij nō humana, sed diuina potius laude celebrātur quippe qui nō suæ tātùm urbis amplitudini, ac glo-

riæ cõsulant, sed publicæ quoq; hominũ utilitati, ac saluti. Itaq; nostri maiores rebus bellicis, pluribusq; laudibus cæteros homines superarũt, linguæ uerò suæ ampliatione seipsis superiores fuerunt, tanquã relicto in terris imperio, consortiũ Deorum in cœlo cõsecuti. An uerò (Ceres quòd frumẽti, Liber quòd uini, Minerua quòd olei inuẽtrix putatur, multiq; alij ob aliquã huiusmodi beneficẽtiã in Deos repositi sunt) linguam Latinã nationibus distribuisse minus erit optimã frugẽ, & uerè diuinã, nec corporis, sed animi cibũ? Hæc enim gẽtes illas, populosq; omnes omnibus artibus, quæ liberales uocantur, instituit: hæc optimas leges edocuit: hæc uiã ad omnẽ sapientiam muniuit: hæc deniq; præstitit, ne barbari amplius dici possent. Quare quis equus rerũ æstimator nõ eos præferat, qui sacra literarũ colentes, ijs, qui bella horrida gerẽtes, clari fuerunt? Illos enim regios homines, hos uerò diuinos iustißimè dixeris, à quibus non (quemadmodũ ab hominibus fit) aucta Respublica est, maiestasq; populi Rom. solùm, sed (quẽadmodũ à dijs) salus quoq; orbis terrarũ: cò quidẽ magis, quòd qui imperiũ nostrũ accipiebant, suum amittere, & (quod acerbius est) libertate spoliari se existimabãt, nec fortasse iniuria: ex sermone autẽ Latino nõ suũ imminui, sed condiri quodãmodo intelligebãt: ut uinũ posterius inuentũ, aquæ usum nõ excußit: nec sericũ, lanã, linũq;: nec aurũ, cætera metalla de possessione eiecit: sed reliquis bonis accessionẽ adiunxit. Et sicut gẽma aureo alligata annulo nõ deornamẽto est, sed ornamẽto: ita noster sermo accedens aliorũ sermoni uernaculo, cõtulit splendorẽ, nõ sustulit. Neq; enim armis, aut cruore, aut bellis dominatũ adeptus est: sed beneficijs, amore, concordia. Cuius rei (quãtũ cõiectura suspicari licet) hoc, ut ita loquar, seminariũ fuit.

Clari fuerũt? hîc bis repeti debet.

Primùm, quòd ipsi maiores incredibiliter se in omni studiorũ genere excolebant: ita, ut ne in re quidẽ militari ali quis, nisi idem in literis, præstans esse uideretur: quod erat cæteris ad æmulationẽ non exiguũ incitamentũ. Deinde, quòd ipsis literarum professoribus præmia egregia sanè proponebant. Postremò, quòd hortabantur prouinciales omnes, ut cùm Romæ, tũ in prouincia Romanè loqui con suescerent. Ac (ne pluribus agã) de cõparatione imperij, sermonisq́; Romani, hoc satis est dixisse. Illud pridem, tan quam ingratum onus, gentes, nationesq́; abiecerunt: hunc omni nectare suauiorẽ, omni serico splendidiorẽ, omni au ro, gemmaq́; pretiosiorẽ putauerunt, & quasi Deũ quendam è cœlo demissum, apud se retinuerunt. Magnũ ergo Latini sermonis sacramentũ est, magnũ profectò numen, quod apud peregrinos, apud barbaros, apud hostes, sanctè, ac religiosè per tot secula custoditur, ut nõ tam dolen dum nobis Romanis, quàm gaudẽdum sit, atq; ipso etiam orbe terrarũ exaudiente gloriãdum. Amisimus Romam, amisimus regnũ, amisimus dominatũ, tametsi non nostra, sed temporum culpa: ueruntamẽ per hunc splendidiorem dominatũ in magna adhuc orbis parte regnamus. Nostra est Italia, nostra Gallia, nostra Hispania, Germania, Pãnonia, Dalmatia, Illyriũ, multæq́; aliæ nationes. Ibi nãq; Romanũ imperium est, ubicũq; Romana lingua dominatur. Eant igitur nũc Græci, & linguarũ copia se iactent. Plus nostra una efficit, et quidẽ inops (ut ipsi uolũt) quàm illorũ quinq; (si eis credimus) locupletißimæ: & multarũ gentiũ uelut una lex, una est lingua Romana: unius Græciæ (quod pudendum est) nõ una, sed multæ sunt tanquam in Repub. factiones. Atq; exteri nobiscum in loquẽdo con sentiunt: Græci inter se consentire nõ possunt, nedũ alios ad ser

ad sermonē suū se perducturos sperent. Variè apud eos loquuntur autores, Atticè, Aeolicè, Ionicè, Doricè, κοινῶς: apud nos, id est, apud multas natiões, nemo nisi Romanè, in qua lingua disciplinæ cūctæ libero homine dignæ cōtinentur, sicut in sua multiplici apud Græcos: qua uigente, quis ignorat studia omnia, disciplinasq́; uigere? occidēte, occidere? Qui enim summi philosophi fuerūt, summi oratores, summi iurecōsulti, summi deniq; scriptores? nēpe ij, qui bene loquēdi studiosißimi. Sed me plura dicere uolentē, impedit dolor, & exulcerat, lacrymariq́; cogit intuētē quo ex statu, & in quē facultas ista reciderit. Nā quis literarū, quis publici boni amator à lacrymis tēperet, cùm uideat hāc in eo statu esse, quo olim Roma capta à Gallis? Omnia euersa, incensa, diruta, ut uix Capitolina superſit arx. Siquidē multis iā seculis nō modò Latinè nemo locutus est, sed ne Latina qdē legēs intellexit: nō philosophiæ studiosi philosophos, nō causidici oratores, nō legulei iurecōsultos, nō cæteri lectores ueterū libros perceptos habuerūt, aut habēt: quasi amisso Romano imperio, non deceat Romanè nec loqui, nec sapere: fulgorē illū Latinitatis, situ ac rubigine paßi obsolescere. Et multæ quidē sunt prudētiū hominū, uariæq́; sentētiæ, unde hoc rei acciderit, quarum ipse nullā nec improbo, nec probo, nihil sanè pronūtiare ausus: nō magis q̄ cur illæ artes, quæ proximè ad liberales accedūt, Pingēdi, Scalpēdi, Fingēdi, Architectādi, aut tā diu, tātoq; opere degenerauerint, ac penè cū literis ipsis demortuæ fuerint, aut hoc tēpore excitentur, ac reuiuiscāt: tātusq; tū bonorū opificū, tū bene literatorū prouētus efflorescat. Verūenimuero quò magis superiora tēpora infelicia fuere, quibus homo nemo inuētus est eruditus, eò plus his nostris gratulandū est, in quibus (si paulò

Id est, communiter.

amplius adnitamur) cõfido propediẽ linguã Romanã uerè plus q̃ urbẽ, & cũ ea disciplinas omneis, iri restitutũ. Quare pro mea in patriã pietate, imò adeò in omneis homines, & pro rei magnitudine cunctos facũdiæ studiosos, uelut ex superiore loco libet adhortari, euocareq́;, & illis (ut aiũt) bellicũ canere. Quousq; tãdẽ Quirites, (literatos appello, et Romanæ linguæ cultores, q et uerè, & soli Quirites sunt, cæteri enim potius inquilini) quousq; inquã Quirites urbẽ uestrã, nõ dico domiciliũ imperij, sed parẽtẽ literarũ à Gallis esse captã patiemini: id est, Latinitatẽ à barbaria oppreßã? Quousq; profanata omnia duris, & penè impijs oculis aspicietis? An dum fundamentorũ reliquiæ uix appareãt? Alius uestrũ scribit historias: istud est Veios habitare. Alius Græca trãsfert: istud est Ardeæ cõsidere. Alius orationes, alius poëmata cõponit: istud est capitoliũ, arcẽq́; defendere. Præclara quidẽ res, et nõ mediocri laude digna: sed hoc nõ hostes expellit, nõ patriã liberat. Camillus nobis, Camillus imitãdus est, qui signa (ut in-
Aeneid. 6. quit Verg.) in patriã referat, eãq; restituat: cuius uirtus adeò cæteris præstãtior fuit, ut illi q uel in Capitolio, uel Ardeæ, uel Veijs erãt, sine hoc salui esse nõ poßẽt. Quod hoc quoq; tẽpore cõtinget: et cæteri scriptores ab eo, q de lingua Latina aliquid cõposuerit, non parũ adiuuabũtur. Equidẽ (quod ad me attinet) hũc imitabor, hoc mihi proponam exemplũ, cõparabo (quãtulumcunq; uires meæ ferẽt) exercitũ, quẽ in hostes quàm primùm educã: ibo in aciẽ, ibo primus, ut uobis animũ faciã. Certemus, quæso, honestißimũ hoc, pulcherrimumq́; certamẽ: nõ modò ut patriã ab hostibus recipiamus, uerum etiã ut in ea recipiẽda qs maximè Camillũ imitabitur, appareat. Difficilimũ quidẽ præstare, quod ille præstitit, omniũ imperatorũ mea sen-

tentia

tentia maximus, riteq; secundus à Romulo cõditor urbis appellatus. Ideoq; plures, pro se quisq;, in hãc rẽ elaboremus, ut saltẽ multi faciamus, quod unus effecit. Is tamẽ iure, uereq; Camillus dici, existimariq; debebit, qui optimã i hac re operã nauauerit. De me tãtùm affirmare possũ, ut non sperarẽ tantæ me rei satisfacturũ, ita difficilimã sumpsisse laboris partẽ, durissimamq; prouinciã, ut redderem alios ad cætera prosequẽda alacriores. Hi enim libri nihil ferè quod ab alijs autoribus (ijs duntaxat qui extãt) traditum est, continebunt. Atq; hinc principiũ nostrũ auspicemur.

De nominibus quorum ablatiui plurales exeunt in Abus. CAP. I.

DEVS, dea, deabus dicimus: Diuus, diua, diuabus nõ dicimus. Item in quibusdã alijs: ut, Filius, filia, filiabus: non Priuignus, priuigna, priuignabus: Natus, nata, natabus: non Genitus, genita, genitabus: Equus, equa, equabus: Mulus, mula, mulabus: nõ Asinus, asina, asinabus: nec Iuuẽcus, iuuenca, iuuẽcabus: nec cætera similia. nõ Ceruus, cerua, ceruabus: non Lupus, lupa, lupabus. Itẽ ut dicimus Libertus, liberta, libertabus, ita nõ dicimus Libertinus, libertina, libertinabus: non Patronus, patrona, patronabus: non Concubinus, cõcubina, cõcubinabus: non Pedissequus, pedissequa, pedissequabus: nõ Seruus, serua, seruabus: nõ Famulus, famula, famulabus: nõ Dominus, domina, dominabus: nõ Animus, anima, animabus: tametsi quidã his posterioribus utũtur. Cicero tamẽ ad uxorẽ, & filiã scribẽs, Duabus animis suis dixit, non animabus. Et Curtius de matre, & uxore Darij, Dominis, non dominabus dixit. Quòd siqui per licentiã aliter loquũtur, non est mirandum: cùm quidam ueteres dixerint Dextrabus, pro dextris: & Eabus, pro eis. Sed ego de usu loquendi disputo, nõ de abusu.

Epi.14. libro
25. epist. fam.
Lib.3.

De Verbalibus exeuntibus in Atio. CAP. II.

NOmina quæ ueniūt à uerbis primæ cōiugationis, positionē supini habētibus in itum, uel in ctum, præter cæterorū uerborū legē exeūt in atio, & nō in itio, uel in ctio: ut, Veto, uetui, uetitū: inde uetatio, non uetitio. Præsto, præstiti, præstitū, præstatio: nō præstitio. Cubo, cubui, cubitū, cubatio: nō cubitio. Domo, domitū, domatio: nō domitio. Sono, sonitū, sonatio: nō sonitio. Crepo, crepitū, crepatio: nō crepitio. Tono, tonitū, tonatio, non tonitio: licet dicamus sonitus, crepitus, tonitus: nō sonatus, crepatus, tonatus. Frico, frictū, fricatio, nō frictio: et ita in cæteris. Sectio tamē crebrius reperitur, q̄ secatio. Horum participia dißimilia sunt. Nam ea, quæ sunt præteriti tēporis, exeunt in itus: quæ uerò futuri, ī aturus: uetitus, uetaturus: præstitus, præstaturus. Vnde Lucanus: Cōstatura fides superūm.
Lib. 1. Domitus, domaturus: & ita in cæteris. Lauo, & Poto nō habēt supina, neq; in atū, neq; in itū, neq; in ctū, sed in otū: ideoq; formāt nomina sua lotio, et potio: inde sunt lotor, et potor uerbalia nomina: et lotiū pro urina, prima tamē breui, non longa. Aliquādo reperitur lauatū, & potatū: inde sunt lauatio, & potatio: lauatorq;, & potator. Iuuo, iuui, iutū, nec in hūc, nec in illum modū format suū deriuatiuū. Cæterū ex alio supino iuuatum, facit iuuatio: ab illo fit iutor, seu potius adiutor. Ex cæteris autē pauca sunt nomina uerbalia in or, ut domitor, non domator: & Sector, qui significat eū accusatorē, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectat illius, aut certè aliquam partem.

De hoc nomine Ludicrum. CAP. III.

Prisc. lib. 7. LVdicra (inquit Priscianus) & nō ludicria, ab hoc ludicri dicimus. Vergilius in XII. –Neq; enim leuia, aut ludicra petūtur Præmia. Per quod uult ludicra tertiæ decli-

declinationis,cùm contrà notum sit secūdæ esse:ut in lege illa frequēter repetita, Qui artem ludicrā exercuerit,in quatuordecim ordinibus primis ne sedeat. Ars ludicra, *est ars histrionica, & scenica: & (ut sentio) quicquid nomine ludicri intelligitur.* Nam ludicrū, *quod est substantiuum, non modò ludus histrionicus est & scenicus, sed quodcunque lusorum opus, ac ioculare, etiam ludi publici.*

De hoc nomine Ficus. CAP. IIII.

F*Icus (idem inquit) etiam uitium corporis quartæ est;* Prisc.lib.6.
Martialis primo Epigrammatωn: Epig.33.

Cùm dixi ficus, rides quasi barbara uerba,
Et dici ficos Cæciliane iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficus Cæciliane tuos. *Ex quo ostendit & uitiū, & fructū quartæ esse declinationis, genere autem differre. Ego uerò reperio ancipitē apud Martialem scripturam, & frequentius sic, ut & ipse puto scribendum:*

Cùm dixi ficos, rides quasi barbara uerba,
Et dici ficus Cæciliane iubes.
Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,
Dicemus ficos Cæciliane tuos.

Ante omnia, cur ille risisset Martialē, quòd diceret ficus? An nō reperitur ficus, saltē pro arbore, atq; etiā pro fructu, in numero singulari? Non hoc ergo ille ridebat. Quid ergo? quòd genere abuteretur? ne hoc quidē. Quippe cùm dico ficus, quo genere utar, nemo intelligit. Certè ridebat ꝙ *alia declinatione uteretur,* q̄ *ea, qua debebat, ut ex secūdo uersu, in quo mutata est declinatio, apparet. Quòd si igitur Cæcilianus de declinatione agebat, nō de genere, debuerat Martialis ad declinationē, nō ad genus respondere, ut est putandū: atq; adeò necesse est eū respōdisse. Siquidem*

quidem(ut ostendi) ille reprehẽderat, quòd hic ficos diceret, nõ ficus. Quæ reprehensio si uera est, ut Prisciano *uidetur, q̃ uult ficus magis esse quartæ, quæ tandẽ modestia poëtæ fuisset, cũ q̃ rectè admoneat, tã execrabili etiã uero crimine incessere? ergo cõiunxit accusationẽ imperitiæ cũ accusatione flagitij per iocũ, et dicacitatẽ, ut moris sui est, quòd ille adeò stolidus, non solũ nequã esset, ut negaret ficos reperiri, quos secũ semper, et quidẽ cũ dolore gestaret: quod minime mirũ est reperiri, quũ pro fructu, ad cuius similitudinẽ morbus appellatus est, ĩ secũda declinatione, et (ut opinor) in genere masculino nõ modò apud poëtas, sed*

Ser.2.saty.8. *apud oratores quoq; p̃batissimos reperiatur: ut* Horatius,

Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi.

Lib.1.epist.7. Et Plinius *ad* Octauium Rufum, *Quæ nunc cum ficis, & boletis certamẽ nondum habent.* Et Cicero de Senectute, *Ex tantulo grano fici. Quidã grammaticorũ recentium, id est, imperitorum, aiunt pro fructu quartæ, pro arbore secũdæ esse declinationis, quũ pro arbore sit sæpius quar-*

Lib.2. *tæ: ut idem de* Oratore: *Vxorẽ suam suspẽdisse se de ficu.*

Satyra 10. *Secundæ autem, ut apud* Iuuenalem: *—Ad quæ*

Discutienda ualent sterilis mala robora fici.

Satur.3.c.19. *Macrobius et ipse in secũda declinatiõe semp̃ ferè utitur, & plurimos ueterũ ostẽdit usos. Priscianus uerò uult pro fructu, & morbo quartæ esse, et hoc autoritate* Martialis. *Neq; ego inficior ultimũ illũ uersum posse sic legi, ut recitat* Priscianus: *sed id ioco magis, quàm seriò à poëta accipimus esse dictũ. Neq; enim seipsũ, quòd ficos dixisset, sed illius et nequitiã, & ĩperitiã reprehẽdere uoluit: nõ ignorãs ficos & Latinè, et usitatè dici. Nec uerò* Prisciano *faciẽdũ fuit, ut unũ* Martia. *sequeretur, et* Cæcilianũ *nescio quẽ, ut flagitiosum hominẽ, sic ineruditũ, in eo præsertim loco,*

loco, ubi iocabatur poëta, nec suã sententiã aperiebat, & tacitè negabat, quod affirmare uidebatur. Nã nequaquã dixisset ficus quartæ esse declinationis, & generis mascu lini, quod inauditũ est: nec differẽtiã posuisset generis inter morbũ, et fructũ, quũ hoc ab illo dicatur. Quidã eccle siastici aiũt ꝑ arbore, Ficulnea: ut ibi, Videte ficulneã, et oẽs arbores. Quod nusq̃ alibi (si memoria nõ excidit) mihi repertũ est. Sed adiectiuũ Ficulneus, a, um, ꝑ materiato ex illa arbore: ut à populus populeꝰ: et à corylus coryleus & colurnus, ut ab abies abiegnus, ab ilice ilignus dicitur. Luc. 21.

De nominibus Diminutiuis. CAP. V.

NOmina diminutiua exeuntia in talẽ uocẽ, qualis est pisciculus, si ritè formẽtur, uera sunt diminutiua: ut, Pisciculus, Vermiculus, Passerculus, Fraterculus, Securicula, Lucubratiuncula, Virguncula, Sororcula. Munuscu lum, Corpusculũ, Tempusculũ, Mẽdaciunculũ, Plusculũ. Sin minus ritè formentur, diminutiua nõ sunt, Auũculus, Cuniculus, Musculus, quãdo nõ est paruus mus, Pediculus uel (ut alij uolũt) Pedũculus: & penultima lõga Cuculus. Cicercula, nomẽ leguminis, Nouacula, culter rasorius. Lẽ ticula, uasculi genus. Alia masculina, aut fœminina nõ occurrũt. Seruius tamẽ super Donatũ ait, acus acicula. Acus enim dicitur, qua uestes sarciũtur: Acicula, qua mulieres utũtur ad ornamẽtũ capitis. Adiectiua tria, Anniculus Ridiculus, Vernaculus: anniculus puer, annicula puella, anniculũ iumẽtũ, hoc est, unius anni: sicut Bimus, a, um, i. duorũ annorũ. Trimus trima trimũ, id est, triũ annorũ. Quadrimus quadrima quadrimũ, id est, quatuor annorũ, & nõ amplius. Nec de animalib. modò, sed de inanimatis, ut anniculũ uinũ, bimũ oleũ. De pueris tamen magis loquimur per diminutionem, bimulus, trimulus, quadrimulus, quia

intra

intra hos annos adhuc parui sunt, ut bimulus puer, trimu la puella: similiter de his, in quibus hæc ratio habet locũ: ut, anniculus equus. D*issimiliter in quibus hæc ratio locũ nõ habet: sed dicemus, bimus aries, trimus porcus, quadri mũ uinũ.* R*idiculus homo, ridicula res, ridiculũ caput, id est, deridẽdum.* E*st etiã sæpe neutrũ, significatq; sermonẽ risus potius, quàm derisus excitantẽ.* V*ernaculus, uernacula, uernaculũ, qđ est domi nostræ, uel in nostra patria natum: ut, lingua uernacula, quã uulgò dicunt linguã maternã. dictũ est à* V*erna, qui est seruus domi nostræ natus, id est, ex nostra ancilla.* P*ræterea neutra multa sunt: ut,* V*mbraculũ,* T*abernaculũ,* S*pectaculũ,* H*abitaculũ,* C*œnaculũ,* C*repusculũ,* G*erminulũ pro germine,* C*repitaculũ,* V*inculũ,* A*miculũ pro amictus genere quodã ferè pallio:* C*urriculũ pro cursu: & pro loco, in quo certamẽ currẽdi exercetur: nonnũquam etiã pro curru: ut* C*urtius libro 8.* A*liorum turbati equi nõ in uoragines modò, lacunasq;, sed etiã in amnẽ præcipitauere curricula.* C*ubiculũ quod certè à cubili nõ uenit, quũ intra cubiculũ cubile sit, & eius diminutiuum foret cubiliculũ.* P*uluis & significatione, & formatione legitima diminutiuũ facit, sed genus mutat apud* H*ieron. ut uile puluisculũ: masculinè tamẽ po suit* A*pul. in quodã suo carmine, de quo meminit in apologia de magia:* M*isi (ut petisti) munditias dentiũ,* N*itelas oris, ex* A*rabicis frugibus,* T*enuẽ, candificũ, nobilem puluisculũ,* C*õplanatorẽ tumidulæ gingiuulæ,* C*õuerritorem pridianæ reliquiæ:* N*e qua uisatur tetra labes sordiũ,* R*estrictis forte si labellis riseris.* C*onuentus quoq; facit conuenticulũ.* C*ic. pro* S*ext.* T*amẽ conuẽticula hominũ, quæ ciuitates nominarũt.* B*aculus non terminat diminutiuũ in hac uoce, quia sua talis est, tamen neutrũ habet* B*acillum.*

*Cice.*I I. *De finib. Bacillũ, aliud inflexũ, aliud ita natum. Reperitur tamen primitiuũ & in neutro: ut apud Ouidiũ li.*X V. *Metam. Esse solet, baculũq; tenẽs agreste sinistra. Ne terebra quidẽ huius uocis est, tamẽ gignit diminutiuũ terebellũ, non terebella. Auricula uerò ritè formatur, sed significatione dissẽtit: nanq; cartilago illa est circũ auriũ cõcauitatẽ, non autẽ parua auris. Mẽtula quoq;, quæ non paruã mentẽ significat, sed uirilia. Fidicula, pro instrumẽto torquẽdi, quod an rite formetur, nũc uideamus. Nam fidis, inquit Prisciã. facit fidicula. Nã si esset fides in hac significatione, quomõ Seruio placet, nõ fidicula fecisset, sed fidecula. Auidius Seruiũ Priscianus carpsit, utpote unã rẽ non uno in loco reprehẽdens. Cæterũ ipse fallitur, nõ Seruius. Nam nec fidis (quẽadmodũ ueterũ autoritas tradit) sed fides dicitur: & si fides dicatur, fidiculã potius, quàm fideculã analogia exigit. De autoritate satisfecerit Festus Pomp. ita scribẽs: Fides genus citharæ, dictæ, quòd tantũ inter se chordæ eius, quantũ inter homines fides cõcordẽt. Analogiæ quoq; ratio fidicula exigit à fides, sicut ædicula ab ædes, sedicula à sedes, cædicula à cædes: nõ ædecula, sedecula, cædecula: sicut apes, de quo solo noĩe facit ille mentionẽ, apicula facit, nõ apecula. Et si quãdo apis ĩ noĩatiuo reperiatur, ut ille ait, ueluti apud Ouid. in* X I I. *Metam. Nõ apis inde tulit collectos sedula flores. hoc pquàm rarũ est, & analogia apes potius: q̃ apis defendit, quia à pede cõpositũ, ac deriuatũ putatur. Deniq; fidis in noĩatiuo inauditũ est, ergo fides dicẽdũ est, cuiusdiminutiuũ fidicula, id est, parua cithara, uel chordula. In plur. tortoriũ (ut dixi) ĩstrumẽtũ ex duob. (ut reor) et obliquatis lignis cõpactũ, uel ab extorquẽda fide, ac ueritate: uel à nerueis funib. uinculisq;, q̃bus ad illũ modũ hoĩes torquẽdi alligabãtur.*

Prisc. libro I. & 3.

Quàm meritò Priscianus Seruiũ carpat, & Valla à Seruio stet, uterque uiderit. nam Ser. in illud Ver. 6. Aen. Threicia fretus cithara, fidibusque canoris: sic ait, Fidibus, autem est à nominatiuo hæc fidis, ut sit Pyrrhichius: nã fides, Iãbus est.

AD hunc locum pertinet, quod nũc subijcimus: Nomina tertiæ declinationis exeũtia in er, siue masculina, siue fœminina, siue cõmunia, huiusmodi uocẽ diminutiuorũ sortiri: ut, Pater paterculus, frater fraterculus, mater matercula, cuius quasi similis soror facit sororcula, cicercula à cicer tanquã à fœminino, pauper paupculus, paupcula. Quæ sunt secũdæ declinationis tam adiectiua, q̃ substantiua, faciunt diminutiua in ellus masculina, in ella fœminina, in ellum neutra. Culter, cultellus: Liber, libellus: Puer puellus: Tener, tenera, tenerũ, tenellus, tenella, tenellum: Miser, misera, miserum, misellus, misella, misellum: Sacer, sacra, sacrum, sacellus, sacella, sacellum. unde hoc Sacellum, pro templo modico. Hinc factum est, ut fœminina quoq; substantiuorum eodem modo, quo adiectiuorũ, facerẽt diminutiua. Caper, capra, capella: Puer, puera, puella: Liber, libra, libella: licet multò aliud libra, quàm liber significet. Hæc diminutiua in ellus, & ella exeunt. Sunt quædam in illus, illa. Inter ea autem priora Priscianus ponit Ala, uultq; facere diminutiuum ascella. Cicero tamen inter posteriora. Duo enim masculina, totidemq; fœminina donat hoc genere terminationis: Palus, paxillus: Talus, taxillus: Mala, maxilla: Ala, axilla. Sunt tamen & alia in hanc uocem exeuntia.

Cic. de Orato. perf.

ILla quoque diminutiua, quæ finiunt in aster, imitationẽ potius, quã diminutionẽ significant: neq; enim ea ratione dicitur Oleaster, Pinaster, Apiastrũ, Mẽthastrũ, Siliquastrũ, quòd sit parua olea, parua pinus, paruũ apium, parua mẽtha, parua siliqua: sed quòd syluestria, oleã, pinum, apium, mentham, siliquam imitantia: &, quo quidã utuntur, Filiaster, pro priuigno, non paruus filius est, sed imitãs filiũ: & Parasitaster, nõ paruus parasitus (aliter enim non diceretur à Comico, parasitaster paruulus) sed

Teren. in Adelph. act. 5. sce. 2.

imitator parasitorum: ut apud M. Tullium pro Vareno, Erucius hic noster Antoniaster est. Et ad Attic. lib. x i i. Omnino solet esse Fuluiaster. id est, Antonij, Fuluijq; imitator. Et hinc Augustinus appellat Philosophastrũ: non (ut puto) paruum philosophũ, sed imitatorẽ philosophorum: nisi dicas imitationẽ esse diminutionẽ quãdam perfectionis. Tamen aliud est esse diminutiua, aliud imitatiua. Nec quispiã dixerit Oleastrũ esse minutã oleã, & Pinastrum esse minutã pinum, quam Plin. ait esse miræ altitudinis: etsi quidam nũc solent pusillos homines appellare, Antoniaster, Luciaster, Paulaster, secuti Priscianũ, qui præter superiora, hæc addit, esse eiusmodi diminutiua adulationis, et maximè puerorũ, ut Catulaster, Antoniaster, Patritiolus, Sergiolus. Sed hæc posteriora sunt uerè diminutiua, illa (ut ostendit) nõ uera, ideoq; nec adulationis: quãquàm omnia diminutiua (nõ minus q̃ hæc in olus) sunt apta adulationi, & sæpe etiã contẽptui: ut, Homunculus, Homulus, Argutulus: sed ad rem reuertamur. Pullastra apud Varr. quæ est parua adolescensq; gallina, quod nec ipsum diminutionẽ significat. Nã maiuscula potius pulla, q̃ minuscula est, etiã si minor gallina est, nõ gallinastra dicitur, sed pullastra. Duo tamen nomina sunt, quæ diminutionis regulam seruãt, Surdaster, et Recaluaster, quorũ alterũ significat diminutionẽ surditatis. Nõ est planè surdus surdaster, sed (ut sic dicã) surdulus: et Recaluaster, q frõte caluus est, nõ toto capite, quasi recaluatulus, qđ est diminutiuũ: in quẽ modũ nequeunt resolui nomina illa, de q̃bus suprà disputauimus. Ex his aũt quæ retuli exẽplis, liquet nõ modò in aster, finiri hæc nomina, et esse masculina, sed etiam in astra fœminini generis: ut Pullastra, Filiastra apud quosdam pro priuigna: Siliquastra pro pipe-rite,

Citat Valla Tul. pro Vareno post Priscian. li. 3. qui eam orationẽ potuit legisse nunc autẽ desideratur. Illius orationis meminit Quintil. li. 7. cap. 2. & li. 9. cap. 2.

Lib. 16. ca. 10.

Prisc. lib. 3.

Varr. de Re rust. li. 3. c. 9.

rite, quod non uideo quid ex siliqua imutetur, et in astrum neutri: ut, Apiastrum, Siliquastrum à siliqua arbore ferente fructum sui nominis, quod Græci κεράτιον uocant. Significat etiam siliqua folliculum, ubi grana leguminum includũtur, & siquid leguminibus est simile. Fereq; hæc nomina arborum, herbarumq; diuersum genus habent in primitiuis, à diminutiuis, uel deriuatiuis.

De nominibus exeuntibus in Rius, uel Rium. CAP. VI.

TAbulariũ, locus ubi tabulæ, id est, instrumẽta, & literæ reponuntur. Sacrariũ, repositoriũ sacrorũ. Aerarium, repositoriũ æris: id est, nummorũ, similiũq; rerum pretiosarũ, atq; opum. Armariũ, ubi reponuntur libri, cæteraq; huiusmodi. Armamentarium, ubi reponũtur armamenta, & arma. Atramentariũ, uasculum quod continet atramentũ. Calamariũ, quidã usurpãt pro theca calamaria, ubi calami recõduntur: sed quia hoc tẽpore pleriq; pẽna scribũt, potest etiã dici Pennariũ, nisi malumus appellare thecã pennariã, thecam calamariã, & thecã graphiariam. Penariũ, ubi reponitur penus: hoc est, edulia, & ad uictũ pertinẽtia. Viuariũ, ubi continentur uel aues, uel pisces, uel feræ: quæ dũtaxat ad uictũ spectant. Pomariũ, locus pomorum reponendorum: uel locus consitus pomis: ut Lib. 4. Metamorph. Ouid. Id metuens, solidis pomaria clauserat Atlas Mœnibus. Quidã hoc Pomœriũ uocãt. Titus autẽ Liuius Pomœriũ Lib. 1. ab urb. ait esse locũ ad muros intrà, & extrà, ubi ædificare nõ licet, quasi post mœnia: ut dicimus Pomeridianũ, pro eo quod est post meridianũ: unde Lucanus, Lib. 1. Lõga per extremos pomœria iungere fines. Pomariũ igitur aut locus frequẽs arboribus pomi, siue fructuũ pomi repositorium: aut copia ipsa arborũ pomiferarum. Nam horũ nominum natura est, significare uel locũ ubi illa sunt, uel ipsarũ rerũ

quæ in loco ſunt, copiã: ut Aluearium: tametſi poteſt dici locus ubi ſunt aluei apium, tamẽ potius accipitur pro copia alueorũ eodem in loco collocatorum, uel apiũ mellificantium. Et *Roſarium magis copiã fruticum uno loco roſas gignentium, quàm ipſum locũ, ubi hi frutices ſunt, ſignificat: quem locum ne Roſetum quidẽ appellare poßis, cùm idem ſignificet quod roſariũ, niſi per contentum ſignifice tur continẽs. Plantarium, nõ locus plantarũ, ſed ipſæ plãtæ, etiãſi euulſæ, aut non conſitæ fuerint. Nec me fallit Ser uiũ ſeparare plantaria à plantis: Plantæ ſunt raptæ de ar boribus, plantaria uerò quæ ex ſeminibus nata cum radici bus & terra propria transferũtur: ad quod ſentiendũ uidetur allexiſſe eũ Vergilij uerſus.* –Et uia ſua plãtaria *terra. Seminarium, nõ locus, ſed ſemẽ ipſum, id eſt, plantulæ. Pampinariũ, non terra ubi uaſcuntur pampini, ſed congeries pampinorũ, id eſt, uirentium ramuſculorum uitis. uel (ut ait Plinius) palmes qui è duro exit, materiamq́; in proximũ annum promittit, pãpinarium uocatur: certè in hoc palmite multi ſunt pãpini. Calceariũ, Veſtiariumq́; pro calceis, & ueſtibus: ut Cibaria, pro cibis. Fuſtuariũ, pro fuſtigatione. Carnariũ, nõ locus, ubi caro ſalſa ſuſpẽditur, ſed caro ipſa: niſi cõtentũ pro cõtinente accipiatur. Donaria, non locus repoſitorius donorũ, ſed ipſa dona: licet Seruius dicat, ubi dona oblata ſunt: ſicut Lectiſternia dicũtur, ubi homines ſedere in tẽplo cõſueuerũt. Ita in cæteris adhibẽda eſt in ſimilium nominũ ſignificatione accuratio. Et hæc de neutris: nã maſculina, fœminina, & communia, officia hominum, qualitatemq́; ſignificant. Caprarius, Saltuarius, Cãparius, Horrearius, Claßiarius: cuſtos exercitor'ue caprarũ, ſaltus, campi, horrei, claßis. Sagarius, Lintearius, Veſtiarius: uenditor ſagorũ, linteorum,*

Ser. in illud 2. Georg. Hie plantas tenero abſcindẽs, &c.

Georg. 2.

Lib. 17. ca. 22.

Ser. in illud 3. Geor. Impa ribus ductos alta ad donaria &c.

uestium. Proprietarius, Fructuarius, Vsuarius: cuius est proprietas prædij, cuius fructus, cuius usus: quæ oĩa significãt actionẽ, possessionẽq́;, numero quidẽ incõprehensibilia. Pauca autẽ quæ paßiuè accipiuntur: Legatarius, Commendatarius, Depositarius, Beneficiarius, Fideicommissarius: qui legatum, commodatum, depositum, beneficiũ, fideicõmissum accepit, & siqua sunt alia. Ex huiusmodi nominibus fiunt etiã nomina quædam rerum, Calcaria, Sulphuraria: ubi calx coquitur, & sulphur fit. Atq; hæc à nominibus ferè proficiscũtur: illa uerò magis à uerbis, uel à uerbalibus in or, adiectiua in orius, oria, oriũ, actionẽ significantia, Accusatorius, Petitorius, Defensorius, Fideiussorius, Institutorius, Exercitorius, Tributorius. Nam Tributarius uenit, à tributũ, Tributorius à tributor, sicut Depositarius, à depositũ. Depositorius à depositor. Significat itaq; Tributarius, qui soluẽdo tributo obnoxius est: ut Stipẽdiarius, q soluẽdo stipẽdio: et Depositarius, q reddẽdo deposito: ut Munerarius, q dat munera populo, gladiatoribus ĩ arena exhibẽdis. Ideoq́; Vas escariũ dicimus, & Vas potoriũ: quia hoc à nomine uerbali uenit, illud nõ uenit, Prætor, Senator, Holitor, Lictor, nõ opinor descendere à uerbis: sedquia uocẽ uerbalẽ obtinẽt, sicut Cẽsor, et Quæstor sic formauerũt sua denominatiua Prætorius, Senatorius, Holitorius, Lictorius, Cẽsorius, et Quæstorius. Holitor aũt, est q̃ hortũ holerũ exercet, quẽ nõnulli hortulanũ uocãt. Est & Holus, unaquæq; herba, qua uescimur. Nã sunt & horti nõ holerũ, sed arborib. cõsiti, et uoluptatis gratia cõparati: ut, Horti Sallustiani, Põpeiani, Luculliani, Claudiani. Lictor minister cõsulis, proconsulis, præsidis, prætoris, qui fascem uirgarũ alligatum, cum securi portat: suntq́; lictores consulis duodeni, aliorum seni. His

addere

addere possumus Aleator, quod uidetur descendere à uerbo, quod nusquã reperitur. Non enim aleare dicimus, sed alea ludere. Neutra autẽ in orium, locum plerunq; significant, ubi aliquid fit: ut Deambulatoriũ, locus ubi deambulamus. Dormitoriũ, locus ubi dormimus. Repositoriũ, ubi reponitur aliquid. Tentoriũ, locus ubi tendimus uela, aut siquid instar uelorum habet: uel potius ipsa uela, siue uelamenta contra iniuriã cœli. Auditorium, locus ubi audimus præceptorẽ, aut orantẽ non in uera causa, aut opus nouum recitantẽ, aut siquid simile est: uel ipsa turba, atq; ipse cœtus auditorũ. Tectorium, illinimentũ est, & quasi pauimentum parietis, atq; incrustatio. Amatorium, genus ueneni, amorem, uel insaniam ingerentis. Portorium, uectigal portus, uel fluminũ, uel lacuum, uel stagnorũ. Nam & Portitor ille dicitur, qui traducit homines, ac uehit nauigio uel ad nauẽ de litore, uel de naui ad litus, uel ad ulteriorẽ fluminis, lacus, stagni'ue seu ripam, seu litus: licet frequentius dicatur litus. Potest etiam accipi pro eo, qui portorium cõduxit: id est, qui fructus pecuniarios ex portu conduxit, & à uenientibus illos exigit: quæ ratio in cæteris huiusmodi discernẽda est. Hoc etiam loco addam, quòd quum dicamus Dumetum, Spinetum, Vepretum, similiaq́; tamen dicimus Senticetum, non sentetum.

De Euentu, Iussu, Permissu, Iugero. CAP. VII.

EVentus in singulari generis masculini, & declinationis quartæ est: cuius plurali M. Tul. sæpißimè in neutro genere, & declinatione secũda utitur: ut de Oratore, Ex aliorũ factis, aut dictis, aut euẽtis. Idem de Diuinatione: Si euenta quærimus, quæ exquiruntur extis. Et ad Luceium: Fabulã rerũ, euentorũq́; meorũ. Et ad Atticũ: Semper enim causæ euentorũ magis mouẽt, quàm ipsa euenta. Epist. 12. li 5. epist. famil.

Quidam planè imperiti Euentũ aiunt significare princi-
In epist.Phyl. piũ:ut apud Ouidiũ, Exitus acta probat:careat successi-
ad Demoph. bus,opto, Quisqs ab euẽtu facta notãda putat. Illud enim Exitus acta probat, uox est accusantiũ Phyllidem argumẽto,quod ducitur à casu,eosq; Phyllis ipsa execratur,dicẽs:Careat successibus,opto,quisquis à casu,et nõ à causis aliũ laudat,aut uituperat. Similia sunt huic, Iussu & Permissu tuo,quorũ pluralia sunt potius secũdæ declinatiõis, in singulari ferè nũquam. Neq; enim dicere solemus Iusso
Epi.1.lib.2. tuo,sed iussu:nõ Permusso tuo,sed permussu. Horat.tamẽ, Vtar permisso.id est,re permissa,nõ autẽ permißione:nec dixisset permusso tuo,nec iußibus,pmißibusq; tuis,sed iussis, permißisq; tuis:nec iussus, permissusq; tuos, sed iussa,
Eclog 8. permissaq; tua. Verg.–Accipe iußis Carmina cœpta tuis.
Aeneid.4. Et iterũ: Iussa tamẽ diuũ exequitur. Et alibi: –Haud mol-
Georg.3. lia iussa. E diuerso Iugerũ in singulari secũdæ,et in plura-
Lib.7. li tertiæ declinatiõis:nõ autẽ (ut ait Prisc.) Iugus iugeris, cũ omnes dicant in singulari Iugerũ,& in plurali iugeribus. Significat autem mensurã CCXL. pedũ in longitudinem,dimidij in latitudinẽ:uel (ut aliqui uolũt) quantũ par boũ una die arat:quæ duæ significationes in idẽ recidunt: tantũ enim ferè solet una die par boũ arare, quantũ dixi.

De nominibus adiectiuis in Tilis, Silis, & Xilis. CAP. VIII.

NOmina quæ exeũt in Tilis,uel in Silis,uel in Xilis, similimã suis participijs,unde nascũtur,significationem habẽt. Vas fictile,quod fictũ est à figulo:nõ quod fingi potest. Coctiles lateres,qui cocti sunt,et nõ crudi. Rasiles calathi,quasi rasi,nihil extãtis, aut redundãtis haben-
Georg.2. tes plenitudinis. Verg.tamẽ, –Et torno rasile buxũ.quasi rasibile. Pensilis uua,pẽsilis lectus,pẽsiles lychni,pensiles balneæ,

balneæ, pensiles horti, quòd suspēsi sunt, & in aëre pēden tes. Flexilis ramus, flexiles uites, quòd flexæ sunt, & lapsu erratico torquētur. Tortilis ansa, quòd retorta, & replicata est. Tornatile poculū, quod tornatū est, & torno factū. Textilis uestis, quæ texta est. Sutilis baltheus, sutilis cymba, quòd cōsuta est. Sculptile simulacrū, quod sculptū est. Altilis auis, altilis quadrupes, altilis piscis, qui sagina altus, siue alitus est, atquæ saginatus. Structilis basis, structiles columnæ, quæ nō sunt ex uno lapide, sed multis. Apertile latus, quod apertum est: ut Ouid. de Tristibus,

Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri. Eleg. 11. lib. 3.

Tinctile uirus, quod tinctū est, aut intinctū spiculo sagittæ: ut apud eundē, & in eodem opere: Nam uolucri ferro Eleg. 10. li. 3. *tinctile uirus inest. Tonsile buxetū, & tonsiles oleas legimus, quòd tonsæ sunt, & in orbē, ac comā putatæ. Et hæc nomina in participiū passiuū resoluūtur, quæ passiuū habent: quæ uerò passiuo carēt, in præsentis participiū, qualia sunt neutra: ut Anima uolatilis, quasi uolans: & quidā Volatilia uolucres uocāt, quia uolāt: ut Altilia animalia, quæ aluntur. Sessiles lactucæ, quasi sedentes, quod licet à participio nō ueniat, tamē eiusdē naturæ est, cum in significatione cōsentiat, et à supino nascatur. Vmbratilis uidetur cōuenire cū cæteris, quasi umbratus: ut Vita umbratilis, & Res umbratiles: id est, uita, umbra & opaco marcescēs: et res par inuolucra, et inanitatē, qualis umbra est, ductæ, umbratiles appellantur. Versatilis quoq; scena uidetur significare, quòd uersatur huc, & illhuc, nō quòd uersata est: & axis uersatilis, et gladius angeli uersatilis, quòd uersatur. Quidā autē Versilis scena, & Ductilis dicūt: uersilis quidē quòd quū tota machinis quibusdā cōuertebatur, aliam picturæ faciē ostenderet: Ductilis uerò, quū tractis*

tabulatis hàc,atq; illhac, species picturæ nudabatur interior. Plicatilis crista upupæ,quòd plicatur,nō quòd plicata est:& nauis plicatilis,quæ plicatur,quū facta est ex corijs. Fißilis arbor,fißile lignū,fißile robur, tū quasi fißū cap.28. cuneis,tum quia finditur,quasi fißibile:ut Plin.lib.XVI. Eodē lib. ca. 29. Hæc maximè fißilia,alia frāgi celeriora,quàm findi. Idē paulò pòst:Nullisq; fißile rimis hoc lignū.id est,fißū. Solutilis etiā nauis dicitur(qualis nauis in qua Agrippina à Nerone filio per insidias posita,naufragiū fecit)quasi solubilis,quæ facilè solui posset.Ego uerò malim solutilē dicere solutā,& non fideliter consutā. Et Sectile porrū legimus,nō tam sectibile(quid enim nō est sectibile?)quàm sectum,& sua sponte cōcisum,& sectū introrsum. Futilis, uanus,uel inutilis:uel à futio futis, unde effutio effutis:uel à fuo futū:uel per apocopen ab alio supino, quod ab alijs diuinari malo,quàm à me proferri.* Aquatilis,à nomine, uel à uerbo,animal in aqua degēs. Saxatilis,incola saxorum. Piscis fluuiatilis,incola fluuij,non maris,aliarum'ue aquarū piscis. Pluuiatilis aqua,à pluo,uel magis à pluuia.

De hac solutili naue, & Agrippinæ naufragio,ui de Sueton.in Nero.ca. 34. & Cor. Tac. lib.14.

*Fututū intelligit, supinum uerbi fuo.

De adiectiuis in Bundus. CAP. IX.

PRiscianus libro 4.inquit:In Bundus desinentia similitudinē habere significāt:ut, Vitabundus,similis uitāti. Prædabūdus,similis prædāti. Moribūdus,similis morieti. Errabūdus,similis errāti. Furibūdus, similis furēti. Et paulò pòst:Excipitur alternitatis causa Rubicundus, quod in penultima syllaba pro b,c habuit,ne sit absonū,si rubibūdus dicamus. Sed uideamus,an Priscian.rectè sentiat:neque à me primum hæc quæstio mouetur,sed olim ab Aulo Gellio,atq; ante hūc à Terē.Scauro Adria.tēporibus (ut idē Aul.Gell.ait)grāmatico uel nobilißimo cōtra Gell.libro II. cap.15. Cæselliū in cōmentario lectionū antiquarū ita scribētem:

Ludib

Ludibūdus, Errabūdus, Ridibundus, idem est quod ludēs, errans, ridēs. Quod Scaurus reprehēdit, dicens Ludibundū esse, qui ludentē, errabundum, ridibundumq́;, qui errantem, ridenteq́;, agit, ac simulat. Hoc Aul. Gellius cōfutat, atq; ita cum Caesellio sentit, ut nō simulationē per haec nomina, sed è contrario uehementiā intelligi uelit, his quidem uerbis: Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Caesellium in eo reprehēderet, nō hercle reperiebamus. Non est enim dubiū, quin haec genere ipso dūtaxat idem significēt, quòd ea demōstrāt, à quibus producūtur. Quid esset autē ludentem agere, uel imitari? & paulò pòst: Cum reprehensionem autē illam Scauri notaremus, in memoriam nobis redijt, quòd Sisenna in quarto historiarum eiusdē figurae uerbo ita usus est: Populabūdus, inquit, agros ad oppidū peruenit. Quod scilicet significat cùm agros popularetur, nō ut Scaurus in consimilibus uerbis ait, quū populantē ageret, uel cùm imitaretur. Poterat tamē Aul. Gellius magis propriū producere exemplū, quale apud Sallustium in Iugurthino: Ipse quasi uitabūdus per saltuosa loca, & tramites exercitū ductare. Si huiusmodi nomina in Būdus significarēt similitudinē, quid ita adderet Quasi, quod similitudinē, imaginēq́; significat? Pergit idē Aul. Gellius dicēs: Sed inquirētibus nobis, quae'nā ratio, et origo esset huiuscemodi figurae Populabūdus, et Errabūdus, multorūq; aliorū id genus uerborū, ἐπιβόλως hercle Apollinaris noster sibi uideri ait, particulā istā postremam, in quā uerba talia exeūt, uim, & copiā, & quasi abūdantiam rei, cuius id uerbū esset, demonstrare: ut Laetabūdus is dicatur, qui abūdè laetus sit: & Errabūdus, q longo atq; abūdāti errore sit. Caeteraq; oīa ex ea figura ita dici ostendit, ut productio haec, et extremitas, largā, & fluētē uim, Epibolos, aptè ingeniosè

& cop

& copiã declaret. Hæc Aul. Gellius: à quo miror cur desciuerit Priscianus, et uni Scauro potius, q̃ his duobus, tribus'ue astipuletur. An quia grãmaticus Scaurus, & Prisciano similitudine professionis cõiunctus, Cæsellius uerò iuriscõsultus, & Au. Gellius orator, Apollinarisq; philosophus? Puto potius Seruiũ secutũ, quãquàm ab eo libẽter dissentire solet. Ait enim ille tũ alibi, tũ decimo Aeneidos: Moribũda, moriẽti similis. Quod ita esse Sallust. ostẽdit, qui ait: Quasi uitabundus per tramites, & saltuosa loca exercitũ ductare. Nullũ exemplũ Seruius magis cõtra se proferre potuit, ut modò ostẽdi. Audi quã subiũgit rationem: Nã Iugurtha nõ uitabat legatũ, sed eũ uitare simulabat. Ita exposuit, quasi uoluerit uitabundũ dici à simulatione, & nõ à similitudine: nõ simulabat uitationẽ legati, sed timorẽ. Præterea si qua foret similitudo, ea similitudo, atq; simulatio intelligitur per illud quasi, nõ per illud uitabundus. Addit adhuc rationẽ: Nam quia nomen est, ideo significat similitudinẽ, non passionẽ: & alia deinceps, ubi nullum robur rationis est. Sed præter rationes illorũ, ipse quoq; Priscianus imprudens confessus est, quod negabat. Quæro enim, nũquid homo rubicũdus (quod ille simile facit cæteris in bũdus) similis rubẽti est, an uerè rubẽs? profectò uerè rubẽs: ergo idem erit rubicũdus, & rubẽs: quæ sentẽtia Cæsellij est, quæ & breuior est, nec minus fortasse uera, quàm illa, siue Aul. Gellij, siue Apollinaris: quũ frequẽtissimè sic accipiãtur, populabũdus populans, errabundus errans. Sed nonnunquã (ut Gellius ait) uehementiã significant: quæ ut breuiter & ipse cõplectar, idem significant quod participia frequentatiuorũ lusitans, risitans, erritans, lectitans, populitans, si reperiremus: quod quum non sit, ad hæc (ut reor) in bundus terminata decurrimus.

In uersum illũ, dextraque ex humero neruis moribunda pependit.

De

De nominibus in Icus. CAP. X.

MAgnificus, Honorificus, Munificus, nõ ex se gignũt cõparatiuos, superlatiuosq́;, sed ex alijs, quæ in usu non sunt, ac ne possunt quidẽ esse, magnificẽs, honorificẽs, munificens. Non enim dicimus magnificior, honorificior, munificior: sed magnificẽtior, honorificẽtior, munificentior: & in superlatiuo magnificẽtissimus, honorificentissimus, munificẽtissimus. Mirificus tamẽ etiã mirificissimus facit, ut Terentius: Atqui mirificissimũ: Patruus tuus pater inuẽtus est. Et M. Cato, teste Prisciano, contra Thermũ de Ptolemæo rege optimo, atq; beneficissimo. Et Accius in x I. Didascalicon: Atq; magnificissimo, excellẽtissimoq́; honore. Omnia ergo à facio sic cõposita, & terminata, hãc regulã sequũtur, Mirificus, Maleficus, Beneficus, Veneficus, Vulnificus, Tabificus, Luctificus, Pacificus, Morbificus, Sacrificus, & siqua sunt alia: quæ oĩa ascititiũ cõparatiuũ, superlatiuũq́; habent, aliquãdo etiã suum. Sunt'ne alia nomina & eiusdẽ naturæ? Certè sunt: ea, quæ formãtur à dico, & à loquor: ut Maledicus, maledicẽtior, maledicentissimus. Benedicus autẽ nõ inueni, quia nec benedico inuenitur, licet eo Priscianus utatur, et hoc tẽpore utamur more Græcorũ, quorum autoritate dedimus huic uerbo accusatiuũ præter naturã suã, quũ postulet datiuũ, sicut Maledico, quod & ipsum nũc ad imitationẽ Græcorũ habet etiã aliquãdo accusatiuũ. De Benedico unius uocis loquor, nõ duarũ: nã tũc & aliud significat, & aliter regit. Præterea Fatidicus, Veridicus: Iuridicus uerò rarũ est uerbũ: Causidicus magis substantiuũ. À loquor fortasse sunt plura: à sequor fortasse nulla, nisi Pedisequus, quod substantiuũ est. Magniloquus, Altiloquus Grandiloquus, Vaniloquus, Doctiloquus, Versutiloquus. Fatiloquus

In Phormio. act.5.sce.6.

Prisc. lib.3.

Prisc. lib. 17. & 18.

Benedico nõ inueniri miror Vallã dixisse, ait enim Cic. p Sest. Cui benedixit unquã bono? & pro laudo ponitur, siue bene loquor.



quus faciūt cōparatiuū magniloquētior, grādiloquētior, & itē cætera. Superlatiuū magniloquētißimus, grandiloquētißimus, & reliqua: sed horū positiua possunt esse tum participia, magniloquēs, grādiloquēs: tū nomina, magniloquus, grādiloquus: præter unū Suauiloquens, qđ nescio an dici poßit Suauiloquus. Maledicēs planè pticipiū est, sed et Maledicus dicimus: quod in Fatidicus, et Veridicus nō fit: neq; ī illis superiorib. Magnificēs, Honorificēs, Munificens, quæ participia esse non possunt quū hæc fuerit futura uera uox, magnificiens, honorificiens, munificiens.

De nominibus in Ceus, in Eus, & in Itius. CAP. XI.

F*Inita in Ceus, pauca sunt, materiāq; significāt: ut, Herbaceus, Betaceus, Maluaceus: ex materia herbæ, maluæ, betæ. Arūdinaceus, Ferulaceus, Rosaceus, Triticeus, Hordeaceus, Testaceus, Tophaceus, Arenaceus, Cretaceus, Argillaceus: ex materia arūdinis, rosæ, tritici, hordei, testæ, tophi, arenæ, cretæ, argillæ. Hoc tamē differunt (si quid differūt à materialibus) ꝙ illa magis totū significāt, hæc partē. Ager enim cretaceus nō idē est, qđ creteus: nec Arūdinaceus surculus, qđ arūdinea fistula. Vnum est natū, et positū in creta, aut arūdine: alterū ex corpore ac materia cretæ et arūdinis factū: & Panis triticeus, hordeaceus'ue, nō ex solo tritico, hordeo'ue cōpositus est, sed ex aqua quoq;, licet triticeus utriusq; harū, de quibus loquor, formarū uideri poßit, & magis illius, cuius sunt creteus, arūdineus, et similia. Nā triticaceus facere deberet, nisi dicimus euphoniæ causa, ca, syllabā esse sublatā: quod mihi ita uidetur esse, qa disiūcta est species eorū q̄ exeunt in Ceus, et eorū quæ exeūt ī Eus. Huius generis est Vinaceus, quū est adiectiuum: ut, uinaceo grano legimus quēdam suffocatū, pro acino uuæ, et Vinacea substantiuū plurale*

Anacreō poëta, Plinio autore lib. 7. ca. 7. acino uuæ fuit suffocatus.

rale pro granis uuæ iam pressæ. Dicimus tamē, Mons terrenus potius, quàm terreus, aut terraceus. Sunt itē nomina finita in Itius, descēdētia ab habētibus t, in ultima syllaba: & si à nōibus quidē, significant materiā: si à supinis uerò, paßionē quandā: ut, Cratitius, Stramētitius, Lateritius, Cæmētitius, Pauimētitius. Itē Fictitius, Cōmentitius, Pigneratitius, Fœneratitius, Cōductitius, Cōuētitius, Adscriptitius, Dedititius. Ratio fictitia, ac cōmētitia, quæ ficta, et ad tēpus commēta est, & excogitata. Res pigneratitia, aut fœneratitia, quæ data est pignori, aut ad fœnus pertinet. Domus cōductitia, quæ cōducta est. Homo adscriptitius, dedititiusq́;, qui ad aliquā rē adscriptus est, & qui ex numero eorū est, qui se in alterius imperiū dediderūt.

De natura Comparatiui. CAP. XII.

COmparatiuum pro minore ui accipi, quàm ipsum positiuum habeat, ait Priscianus: ut Vergilius, Prisc. lib. 3.

Tristior, & lacrymas oculos suffusa nitentes. Aeneid. 1.

Tristior, enim hic ex parte tristis accipitur. Sæpe per se positū pro ipso positiuo: ut, -Comites senioris Aceste. pro Aeneid. 5. senis. In quorū utroq; est causa, cur aliquid nos addamus. Nam illud tristior, planè pro tristis, nō pro ex parte tristis accipitur: ut ait Quintilianus, Vtimur uulgò compa- Quintil. lib. ratiuis pro absolutis: ut siquis se appellans infirmiorē, non 9. ca. 3. de figu dixit pro minus quàm infirmus. Et hic Senior potius pro ris uerborū. ualde senex quàm tantùm senex: ut idem Quintilianus de Isocrate, Eoq; iam seniore (octauum enim & nonagesi- Lib. 3. cap. 1. mum impleuit annum) præcipere Aristoteles pomeridianis scholis cœpit: Et Ouidius de Tristibus, Lib. 2.

Sospite sic te sit natus quoq; sospes, & olim
Imperium regat hoc cum seniore senex.

Ideo cum Seruio nō sentio dicente secundū Varronē, Se- Ser. ī illud 6. nior,

Aen. Iam senior, sed cruda deo &c. & in illud 5. Tū senior tales referebat pectore uoces.

nior, & Iunior comparatiua sunt per imminutionem. Est enim Senior non satis senex. Iunior nō satis Iuuenis, intra iuuenē, sicut pauperior intra pauperē: hoc autē dicit Varro in libris suis ad Ciceronē: quam rem à Varrone tractatam cōfirmat etiam Plinius: hæc Seruius. Si uerò hoc Varro, & Plinius ait, quis nō cernit sibijpsi repugnare rationē hanc? Est enim natura cōparatiui superare in ea qualitate, quā obtinet positiuus, quæ superatio quoties icolumis est, non poßis tunc dicere factā esse inminutionē. Ponamus exemplū huic rei simillimum, Antiquior te ego sum: id est, maior te natu sum. Itē, Adolescentior te sum: id est, minor natu te sum: ita, Iunior te sum: id est minoris ætatis quā tu, uidelicet supero te paruitate ætatis: quē in modū accipitur illo in loco Seruij. Ergo nō per imminutionē, sed propriè. Quare ut in Iunior fallitur, ita & in Senior falli dicēdus est: quæ tamen omnia (ut sentio) pro positiuo accipi solent. quēadmodum etiā Ocyus, pro Ocyter. Minus pro nō, semper ferè accipitur: frequētißimè tamē iunctū cum Sin, aut cū Quò, pro ut. Sin minus, id est, si nō: Quò minus, id est, ut nō: sicut, Quò secius, etiā pro, ut nō. Quia de hoc cōparatiuo Minus, feci mentionē, aliquid etiā de ipso dicā. Placet autē mihi non modò à paruū uenire, sed etiā à parum: ut, Parū pecuniæ habeo, non autē Paruum pecuniæ: ergo Minus pecuniæ, ad parū pecuniæ potius, quàm ad paruū pecuniæ uidetur referri. Addā aliquid econtrario de Magis. Ait idē Priscianus, omnia comparatiua mittere aduerbia similia neutro generi. Atqui Magis, nō in us, exit more aliorū, sed in is: quod cōparatiuū esse & uis ipsa huius uocis indicat, & multò pòst (nescio quomodo) fatetur hic autor. Prætereo quod à Maius nullū aliud aduerbiū est, et aliquod esse debet. Dicimus enī Iusti⁹ queror, meli⁹ scribo,

Prisc. lib. 15.

peius

peius canto, plus gaudeo, minus doleo. Maius gaudeo non dicimus, sed Magis: quod à magnum positiuo cõparatiuũ esse uel hinc palàm est, quòd omnes sic loquimur: Magis poterat Põpeius, quàm Cæsar: sed postea Maxime omniũ potuit Cæsar. Ex quo apparet eiusdem positiui, quod est Magnum cõparatiuũ esse magis, cuius superlatiuum est Maximè mutata u in g, & apposita i. Quod quum ita sit, cur per magis & positiuum resolui comparatiuũ Priscianus uoluit, tacẽs de cæteris quæ eundẽ usum præstant? Fortior, plus fortis, uehementius fortis, ualidius fortis, & quæ sunt huiusmodi. Opinor quòd nõ putabat hoc esse cõparatiuũ, ut quod à uoce cõparatiui recesserat: aut si putabat, absurdũ uidebatur comparatiuũ per comparatiuũ resolui cum positiuo, quũ præsertim ipsum magis, more aliorum comparatiuorum resoluendũ sit, quòd fieri nequit. Quod si resolui nequit, ne aliud quidem poterit. Quale est si dicam, Quod est istorũ maius ædificiũ, aut quod ualidius? absurdum (ut dixi) quibusdam uideri poßit, si resoluatur magis magnum, & ualidius ualidũ. Adde quòd sicut resoluit comparatiuũ per magis, ita debuit resoluere superlatiuum per maximè: Fortißimus Græcorũ Achilles, maximè fortis Græcorũ, nõ autẽ super omnes Græcos fortis. Nam hoc modo supra se fortis erit, quod fieri nequit. Item sine apposito, Fortißimus Hercules, non dicitur cõmodè ualde fortis, sed ualdißimè, id est, maximè fortis. Nam quid absurdius, quàm quum exponamus comparatiuum per comparatiuum, exponere superlatiuum per positiuum?

De differentia Cõparatiui, à Superlatiuo. CAP. XIII.

I*Nter comparatiuum, & superlatiuũ ea in primis, quæ apud Græcos, differentia est, quòd cõparatiuũ refertur ad unũ, superlatiuũ ad plura. Quod reprehẽdit Priscia-*

Prisc. lib. 3. *nus, inquiens*: Fit autem comparatio uel ad unum, uel ad plures tam sui generis, quàm alieni: quamuis Græci honoris causa suæ gentis magis, quàm ratione ueritatis, dicant nõ posse ad multos sui generis fieri cõparationẽ. Alij autẽ dicunt hãc esse rationẽ, propter quam nõ utuntur tali cõparatione, quòd quũ ad plures sui generis fit comparatio, superlatiuo uti possumus: ut, Fortißimus Græcorũ Achilles. Sed superlatiuus multò alios excellere significat: comparatiuus uerò etiã potest paruo superantẽ demõstrare: unde etiã diminutionẽ iure accepit apud nos, Maiusculus Minusculus. Hæc Priscianus. A' quo tã pro Græcis, quàm pro Latinis dissentio. Nã quæro à Prisciano, quonã modo Græci distinguerẽt sensum cõparatiui à sensu superlatiui, quũ ipsi quoq; cõparatiuo genitiuũ tribuant, nisi hac ratione, ut hoc ad unũ, illud referatur ad plura? Loquor quoties cõparatio fit ad eos, qui sunt eiusdem generis. Nã ad eos qui sunt alieni, necessariò quoq; utuntur genitiuo per comparatiuum: quum ablatiuo careant. (Quũ dico cõparationem more Prisciani, tam comparatiui, quàm superlatiui intelligi uolo.) Atqui Apud Latinos ista ambiguitas non est, quia comparatiuo ablatiuum tribuimus. De hoc paulò pòst respondebo. Tamẽ tanti momenti est illa Græcorum ratio, ut eam Latini ad formam Græcæ cõstructionis imitati sint: hoc est, ut cum genitiuo iungerent comparatiuum utiq; inter duo (nam superlatiuum dubiũ non est habere locum inter plura) ut, Aiacum fuit fortior Telamonius: &, Manuũ melior est dextera. Si uerò tres Aiaces fuissent, diceremus nõ fortior, sed fortißimus: sicut, Digitorũ lõgißimus est, nõ lõgior, medius. Horatius, O' maior iuuenũ, inquit: ad duos enim Pisones patrẽ, filiũq; scribebat. Ouidius in persona Medeæ, quæ duos filios habuit:

De arte poët.

In epi. Med. ad Ias.

Quum

Quum minor ex pueris iussus, studioq; uidendi
Constitit ad geminæ limina prima foris.

Et Cæsar, siue alius pro Cæsare, in cōmētario XI. *in testamēto* Ptolem. *patris, Hæredes erāt scripti ex duobus filijs maior, & ex duabus ea, quæ ætate antecedebat.* Ideo *maior* Aiax, *& minor: ille* Telamonis, *hic* Oilei *filius. Maior, et minor* Atrides: *ille* Agamemnō, *hic* Menelaus. *Maior* Cato, *& minor. Maior, & minor* Scipio, *de duobus* Aphricanis. *Maior* Cyrus, *& minor: siue superior, et posterior: nā tēpus significamus, nō dignitatē maiorē, minorem'ue. De malis tamē nō maior, et minor dicimus: ut,* Dionysius *superior, et* Dionysius *inferior. Qui numerus quū superat, nō per comparatiuū, sed per positiuū, aut per superlatiuū loquimur: ut,* Magnus Alexāder, Magnus Pōpeius, Fabius Maximus, Valer. Maxi. *Et hæc est* Græcorū *ratio, in qua nobis cū illis cōuenit: quòd ad unū sui generis utendū est comparatiuo, ad plures superlatiuo.* Ideoq; *curiosissimus in loquēdo, et recōditissimæ sciētiæ* Macrobius *in* Saturnalib. *mihi nō probatur, ubi dixit:* Age Serui *nō solū adolescentiū, qui tibi æquæui sunt, sed senū quoque omniū doctissimus. Nō enim est eiusdē generis adolescēs cū senibus, non aliter quā si dicā, ego sum doctissimus* Romanorū, *&* Carthaginiensiū. *Nam si* Romanus *sum, tollendū est* Carthaginiensiū: *si* Carthaginiēsis, *tollēdum est* Romanorū: *si neutrum, utrunq; male iungitur.* Et Priscianus *in primo:* Omnium *est breuissimū eorū quæ diuidi possunt, id quod diuidi non potest.* Non *aliter quàm si dicas,* Hæc *est pulcherrima suarū sororū, cùm sit dicēdum, hæc est pulcherrima sororū. nam sororū, ipsa una est, suarum nō est. Quid autē ad plures generis diuersi? Nempe nos qui sextum casum habemus similimū genitiuo, hunc*

Cæs. in com. XI. aut si mauis libro 3. de bel. ciuil.

Macrob. lib. 7. cap. 11.

Vbi de litera loquitur.

adhibemus:ut, Achilles Troianis fortior fuit:et, Ego sum doctior Carthaginiēsibus, qui nō sum doctißimus Romanorū:et, Tu es doctior senibus, iuuenū longè doctißimus. Græci eodē genitiuo utuntur,ut sit hæc differētia, Superlatiuū ad plura sui generis, cōparatiuum ad plura diuersi generis cōparari:quod Priscianus reprehēdit, nolens illā differentiā inter gradus hos esse: sed hanc, quòd cōparatiuus parū,superlatiuus multū excellere significet. Quæ ratio,præterquàm quòd non satis defendit opinionē Græcorū,atq; adeò usum Latinorū,etiam falsa est. Neq; enim (ut ipse uult)quia comparatiuū diminutionē accipit, ideo parum significat, & nō potius multùm,quia diminui potest,præsertim quū dicat comparatiuū aliquādo transcendere superlatiuū:ut, Achilles fortißimo Troianorū Hectore fortior fuit. Sed ego hoc nō laboro, quòd cōparatiuum modò trāscendat,modò minuatur: quæ res nō mutat naturam cōparatiui:aliud animaduertēdum est, quo solo ipsi gradus cōparationis ponderantur: quòd comparatio unum gradū obtinet, siue primū:superlatio uerò plures, siue ultimū. Atq;(ut ego sentio non ad singulas res,sed ad gradus quosdā illa referenda sunt. Nam ubi fuerint multa eiusdem generis,non tamē cadit superlatio uno eminente, cæteris paribus. Vt si inter plura uascula,aut plura nauigia ad unā magnitudinē facta,aliquod sit longè capacius, & grādius,non rectè dicas, hoc esse omniū maximū. Necesse enim est ubi superlatio est,ibi sit et cōparatio, & aliquod sit maius aliquo,et iterū alterū maius hoc,quod erit iam omniū maximū:ut in Troianis sunt aliqui fortes, & his alij fortiores, atq; alij adhuc his fortiores,qui uocātur fortißimi. Itaq; nunquàm citra tertiū numerū fit superlatio.(At Priscian. uidetur,si cætera paria nauigia aliquod

paulò

paulò antecederet, dicendũ Maius cæteris: si multò, Maximũ omniũ.) Quid ergo si inter ipsa paria unũ utcunq; emineat, eiusdẽ tamẽ generis, nõ diuersi, quomodo dicendum erit? Comparatiuũ non refertur ad ea quæ plura sunt eiusdẽ generis, & superlatiuũ non habet locum inter paria. Malim ergo dicere per cõparatiuũ, sed in ablatiuo, ut Maius cæteris. Nam inter duo (ut dixi) damus genitiuũ. Quidã dant genitiuũ etiã ubi plura duobus sunt, sed tãtũmõ ecclesiastici, præsertim imitati Græcos autores, unde interpretãtur. Nulla enim litera est Latina noui testamẽti. Dicũt ergo, Maior discipulorũ, Minor fratrũ, siue q̃a cæteri pares sunt, unus aũt aut excellat, aut excellatur: siue quia nõ magnifecerint hãc differẽtiã cõparatiui, et superlatiui, altero pro altero, hoc est, cõparatiuo pro superlatiuo utẽtes: ut ex loco illo datur ĩtelligi: Qui uult inter uos maior eẽ, sit uestrũ minimus. Cur nõ dixit Maximus, Minimusq;: aut, Maior, Minorq;: nisi q̃ pro maximus posuit maior in quo Græcos secutũ scimus? In illo autẽ (licet huc parũ ptineat) Græcũ nõ sequimur: Nũc manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior horũ est charitas. Cur non aut Maior harũ, aut Maius horũ? Græci genitiuũ hũc in oĩbus generibus unũ habẽt, qui est αὐτῶν. Verũtamen potuisset Latinius dici, Maximũ: nisi Græcos imitari maluissemus, Græcos ĩquã unde traduxerũt, nõ autẽ ueteres illos, ex quibus grãmatica cõfirmatur. Nã ut charitas est maior cæteris, ita cæterarũ duarũ (ut opinor) altera alterã supat: raroq; reperitur numerus triũ, ubi nõ potius superlatio cadat, quæ tres diuersas exigit quãtitates, q̃ cõparatio. Ideoq; Græci cõtẽti fuerũt dicere cõparationem ad unũ, superlationẽ ad plura, quasi omnia inter se aliud ab alio distãtia. Quin ipse Priscianus quãquàm dissentit,

Nulla est noui testamenti litera Latina: hoc est, nullus apostolorũ, aut euangelij scriptorum Latinè scripsit: oẽs enim aut Græcè aut Hebraicè scripserũt.

Quod à Laurẽtio rectè dictum, perperã Mancinelus interpretatus est. 1. Corinth. 13.

Prisc. lib. 3.

tamen paulò pòst quasi imprudẽs, quod negauerat, cõfessus est. Prior referri ad unũ. Primus ad plura (quod anteà Diomedes, Donatus, et Seruius dixerãt) ideoq; illud iūgi ablatiuo more cõparatiuorũ, hoc autẽ genitiuo more superlatiuorũ. Quæ nõ significãt melior, & optimus (quẽadmodũ ipse uult) sicut nec potißimũ, optimũ, in Phormio
Act.2.scen.1. ne apud Terent. Vbi tu dubites, quid sumas potißimũ: sed in his omnibus principalior, principalißimus, & principalißimũ. Quod quũ ita sit (ut in summa colligã, & breuiter dicã, ut à principio institui) comparatiuũ inter duo esse, superlatiuũ inter plura, si modò tria sunt imparia: ueluti si in duas parteis ciuitas diuisa est, ut bello ciuili Pompeij, & Cæsaris, rectè dicas, Maior pars Quiritiũ sequebatur Põpeiũ, minor Cæsarẽ: non autẽ maxima, aut minima, nisi accipias pro ualde magna maximã, & pro ualde parua minimã. Sin in tres partes, ut tẽpore triũuirali, dicendũ erit, Maxima pars Quiritiũ sequebatur Octauiũ, Pars maxima legionũ erat cũ Lepido, Maxima pars nauiũ erat cum Antonio, nõ maior. In quorũ utroq; (ne quis
Cap.2. putet neminẽ hoc ignorare) peccauit Lactantius uir Latinus planè, et facũdus, qui in secũdo lib. Institutionũ inquit: Vt poßis dubitare, quos dicas potißimũ stultiores, illos'ne
Cap.25. qui falsam religionẽ suscipiũt, an qui nullã. Et in septimo: Vt ea ipsa quæ dicerẽ nõ nostris, sed aliorũ potißimũ literis confirmarẽ. Potißimũ dixit ꝓ potius: duæ enim partes
Declam.1. erant, nõ multæ: ut apud Quinti. Hoc loco quærã necesse est, quæ ratio fuerit, ut iuuenis ad parricidiũ suo potiꝰ gladio uteretur. Tametsi non absurdè hic potißimũ dici posset, quasi suo ex oĩbus potißimũ. Et in illo Lactãtij quoq;, si tale foret, Non aliorũ, sed nostris potißimum: quasi ex omnibus potißimũ: eruntq; multæ partes, & totidẽ quot

sunt

ſunt genera literarũ. Vel, Non aliorũ, ſed noſtris potius: eruntq; duæ partes, hinc noſtræ literæ, illhinc alienæ. Idẽ Lactantius in primo: *Omnes Sibyllæ unũ Deũ prædicãt, maximè tamẽ Erythræa, quæ celebrior, et nobilior inter cæteras habetur.* Celeberrima, & nobiliſsima dicendum erat. Cicero autẽ quodã loco id quod dico, apertiſsimè oſtendit, quũ ait in Piſonẽ: *Me quũ quæſtorẽ in primis, ædilem priorẽ, prætorẽ primũ, cunctis ſuffragijs P.R. faciebat.* Aedilẽ priorẽ dixit, quia tãtùm erãt duo ædiles, ſicut duo cẽſores, & duo cõſules. Cæteri aũt ferè oẽs magiſtratus multi, ut prætor, quæſtorq;: inter quos ſe creatũ dixit aut primũ, aut inter primos. Cuius rei ſiquis fidẽ deſiderat, bini ſemp ædiles nominãtur à Terẽtio. Ipſe Cic. pro Milone inquit: *Septẽ prætores, octo tribuni plebis, illius aduerſarij, defenſores mei.* Nã quæſtores penè ſinguli ſingulis ꝓuincijs præficiebãtur. Et exemplo Lactãtij admoneor ut dicã illas præpoſitiones Inter, & Ex tã cõparatiuo, q̃ ſuperlatiuo poſſe dari, ut cõſtat ſuperiorib. quæ retuli, exẽplis: & Quint. in Gladiatore: *Qui inter nos (ut apparet) fortior fuit.* Et in Geminis languẽtibus: *Dij prohibeãt, ut ex duobus filijs utilior incipiat eſſe periturus.* De ſuplatiuo ipſe paulò antè ꝓtuli exẽplũ, *Celeberrima inter oẽs, & nobiliſsima habetur.* Quæ ſi pares præter unã fuiſſent utẽdũ putarẽ cõparatiuo, ut fecit Lactan. Solemus quoq; interrogãdo, & dubitãdo dare Vtrũ cõparatiuo, Quid autẽ ſuperlatiuo: ut idẽ Quint. *Ita nõ tantùm utrũ idẽ ſit melius, ſed quid ſit optimũ quæritur.* Iterũ: *Ex duobus uter dignior, ex pluribus quis digniſsimus.* Et Cicero: *Quũ quærere uideretur Orator utrũ potius, aut quid potiſsimũ dicamus.* Tamẽ aliquãdo damus Quid etiã cõparatiuo: Sed ego ad altiora ducẽte ſtylo tranſeo, et ad ea quæ

Cap. 6.

Declam. 9.

Declam. 8.

Oratorũ magis sunt, quàm grãmaticorũ, & magis Latinè, elegãterq; loqui uolentiũ, quàm eorũ, qui ad normam grãmaticæ periti esse cõtenti sunt. Quare separemus ea, quæ de hac re dicenda supersunt, & eis suũ locũ aßignemus: quæ etsi poßēt posterius tractari, tamē quia ad materiam graduũ pertinēt, in hoc potißimũ loco exequemur rem dignã auribus studiosorũ, de exactißima antiquorũ Latinitate, & elegantia à Marco Cicerone, Marcoq; Fabio Quintiliano præcipuè obseruata, duob⁹ luminib. atq; oculis quum omnis sapientiæ, tum uerò eloquētiæ Latinæ.

De natura Superlatiui. CAP. XIIII.

IGitur superlatiuus adsciscit sibi Quisq;: relinquit autē Omnis, uel Cũctus positiuo: ut optimus quisq;, sapiētissimus quisq;, pro eo quod est, unusquisq; q est bonus, ac sapiens: uel omnes boni, & omnes sapiētes. Nõ enim liceret dicere, Boni quiq;, & Sapiētes quiq;, nec Omnes optimi, & Cuncti sapiētißimi. Idē intelligo si superlatiuus in alio casu ponatur, quàm illud Quisq;: sic, Maximo quisq; animo diuitias despicit. Valētißimi quisq; corporis longè abest à sapiētia. At uerò cõparatiuo nõ Quisq; cõuenit, sed Omnis. Vegetius tamē, nõ perpolitus sanè scriptor, inqt, Honestiores quiq; milites: pro Honestißimi quiq;. Et Lactãtius de Opificio: Nã etsi ita esset, placidiora quæq; animalia uel nihil fellis omnino, uel minus haberēt q̃ feræ. Maluissem ego dicere, Placidiora omnia animalia: ut Quint. in Aegro redēpto: Rus, seruulos, penates, & omnia utiliora properãti festinatione parēti addixi. Ex positiuis autē illa excipimus, quæ carēt superlatiuo, qualia sunt, quæ habēt i, uel u, ante us: ut, Pius, & Strenuus, quæ nonnunquã patiuntur superlatiuũ, ideoq; utrãq; rationē sequũtur, Omnis pius, & Pius quisq;. Sallust. in Catil. Nam strenuus quisq;

Cap. 14. (margin, beside "Lactãtius de Opificio")
Declam. 5. (margin, beside "luissem ego dicere")

quisq; aut occiderat in prælio, aut grauiter uulneratus discesserat. Ipse mallē dicere Strenuißimus quisq;, Pijßimus quisq;. Quidā tamē Salluſtiani codices scriptū habēt strenuißimus. Carēt etiā superlatiuo illa numeralia, Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, et deinceps. Nā Primus etiā quū numerū significat, superlatiuū est: & Vltimus. Dicimus itaq;, Primo quôq; tēpore, primo quôq; die: quod imperitiores putant esse coniunctionē Quôq;, quæ habet primā breuē, quū hic sit lōga. Cic. in Philip. *Primo quôq; die cōsules ad senatū referrāt,* Quāquàm hic nō tā omnis, quàm unus omniū primus dies significatur. Idē pro Rabirio: *Tertio quôq; uerbo excitabatur.* Et pro eodem Rabirio: *Quinto quôq; anno de moribus nostris iudicaretur.* Cæsar cōmētario quinto, *Legione producta cognoscit nō decimū quenq; militē relictū esse sine uulnere.* Suetonius in uita Cæs. *Et intercalario mēse sublato, unus dies quarto quôque anno intercalaretur.* Quod inerudíti sic pronuntiare solent: Omni quarto anno est bissextum: Omni quinto anno fit lustrū apud Romanos, Græcosq́;: Omni quinquagesimo anno Iudæi agūt iubileū: quū sit dicēdū. Quinquagesimo quoq; anno. Vlpian. apud Iustin. lib. XXVII. ait, militē quasi millesimū quenq; dictū: id est, omnem q est ex millenario numero ultimus: tamē accipiēdus est nō ultimus, sed quisq; ex eo numero, Nā quum dico, Dabo tibi ex ouibus decimā quāq;: nō eā intelligo, quæ decima in numerādo eueniet, sed unā de decē, quæcunq; sit: uel (ut absolutius loquar) singulas ex denis, siue ex decē, quas tu elegeris. Itaq; unaquæq; potest esse decima. Et exēplo Cæsaris cōstat decimū quenq; esse unū ex numero denario. Ita dicamus millesimū quenq; esse unum ex numero millenario. Iurisperiti nostri, elegātiæ Latinæ ignari, intelligūt militē

Philip. 9.

Cap. 40.

ex mille maximè strenuũ. Vnde puto errorẽ ortum de uocitandis militibus hoc tẽpore insigne quoddã dignationis frẽtibus. Sed ad rẽ. Hinc etiã *factũ est, ut dicamus* Vnusquisq;, & Singularis *quisq;: nõ singularißimus quisq;, qđ nõ reperitur, sicut nec Vnicus habet unicior, & unicißimus. Quotus etiã iungitur cũ Quisq;, sed tamen diuersa ratione à superioribus.* Nunquàm *enim ferè utimur hac dictiõe, nisi interrogatiuè, et in significatione, q̃ est Quot. Quotus enim frequenter significat quot, ut Martialis:*

Lib. 14. circa finem. *Dic quotus, & quanti cupias cœnare: nec unum*

Addideris uerbũ, cœna parata tibi est. Id est, *Quot estis, & quot tecũ habes.* Cic. pro Ligario: *Quotus enim istud quisq; fecisset: id est, nullus, uel rarus.* Ouid. de Arte:

Lib. 3. *Forma dei munus, forma quota quæq; superbit?* Id est, *nulla, uel rara.* Non *uenit in mentẽ, an cum alijs nominibus iungatur Quisq;.* Hoc *tamẽ scio, non habere Quisq; genitiuũ pluralem duntaxat cum adiectiuo iunctũ: ideoq; genitiuo utimur singulari pro genitiuo plurali: idẽ enim est* Optimi *cuiusq; animus, quod* Omniũ *bonorũ animus.* Vnusquisq; *autem ideo non facilè patitur superlatiuum, quia illud* Vnus, *uim quãdã, ac naturã (ut paulò antè ostẽdi) suplatiui obtinet: potiusq; dicimus,* Vnusquisq; *bonus, quàm* Vnusquisq; *optimus. Atq; hæc hactenus de Quisq;.*

De Vt, & Ita cum superlatiuo: de Quò, & Eò cum comparatiuo. CAP. XV.

ADdamus *de Vt, et Ita, similibusq;. Duplicatur suplatiuũ, uel altera ex pte nomẽ, uel altera ex parte aduerbium, uel utrinq; nomẽ, uel utrinq; aduerbiũ cum his indeclinabilibus, quæ nominaui.* Cice. de Orat. Vt *quisq; optimè Græcè sciret, ita esse nequißimũ.* Idem *in eodẽ:* Vt *enim quisque optimè dicit, ita maximè dicẽdi difficultatẽ, uariosq;*

uariosq; euentus orationis, expectationemq; hominũ pertimescit. Idẽ de Officijs: Vt quisq; animi magnitudine maximè excellit, ita et maximè uult princeps omniũ, uel potius solus esse. Quintilianus: Quod ut longè optimũ, ita difficilimũ. Et iterũ: Non ut quidq; primũ dicendũ, ita primum occurrit. In quo caueamus, ne pro Quidq;, dicamus Quodq;. Multũ enim refert inter hæc duo. In Catone maiore utrunq; superlatiuũ sustulit Cicero: Vt quisque ætate antecedit, ita sentẽtiæ principatum obtinet. Quod facere alibi solemus: ut in illo, Homo in primis doctus: nõ, In primis doctißimus: ne duas res superlationẽ habẽtes cõiungamus. Iusta igitur causa quare Cic. superlatiuos prætermisit: quæ causa Donato in Eunuchũ Terẽtij nõ fuit, qui ait, Vt quisq; miser est, ita senior uidetur. Nã præter id, quòd non adhibuit superlatiuũ, etiam confusionẽ quandam fecit ex positiuo, & cõparatiuo. Quod ita emẽdemus, tum per aduerbiũ: sic, Vt quisq; maximè miser est, ita maximè senex uidetur. Tũ per nomẽ: sic, Vt quisq; miserrimus est, ita annosißimus uidetur. Tũ per alterũ aduerbiũ, alterũ nomẽ: ita, Vt quisq; maximè miser est, ita annosißimus uidetur: uel, Vt quisq; miserrimus est, ita & maximè senex uidetur. Tũ per cõparatiuũ, nã & hoc idẽ efficit quod superlatiuũ, hoc modo, Quò quisq; miserior: uel, quò quisque magis miser est, eò senior: uel, eò magis senex uidetur. quod ita licere fieri, exẽplo probandũ est. Quintilian. II. Institutionũ: Quò quisq; ĩgenio minus ualet, hòc se magis attollere, ac dilatare conatur. Et paulò pòst: Erit eò etiam obscurior, quò quisq; deterior. Iustinus autẽ, siue Trogus, superlatiuũ cum comparatiuo miscuit, inquiens lib. XVI. Locupletißimus ut quisq; est, ita plures equites in bello suo regi præbet. Ego dicerẽ, Ita plurimos. q̃n et ita ab illo scriptum

Lib. I. Cap. 3. Eodem & lib. & cap.

ptũ fuisse suspicari libet. Dicebã paulò antè, nõ licere dicere, In primis doctißimus: idẽ sentio de Inter primos, et Cũ

Circa princi. bel. Iugurt. primis: licet Sallustius (si modò codex nõ sit mẽdosus) aliter dixerit: Ac sanè, quod difficilimũ in primis est, et prælio strenuißimus erat, et bonus cõsilio. Similia his sunt, In paucis, Cũ paucis, Inter paucos: itẽ, Super oẽs, Ante alios, Præter cæteros. Sed hæc etsi positiuo frequẽtius gaudeãt. tamen nõnunquã patiũtur superlatiuũ. Vt Plin. de absin-

Cap. 7. thio loquens, lib. XXVII. De usu eius conuenit dicere, herbæ facilimæ, atq; ĩter paucas utilißimæ. Verg. in VII.

-Petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus auis, proauisq; potẽs. Et in eiusdem operis I.
Pygmalion scelere ante alios immanior omneis.

De Hòc magis, & Eò magis, Tantùm, & Tantò, similibusque, quomodo iungantur gradibus. CAP. XVI.

Hoc magis, et Eò magis, idẽ est, quod tantò magis. Itẽ Quò magis, idẽ est qđ Quãtò magis. Quare admoneor, ut aliquid de horũ omniũ natura præcipiam: Positiuos magis decere Tãtũ, & Quãtũ: cõparatiuos Tãtò, et

Offic. I. Quãtò. Cicero: Quãtò es maior, tantò te geras summissius. Nõ autẽ quãtũ es maior, tãtũ te geras summißius. Cõtrà, Quãtũ potes, tãtùm elabora: nõ autẽ, Quãtò potes,

Lib. 5. cap. 7. tãtò elabora. Lactãtius tamẽ præter morem oratorum inquit: Quantò frequenter impellitur, tantò firmiter roboratur. Et Boëthius in dialecticis dixit, Paulò æquales. Hic pro paulũ dicẽs paulò: ille pro frequẽtius, firmiusq;, frequenter, firmiterq;. Tolerabilius quod fecit poëta Ca-

Epigr. 45. tullus, Tantò peßimus omnium poëta, Quãtò tu optimus omniũ patronus. In superiore Lactantij exẽplo, bis peccatum est in utroq; membro. Quidam peccant in altero: ut si dicatur, Quantò frequentius impellitur, tantò firmiter

robora

roboratur:uel, Quãtò frequẽter impellitur, tãtò firmius roboratur. Nisi ita uenustè dicas, ut Verg. in XII.

O' præstans animi iuuenis, quantùm ipse feroci
Virtute exuperas, tãtò me impẽsius æquũ est Cõsulere

Et Quintilianus in primo: Quid autẽ aliud in nostris legionibus cornua, ac tubæ faciũt? quorũ cõcentus quãtò est uehementior, tantò Romana in bellis gloria cæteris præstat. Quod nõ licuisset aliter dicere. Proximè aũt ad uim cõparatiuorũ accedunt illa aduerbia Antè, & Pòst siue præpositiones: ut, Tãtò antè ego ueni, quãtò tu pòst uenisti. Et illud nomẽ Alius, & eius aduerbiũ Aliter, & huic simile Secus: ut Quintil. At quãtò alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus. Et Teren. Verũ aliter euenire multò intelligit. Et Cicero: Multò secus euenit. Nã quod dico de Tantò, & Quãtò, idẽ intelligo de Aliquãtò, de Multò, de Paulò, cæterisq; similibus. Rursus quod de Tantùm, et Quãtùm: idẽ de Aliquantùm, de Multùm, de Paulùm, & reliquis. Sed quia hæc transeunt in aduerbia, ideo nõnunquam (de his quæ exeũt in um loquor) abutimur pro ijs quæ exeunt in o, præsertim quando non est illa cõtrapositio duorum, ut superioribus exemplis ostendimus. Iuue. Cap. 17. Declam. 5. In prolo. And.

Despiciam, qui scit quantùm sublimior Atlas. Satyr. 11.

Terent. Eius frater aliquantulũ est ad rẽ auidior. Quintil. At quidam etiã si fortè susceperint negotia paulùm ad dicendum tenuiora, ea cõuitijs implẽt. Ita in aduerbijs, præpositionibusq;, Multũ antè, uel Multò antè: Paulũ pòst, uel Paulò pòst. Verbis autẽ semp ferè cõuenit per um, potius, quàm per o, exceptis ab ante, à præ, à post cõpositis, more eorũ unde cõponũtur: ut, Multò præstat, & Multùm præstat. Sallust. Multò præstat maleficij, quã beneficij immemorẽ esse. Ita, Multũ, uel multò antecellit: Paulũ, uel paulò post habui In Eunu. act. 1. scen. 2. Lib. 12. ca. 9. In Iugurt.

habui tua negotia meis. Tam, & Quàm similia, atq; eadem uidentur Tantùm, & Quantùm: ideoq; raro cum comparatiuo iunguntur: ut Vergilius,

Aeneid. 7. *Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,*
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Cum superlatiuo frequentius: ut, Tam hic est omniũ optimus, quàm nobilißimus. In Iugurt. *Sallust. Quàm quisque peßimè fecit, tam maximè tutus est. Quod idẽ ualet, ac si diceret, Vt quisque peßimè fecit, ita maximè tutus est. Terẽtius:*

In Heauton. Act. 5. scen. 2. *Nanq; adolescens quàm minima in spe situs erit,*
Tam maximè patris pacẽ in leges conficiet suas.

Solẽt poni Tã, & Quàm separatim, & alterũ sine altero utrũque in significatione uehemẽtiæ: ut Cicero, In tam optima causa nõ debeo timere. id est, In tã ualde ac perquàm bona causa. Et iterum: Nondũ erat uestris tam grauißimis, tamq; multis iudicijs, ignominijsq; tantopere grauibus cõcisus. De Quàm, hoc sit exemplũ, Tu es homo quàm iucũdißimus. id est, ualde, uehemẽterq; iucũdus. Sed de hoc differendũ est latius, ideoq; nõ in eundem locũ includam.

De Per, & Quàm cum gradibus. CAP. XVII.

IDem nanque ponderis in compositione habent Per, & Quàm: sed alterũ positiui proprium est, alterũ superlatiui: ut, Perpulchrè, Perbellè, Perdiligẽter: Quàm pulcherrimè, Quàm optimè, Quã diligẽtißimè: quorũ exemplorũ referta sunt omnia. Hoc intelligitur, quoties accipitur Quàm pro ualde, siue uehemẽter. At cõtra, Quàm pro quãtùm nunquã cum superlatiuo, sed semper cũ positiuo: ut Cicer. Quàm morosi sint, qui amãt, uel ex hoc intelligi potest. Epist. 16. lib. 6. famil. *Vides ut Quàm, pro quantũ, nõ potest adiũgi uerbo principali, dũtaxat in recto modo loquẽdi: hoc est, quando non figuratè loquimur, ut exprobrandi, deri-*

dendi

dendi'ue causa, hoc modo: Quàm citò uenisti: Quàm suauis homo es. Loquor autẽ quoties duo uerba in eadem oratione inseruntur, semper cum uerbo non principali iungi Quàm pro quantùm: pro ualde frequẽter uno uerbo contentũ esse: & in duobus, principali potius gaudere, nonnunquã altero: ut, Vbi est lucrũ, eò quàm primũ aduolas: &, Ibi est lucrũ, quò tu quàm primum aduolas. At in hac differẽtia positiui, & superlatiui aliqui se obijciẽt, afferẽtes Terentiũ in Andria: Reiecit se in eũ flens quàm familiariter, et in Eunucho: Tute scis post illa q̃ intimũ habeã te. In quorũ exemplorũ priore est Quàm pro ualde cum positiuo: in posteriore Quàm pro quãtùm cum superlatiuo. Ego uerò accipio illud Quàm familiariter, pro quantùm familiariter figuratè: quasi, ô quantùm familiariter: & hoc intimũ accipi uolo pro positiuo, sicut proximum. Dicimus nãque, Hic est mihi magis proximus: ita, Hic est mihi magis intimus. Neq; in hoc toto meo opere tã licẽtiã poëtarũ cõsector, q̃ usum oratorũ. Neq; si quid aliter penes autores reperiatur, mihi obesse debet, qui nõ legẽ scribo, quasi nunquàm aliter factũ sit, sed quòd frequentißimè factitatum est, præsertim à Marco Tul. Marcoq; Fabio, apud quos siquãdo reperiatur Quàm cũ positiuo pro ualde, aut cũ superlatiuo pro quãtũ, ausim affirmare mẽdosè scriptum: ut in procemio de Oratore. Quàm boni perdiu nulli, quasi de ualde bonis, et nõ potius de bonis loquatur. Vera scriptura erat, Boni perquàm diu nulli, aut potius, Cùm boni pdiu nulli, aliter enim uidetur nõ cõgruè dici. Quod uitiũ scribẽdi utinã in paucioribus esset. Quod Cic. ipse illo suo eruditißimo seculo (qđ uix credibile uidetur) queritur, ita ut apud Latinos mẽdosiores sint codices Latini, quàm Græci. Quãquàm apud Græcos lõgè difficilior

sit

Act. I. scen. I.
Act. I. scen. 2.
Epist. 5. lib. 3. ad Q. fratr.

sit scribendi, quàm apud Latinos ratio. Nã cur nõ sæpius Quàm pro ualde cũ positiuo in illis reperiremus, si probassent potius, quàm respuißẽt? Qua in re nõ uerebor reprehendere Boëthiũ, Priscianum, & elegantiorẽ utroq; Lactantiũ. Primus super Ciceronis Topica ita ait: Nosti oblatrãtis morsus inuidiæ: nosti quàm facilimè in difficilimis causis liuor iudiciũ ferat. Mallẽ dixisset? Quàm facilè. Secundus lib. XVIII. ita: Ideo ex uno libro Ciceronis tot usus proponere statui, ut docerẽ quàm frequentißimè hac constructione usi sint autores eloquẽtiæ Latinæ. Latinius erat, Quàm frequẽter usi sint: uel, Quàm frequẽtissimè usos. Tertius ita libr. I. Institutionũ: Et quàm multa alia de Deo nostris hominibus locutus est similia. Permulta, ego dixissem. Idẽ lib. VI. Hoc autẽ duplex sacrificij genus quàm sit uerißimum, Trismegistus Hermes idoneus testis est. Et in principio statim libri de Opificio inquit: Quàm minimè sim quietus, & in summis neceßitatibus, ex hoc libello poteris æstimare. Puto Ciceronẽ, Quàm sit uerũ, & Quàm parũ sim quietus, potius fuisse dicturum: qui scribẽs ad Trebatium in procemio ita ait: Sed dũ fuimus una, tu optimus es testis, quàm fuerim occupatus, Nõ dixit, Quàm summè occupatus: aut, Quàm maximè occupatus: aut, Quàm occupatißimus fuerim. Quod antè dixi de Quàm, nõ debere illud iũgi cũ superlatiuo, quoties significat quãtũ, unũ uerbũ excipitur Possum, et quæ idẽ significãt, Queo, Valeo, Licet, & siqua sunt alia: ut, Scribas q̃ optimè potes: nec rectè dicas, Scio q̃ optime scribas: quod præter autoritatẽ summorũ autorũ, etiã ratione uititur: quia ubi est uerbũ Potes, ibi Quàm non iungitur cum superlatiuo, sed cũ uerbo: sic, Scribas optimè quàm potes, in alijs autẽ nequit iungi cũ uerbo: sic, Scio optimè quàm scribas

Cap. 5. (margin, beside "simè usos. Tertius ita libr. I.")

Cap. 25. (margin, beside "ta, ego dixissem. Idẽ lib. VI.")

In procem. Topico. (margin, beside "qui scribẽs ad Trebatium")

ſcribas,niſi alter ſit ſenſus.Ergo illud nõ planè Latinũ eſt, Quã primũ mare intraui,exorta tẽpeſtas eſt:& , Quàm primũ potero,mare intrabo. Sed, Quum primùm:uel, Vt primùm:uel, Vbi primùm mare intraui,exorta tempeſtas eſt:aut, Vt primũ:uel, Vbi primũ potero, mare intrabo, Latinũ erit.*Ex his,quæ dixi,colligitur, ubi eſt Quã pro quãtùm,ibi quoq; poni poſſe ipſum Quãtùm:ut* Cicer.de Amicitia:*Niſi quòd tanta eſt inter eos,quãta maxima poteſt,morũ,ſtudiorumq; diſtantia. Quintilianus in ſecũdo: Quũ aliquid adhibita quãta maxima poteſt cura,diligenter elimauerit.* *Vt,quoq; in locũ Quàm,uel Quãtùm ſuccedit,nũc ſine Ita,nunc cũ Ita.Primo modo ſic,ut apud eundẽ in* X I I. Non *omittenda pars hæc orationis,ſed exigenda,ut optimè poſſumus.&* Cic.*in Philippicis: Quas ut honorificentiſſimis uerbis ipſe conſequi potero, complectar mea ſententia. Altero modo ſic, ut apud eundẽ de* Oratore:*Hæc ut breuiſſimè dici potuere, ita à me dicta ſunt.De poſitiuo autem nemini dubiũ erit,Quàm & Vt, cõuenire cum poſſum,ut idẽ in* Philippicis:*Sed reliquum curſum uitæ quàm quidẽ poſſũ breuiter perſtringã,& ut potui, breuiter perſtrinxi. Rectè ergo pones Quàm pro quantùm cum poſitiuo, & ſuperlatiuo intercedẽte uerbo Poſſum. Male autẽ cum cõparatiuo, ſiue ſine Poſſum:ut, Quàmplura uolumina ille compoſuit. dicẽdum eſt Complura,nõ Quàm plura,ut quidã male ſcribunt.(In aduerbio quoq; ſuperlatiuo nonnunquã legimus Complurimum, pro plerunq;.) Siue per Poſſum:ut,* Narraui *rem geſtam quàm breuius potui:aut, Quàm potui breuius.Cuius hic quidẽ ſenſus, ſed tamẽ barbarè prolatus eſt,* Narraui *quã breuiſſimè potui. Quanquàm hoc ſecundũ poteſt accipi in eum ſenſum,qui eſt, Quã potui breuius:ſiue (ut apertius*

loquar) Breuius quàm potuissem. Primus modus sic accipi nõ potest. Nec hoc quidem barbarie caret, licet huius loci nõ sit: Iste est nimis iuuenis ad dandũ sibi tale negotium. Quod sic Latinè diceretur: Iste est nimis iuuenis, aut iunior, q̃ ut ipsi detur tale negotiũ: uel, Est iunior, quàm cui tale negotiũ detur. Cuius rei plurima ubique exẽpla sunt. ut Quintil. Sed hoc apertius est, quàm ut probãdũ sit. Et ita opus inchoatur Valerij Maximi: Vrbis Romæ, exterarumq; gẽtium facta, simul ac dicta memoratu digna, quæ apud alios autores latius diffusa sunt, q̃ ut breuiter colligi possint. Id est, latius sunt dispersa, ita ut non breuiter co-
Cap. 9. gnosci possint. Itẽ Quintil. in XII. Ideoq; ne suscipiendæ quidẽ sunt causæ plures, quàm quibus se suffecturũ sciat. In eãdẽ rationẽ cadit ille modus, qualis est, Maiorẽ geris uestẽ, quàm pro habitu corporis. Vt Curtius: Maiorem quàm pro magnitudine syluæ reddebãt sonũ. illud hoc loco iocosum inserere nõ pudebit: Si quis interrogatus, huiusmodi positiui Perpulcher, qui cõparatiuus sit, & qui superlatiuus: nõ bene respõdebit, nisi ita, Multò pulchrior, & Quàm pulcherrimus. Ex his autem duobus, de quibus diu disseruimus, Per, & Quàm cõflatur unũ Perquàm, quod utri dãdũ erit, positiuo, an superlatiuo? (utrũq; enim in eo partẽ sibi uẽdicat) certè positiuo, uel quia per anterius est, uel quia indecẽs uideretur duo aduerbia uehemẽtiã significãtia superlatiuo anteponi. Dicimus itaq; Perquàm doctus, Perq̃ eruditus, Perquàm pulcher. Et sicut uerbo solet apponi Per, ita Perquàm: ut, Peruelim, Per-
Epis. 27. li. 7. placet: Perq̃ uelim, Perquàm placet. Plin. iun. in epist. Perquàm uelim scire. Nisi interpositum sit, Quàm, inter
In Hecyra. præpositionẽ & uerbum, cũ quo illud copulatur. Quale
Act. 1. scen. 1. apud Terẽt. Per pol quàm paucos reperias meretricibus

Fideles euenire amatores. Quod sic resoluitur, Pol perquàm paucos. Boëthius tamē in cōmētarijs logicæ breuioribus superlatiuo dedit, dicens: Apud scriptores qdē Græcos perquàm rarißimos. Et Pōponius de orig. iur. Digest. Iustiniani libro primo: Nam ante cū Seruius duos libros ad Brutum perquàm breuißimos ad edictū scriptos reliquit. Et facundus scriptor Curtius lib. IIII. Bessum quoq; Bactrianorū ducē perquàm maximo posset exercitu coacto descendere ad se iubet. Sed huiusmodi exempla tam rara sunt, ut dubitē, an librariorū sit culpa. Certè ipse sic loqui nō ausim. Aulus quidē Gell. hoc quod præcipimus, semper custodiuit: cæterùm ut est in loquendo curiosior, pro Perquàm ita loquitur: Sanequàm utile: Voce admodū quàm suaui: Oppidoquàm libens: Nimisquàm ineptū quæ aduerbia idem pollent quod Per, pro ualde. Vsitatius tamen est Perquàm: ut, Perquàm utile, uoce perquàm suaui, perquàm libēs, perquàm ineptū. Tametsi Cæsar Cōmētario XIII. Quibus rebus oppidoquàm pauci sub pellibus acquiescebant. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronē scribens ita incipit: Posteaquàm renuntiatū est mihi de obitu filiæ tuæ, sanequàm pro eo ac debui grauiter, molesteq; tuli. Et ad eundē Cælius etiā ita incipit: Sanequàm literis C. Caßij, & Deiotari sumus cōmoti. Nā Caßius cis Euphratem Parthorum copias esse scripsit. Et Brutus quoq; Decius ad eūdē: Nā suos ualde quàm paucos habet. Et iterū in eadem epistola: Sanequàm gauisus sum. Quid plura? ipse quoq; Cicero ad fratrē: Nā quod de Pōpeio Caninius ait, sanequàm refrixit. Nō succurrit mihi, si quod aliud exemplū apud Cice. repererim. Et Titus Liuius nescio an alibi quàm lib. XLVIII. Quum haud facilè esset, aut ea quæ obijcerentur, aut quæ aduersus ea dicenda erāt, memoria

Epist. 5. lib. 4 Epist. fam.

Epist. 10. li. 3. Epist. fa.

Epist. 13. li. 11 Epist. fa.

Epist. 9. li. 2

complecti. Nec enim multa solùm, sed etiam pleraque oppido quàm parua erant. Hæc igitur dãtur positiuo, illa uerò magis superlatiuo, Multò, & Longè, in eo ferè significato, quo solet Quàm cũ superlatiuo. Sed cum hac tamẽ differentia, quòd huic Quàm non tribuimus genitiuũ illũ superlatiui propriũ, aut ablatiuum, accusatiuum'ue cum præpositione, ut fit sine ipso Quàm. Marcus Tull. Acerrimum autem ex omnibus nostris sensibus, esse sensum ui-
De Ora. li. 2. circa princ. dendi. Et iterum: Quem Crassus dilexit ex omnibus plurimùm. Non dixit quàm acerrimùm, aut quàm plurimùm ex omnibus, siue inter omnes.

De Longè, Multò, Facilè, Valde. CAP. XVIII.

ID quoq; fit in Multò, atq; in Longè pro ualde, & in facilè pro non dubiè, ut Quintil. lib. 11. Declamandi ratio ut est ex omnibus nouissimè inuenta, ita & multò est utilissima. Idem: Longè omniũ, quos quidem mihi audire cõtigit, præstãtissimus Domitius Apher. Et Marcus Tul. Sed ego neq; illis assentiebar, neq; harum disputationum inuentori, & principi longè omniũ in dicẽdo grauissimo, & eloquẽtissimo Platoni. Idẽ pro Rabirio: Virum unum totius Græciæ facilè doctissimũ Platonẽ. Amat etiã Lõgè (ut Multò) secũ iungi cõparatiuũ. Vt Verg. in IX. At pedibus lõgè melior Lycus. Et ea de quibus anteà disputaui, Alius, Aliter, Secus, Antè, Post: ut, Lõgè alius, longè aliter, lõgè secus, lõgè antè, lõgè pòst. Et cõposita à Præ: ut, Longè præstans, lõgè præstat. Quintil. Sed eũ longè præcedũt ingenia uiuentiũ. Et cætera, quæ superlationem quãdã habẽt, & ꝓximè ad cõparatiua accedũt, ut Lõgè supat, lõgè uincit. Et ea, q̃ diuersitatẽ, more illorũ, alius, aliter, secus, qualia sunt Diuersus, Dissimilis, Alienus: ut, Lõgè diuersus, lõgè dissimilis, longè alienus. Princeps ne

Cap. 11. Lib. 10. ca. 1. De Ora. li. 1.

adiect

adiectiuum quidem est more positiuorũ, tamẽ quia superlationem significat, adsciscit sibi longè: ut idẽ: Nouẽ uerò lyricorũ lõgè Pindarus princeps. Et Facilè *pro eo, quod est haud dubiè,* Marcus Tull. *pro* Roscio: *Nõ solùm municipij Larinatis, ex quo erat, sed etiã regionis illius, & uicinitatis, uirtute, existimatione, nobilitate facilè princeps.* Praeterea *cũ* Praecipuus, *cũ* Primus, *cũ* Secundus, *et siqua alia sunt.* Vt Quint. *de* Euripide *loquens: In affectibus, cùm in omnibus, tũ in his, qui miseratione constant, facilè praecipuus, & admirãdus maximè est.* Sic Facilè *primus, uel* Facilè *summus.* Facilè *uerò secũdus dicimus, non ad ordinẽ respiciẽtes, sed ad dignitatẽ: quale est,* Tu *es facilè secũdus à rege, hoc est, facilè post regẽ primus.* Lõgè *igitur pro ualde, propriũ est (exceptis paucis) cõparatiui & superlatiui.* Ipsum *autẽ* Valde *positiui, & uerbi: ut,* Valde *diues, ualde pauper, ualde laudat, ualde uituperat.* Nec *ausim dicere,* Lõgè *diues, longè laudat: nec* Valde *ditior, ualde ditißimus.* Haec *aũt, quae à me de aduerbijs tradũtur, nõ fuerũt interpretata ueteribus grãmaticis.* Nam *nuper quũ iam ista cõposuissem, inueni in bibliotheca* Beneuẽtana Sergiũ *super* Donatũ *ita dicentẽ:* Donatus *dicit quinq; tãtùm aduerbia positiuo esse iungẽda:* Tã, Magis, Maximè, Minus, & Minimè: *ea scilicet ratione, quoniam uim in se habent cõparãdi, atq; ideo non debent cõparatiuis casibus iungi, ne uideatur comparatio geminata.* Qui *enim dicit,* Tã *doctior, pene hoc dicit, doctus doctior qđ* Latinitas *nõ patitur.* Probus *aũt dicit, oĩa aduerbia, quae uim augẽtis, & minuẽtis in se habent, non debere coiungi nec cõparatiuo, nec suplatiuo, ut sunt ista,* Valde, Multũ, Plurimùm, Per *& similia.* Nã *ista oĩa tantũ positiuis casibus debemus adiũgere.* Idẽ Sergius *lõgè pòst ita ait:* Cõparatiuo

Lib. 10. cap. 1

In eod. cap.

ratiuo, & superlatiuo quinq; hæc cōparationis aduerbia non apponemus: ut, tam, minus, minimè, magis, maximè, quæ tamen soli positiuo adijcientur. Hæc quæ tres autores tradunt, & imperfecta sunt, nec omnino uera, ut ex eis datur intelligi, quæ ipse præcepi. Dicimus enim *Multò fortißimus: &, Ego sum tam te fortior, quàm nobilior: &, Tam omnium sum fortißimus, quàm nobilißimus. Cōparatiua uerò addi nō oportere cōparatiuis, ne præcipiendum quidem est. Quòd autē posuit minimè, & maximè, & similia Sergius, non rectè posuit. Nam minimū, est propriū aduerbium superlatiuum: Minimè uerò pro negatione accipitur, quasi nequaquam: ut, Hic homo est minimum literatus, id est, pauxillum literatus. Ego sum minimè literatus, id est, idiota, & nihil prorsus habens literaturæ.*

De proprietate quadam Comparatiui. CAP. XIX.

ATque hæc hactenus. Illud ad extremum adijciamus de comparatiuo, cōsuetiorem sermonem esse per accusatiuum, quàm per nominatiuum in illis, quale est, Tu maiorem laudem assecutus es patre tuo, tuisq; maioribus: Vix audeas dicere, tua laus est maior patre tuo. Tamē solemus aliquando sic uti: ut Vergil. in VIII. Haud secus ignipotens, nec tempore segnior illo. Et Quintil. de Apibus pauperis: Vnum rogo, ne cui minor uestra dignitate uideatur causa litis meæ. Et in tertio Institutionum: Non debes apud prætorem petere fideicommissum, sed apud consules: maior prætoria cognitione summa est. Fortasse uidetur mollius in obliquo casu: quod si ita non est, uolo tamen annotatum esse, quòd inconsueta uox auribus hæc uidetur esse: Maior summa pecuniaria est prætoria cognitione: pro eo, quod est, Maior summa est, quàm ut apud prætorē peti poßit. Minor causa dignitate uestra: pro eo

Declam. 13.

Cap. 8.

quod est, Minor, q̃ ut uideatur digna, quæ apud dignitatẽ ue strã agatur. Et Vulcanus nõ segnior illo tẽpore: pro eo quod est, Segniori tẽpore, quàm illud fuit. A' quo nõ dissimile illud est: Ego sum maior uiginti annis: pro eo qđ est, Ego sum maioris ætatis, quàm ea quæ est uiginti annorũ: uel maioris ætatis uiginti annorũ. nã & hoc licet dicere: quale etiã est, Ego sum maior uiginti annorũ, id est, ætate tali: uel, Ego sum ætatis maioris ætate uiginti annorũ. Frequẽtißimè autem huiusmodi genere orationis utimur, ubi adest hoc nomẽ Opinio: ut, Sũ ditior opinione hominũ: nõ quasi opinio hominũ diues sit: cũ sic accipi debeat, magis quàm opinio hominũ sentit, uel quàm homines opinãtur. Cicero ad Brutũ suũ sic exorsus est: Cũ è Cilicia decedens Rhodũ uenißẽ, ibiq; de Quinti Hortẽsij morte esset allatũ, maiorẽ opinione hominũ cepi dolorẽ. pro eo quod est, maiorẽ, quàm ille, quẽ in me homines opinãtur. Nec illud ab hoc multũ recedit, quũ dicimus, Nihil isto homine peius: nihil tuo patre abiectius: nihil hoc uino insuauius: pro eo quod est, Nullus homine isto peior: nemo patre tuo abiectior: nullũ uinum hoc insuauius. Rursus in laude, Nihil isto homine melius: nihil patre tuo generosius: nihil matre tua sanctius: nihil uxore tua uerecũdius: nihil hoc uino suauius. Dictũ est de omnibus rebus, nõ tãtùm de singulis. Interdũ etiã ubi nihil plus cõprehenditur in uniuerso, quàm in parte: ut, Nihil est te literatius: nihil est illo prudẽtius: nihil est isto humanius: nihil plus significatur hoc modo, quàm si dicas, Nemo te literatior: nemo illo prudẽtior: nemo isto humanior: quoniã literatura, prudentia, humanitasq; nõ nisi in homines cadit. Quid ergo in neutro genere potius, quàm masculino, & fœminino ꝓlatũ est? nẽpe, quia nescio quid plenius, & suauius in neutro genere est.

De clar. orat. in princ.

Ideoq; tali sermone delectati autores sunt, ut ipsorũ crebra exempla documento esse possunt, quæ inquirentibus notiora erant, quàm ut à me huc afferri debeant.

De Compositis à Somnus. CAP. XX.

A Somnus composita quædã sunt secundæ semper declinationis, quædã tertiæ. Secundæ, Cicero in Verrem: Act.7. Hic etiam quum semisomnus stuperet. Et Cælius in Antonium: Ipsum nanq; offendunt semisomno sopore profligatum. Et Sallustius in Iugurth. Signo dato castra hostium inuadunt, semisomnos partim, alios arma sumẽtes fugant. Insomnem, & Exsomnem draconẽ sæpe legimus, & ferè hanc differentiam seruatam inuenimus. Hæc admonui, ut in his nominibus, quæ ancipitem in compositione declinationem sortita sunt: tamen sciamus usum frequentiorẽ imitandum. Seneca autem de breuitate uitæ ait: Quàm multi hesterna crapula semisomnes, & graues.

De Nominibus in Osus. CAP. XXI.

NOmina quæ exeunt in Osus, partim à nomine descẽdunt, partim à uerbo, partim ab utroq;. Et ea quidẽ quæ descendũt à nomine, habitionem, siue uehementiã, copiã'ue significant, & affectionẽ: ut Animosus, Ingeniosus, Lacertosus, Neruosus, Saxosus, Aquosus. Hæc copiã, siue uehemẽtiã, habitionẽq; significãt, q̃ habẽt in se uehemẽtiam, ac copiã aquæ, saxorũ, neruorũ, lacertorum, ingenij, animi. Vinosus, Mulierosus, Libidinosus, Seditiosus, Factiosus, qui affectus est ad hæc, & amat uinũ, mulieres, libidinẽ, seditiones, factiões. Rursus ea, quæ à uerbo sunt, partim actionẽ significãt, partim paßionẽ, partim utrũq;: Studiosus, Fastidiosus, Stomachosus, Iniuriosus, Contumeliosus, Curiosus, semp̃ actiuè ab autoribus accipi solẽt. Otiosum est in re aperta ĩculcare exẽpla, quæ uulgò sunt

plurima.

plurima. Hæc enim accipiũtur pro his, qui operã dãt studio, qui fastidiunt, qui stomachãtur, qui iniuriã, contumeliamq́; faciũt, qui nimis curãt: nisi uelimus hæc à nominib. uenire, nõ à uerbis: ut Fraudulosus, qui fraudẽ facit: quod à fraudula diminutiuo uidetur uenire potius, quàm à fraude: quemadmodũ Meticulosus, qui timidus est, à meticulo magis, q̃ à metu: & Somniculosus magis à somniculo, q̃ à somno: & Siticulosus magis à siticula, q̃ à siti uenit. Tenebricosus quoq; reperitur, & tenebrosus: licet quædã ab usu, regulaq́; recedãt, ut Mõtuosus potius q̃ mõtosus, Saltuosus quàm saltosus, Tortuosus quàm tortosus. Verũtamẽ quæ sunt quartæ declinatiõis assumũt u, ut Vultuosus, Actuosus, Fructuosus. Ideoq́; illud in Psalmo: Oues eorũ fœtosæ. legẽdũ est fœtuosæ, à fœtus: sicutediuerso pleriq; scribũt Mõstruosum pro mõstroso. Luca. Mõstrosiq́; hominũ partus. Nec modò in osus faciunt nomina quartæ declinationis, uerùm etiã in arius: ut, Saltuarius, Actuarius, Fructuarius: quũ nomina secũdæ declinationis careant u: ut, Asinarius, Caprarius. Odiosus, & Inuidiosus paßiuè: ille enim significatur q odio habetur, & cui inuidetur: nõ is qui odit, & qui inuidet. Hæc paßionẽ significãt, utique quũ à uerbo ueniunt, secus quũ à nomine. Nã Odiũ molestiã quoq; antiquitus significabat. Terent. Nunquam tuo odio me uinces. Et iterum: Si porrò esse odiosi pergitis. id est, molesti. Cice. ad Att. Sed quũ horas treis ferè dixisset, odio, & strepitu senatus coactus est aliquando perorare. Et in Catone Maiore: In infirmo corpore odiosa est omnis offensio. Et de Oratore: Verũ si placet (quoniã hæc satis spero uobis quidẽ certè maioribus molesta, & putida uideri) ad reliqua aliquãtò odiosiora pergamus. Odiosiora dixit, quasi molestiora. Inuidia autem præter illam signi-

143. Lib. I. In Phormio ne vtrunque: primũ act. 5. sce. 5. alterum act. 5. sce. 8. Epist. 2. li. 4. Lib. 3.

ficationē notā, est uel dicto, uel facto in alterū maleuolētiæ cōciliatio: ut si qs referat, ostēdat'ue calamitates suas, ut autori calamitatū odiū cæterorū cōcitet. Et hoc uocatur Inuidiā facere: uel Vocare, uel adducere in inuidiā: inde Inuidiosa res, quæ atrocitatē facti augēs, inuisum illud, uel illius autorē facit. Et Inuidia quasi atrocitas, uel detractio: in quam significationem accipio illum uersum:

In Cato. distichis. Inuidiam nimio cultu uitare memento.

Nam latentem inuidiam, quia non deprehendo, uitare nequeo: sed eā, quæ extrinsecus significatur uel uoce, uel gestu, cum populus indignè ferre se indicat in aliquo nimiū, & insolentem corporis cultum. Ideoq; subiungitur:

Quæ si non lædit, tamen hanc sufferre molestum est.

Hanc scilicet uel uoce, uel gestu, uel utroq; modo detractionem. Quale illud quoq; Terentianum: Ita ut facilimè Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Et illud Sallustij, licet è Demosthene sit sumptum: Inuidiā gloria superasti. Formidolosus, Laboriosus, Operosus, pariter actiuè, passiuèq; accipiuntur. Terent. Ego'n' formidolosus? id est, ego'ne qui timeam? Sallustius: Regibus boni, quàm mali suspectiores sunt, semperq; his aliena uirtus formidolosa est, id est, quæ formidatur. Cicero: Videtis ut senectus non modò languida non sit, uerùm etiam operosa. id est, Quæ agit, & rebus agendis operā dat. Idem pro Cælio: Vos laboriosos existimet, quibus otiosis ne in cōmuni quidē otio liceat esse. Ouidius, Moles operosa laboret. i. quæ ab aliquo operata est, nō quæ aliqd facit: uel, uehementis operis, & multarū operarū. Ita res laboriosa, uel quòd in ea laborem capiamus necesse est: uel, quòd plena laboris est. Voluptuosus quoque, & Religiosus, licet à uerbis non ueniant, tamen istis similia sunt, ut

In And. act. 1. sce. 1.

In Iugurt.

In Eunuc. act. 4. sce. 6.

In Catil.

In Cat. Maio.

Lib. 1. Meta.

affectionem significent, & habitionem, siue plenitudinẽ, simulq́; actiuè accipiantur, & paßiuè. Voluptuosus homo, qui perquàm amat uoluptatem. Res uoluptuosa, quæ in se habet uoluptatem: uel, quæ plena est uoluptatis, & qua homo delectatur. Ille recipit, hæc recipitur. Religiosus homo, q amat religionẽ. Sepulchra, & monumẽta religiosa sunt, i. habẽt in se religionẽ. Ille adorat, hæc adorãtur. Prætereà Gloriosus, Famosus, Imperiosus, nõnihil & ipsa à cæteris differũt. Nã licet legamus Gloriosam uictoriã, id est, plenã gloriæ: & apud Iuuenalem satyr. VIII.

Famosos equitum cum dictatore magistros:

& Imperiosos populos: hoc est, latũ imperiũ poßidentes: tamen dicimus ita Gloriosum hominẽ affectatorẽ gloriæ, ut Vinosum cupidum uini, & Mulierosum nimis appetentem mulieres: qualis Miles gloriosus apud Plautũ & Terentiũ: & Famosum pro infami, & turpi: ut Famosa mulier, quæ noscitur impudica esse. Et Imperiosus, ostẽtator imperij in exercẽda sæuitia: qualis Torquatus apud Liuiũ, qui filiũ securi ob imperiũ cõtemptũ occidit: unde imperiosus appellatus est. Verùm Imperiosus, et Gloriosus, quãdo honestæ significatiæ sunt, pro gloriã, imperiũq́; habẽte, habitionẽ, plenitudinẽq́; significãt: quãdo inhonestæ affectionem, ut dixi. Similiter Quæstuosus, & Sumptuosus ab affectione magis, q̃ ab habitione, siue plenitudine ueniũt. Quæstuosus, est homo auidior quæstus, & lucri, undiq́; lucella q̃ritãs. Sumptuosus, q̃ auidior est sumptus, quàm quæstus, & immoderatũ sumptũ facit: i. immoderatas impẽsas. Quæ duo magis poßunt accipi actiuè, q̃ paßiuè, magisq́; ad homines ptinent: ut, Homo q̃stuosus, homo sumptuosus. Luctuosus uerò magis ad rẽ: ut, Res luctuosa, hoc est, plena luctu. Nescio an liceat de homine misero, &

afflicto

Famosos eq̃tũ, &c. Beroaldus, quẽ alii multi impẽse docti secuti sunt, inter quos & Bud. in annot. in pand. fumosos legit: ut apud Cic. in Piso. fumosas imagines, pro antiquisimi generis stemmate.

Lib. 8, 1. deca.

afflicto dicere, homo luctuosus, sicut fortuna huius luctuosa. Ab industria autẽ non habemus Industriosus, sed Industrius. Nec à uirtute Virtuosus more Græcorum, qui ἀπὸ τῆς ἀρετῆς non deriuant ἀρετὸς, licet habeant ἀρετὸς, sed pro illo dicunt tum ἀγαθὸς, id est, bonus, tum σπουδαῖος, id est, studiosus, Aristotele quoq;, & alijs quibusdã testantibus. Quod Cice. ad Herenniũ imitatus est, dicẽs: Ideoq; bonis uiris, id est, studiosis amicus erat. Morosus à more uenit, nõ à mora. Primã enim habet longã, ut mos moris, significatq; eũ, qui nimis exactè, nimisq; ad unguẽ fieri omnia postulat, ut aliquãdo ob id indignetur, ac irascatur.

Cap. 45. *Vt Sueto. de Cæsare: Circa corporis curã morosior, ut nõ solùm tonderetur diligẽter, sed etiã uelleretur. Idẽ de Ti-*

Cap. 70. *berio: Sed affectatione, & morositate obscurabat stylum. Cicer. de Senect. At sunt morosi, & anxij, & iracũdi, & difficiles senes. Et idẽ secũdo de Oratore: Me quidẽ hercle illa ualde mouẽt stomachosa, & quasi submorosa ridicula: non cùm à moroso dicũtur: tũ enim nõ sal, sed natura ridetur. Suetonius accipit pro cupido nimis exactæ diligẽtiæ. Cic. uerò adiungit impatientiã, & iracundiã. In signi*

De Oratore ad Brutum. *ficato tamen illo superiore posuit in Oratore: Vsqueadeo morosi sumus, ut nobis non satis faciat ipse Demosthenes. Deniq; sic dicitur Morosus à nimia diligẽtia, & seueritate, ut Curiosus à nimia cura, quoties plus diligẽtiæ, quàm oporteat, impẽdimus rebus uel nostris, uel alienis: Nostris, quũ minutißima quæq; disquirimus, et nullius frugis. Alienis, quũ de rebus cæterorũ occultiorib. nõ satis cũ pudore perscrutamur aut interrogamus. Sed nõ tã à cura Curiosus uidetur descẽdere, q̃ à Curia, cuius compositum est magis in usu Incuria: id est, negligẽtia, tãetsi Curia à cura dicatur. Atq; ut Curiosus à peruersa cura uocatur, ita Cerebrosus*

brosus à cerebro peruerso. Vnde Horatius:

Donec cerebrosus prosilit unus. id est, insanus, & cerebri peruersi. Pannosus & ipsum aliquid differentiæ habet: is enim dicitur pannosus, qui crasso pãno, ac uili opertus est. Nec hoc nisi de paupere dicitur: quæ exempla sunt plurima. Lib. 1. Serm. Saty. 5.

De uerbis Inchoatiuis, falsò sic dictis. CAP. XXII.

G*Rammatici autores uno ore uniuersi, qui de hac re scriptũ aliquid reliquerũt, aiunt illa uerba in sco, ut* Calesco, Frigesco, *significare inchoationẽ, ideoq; Inchoatiua: illa in so; ut Viso, desideriũ, ideoq; Desideratiua: illa in rio, ut Esurio, meditationẽ, ideoq; Meditatiua appellari solent: in quibus omnibus ab omnibus dissentio. Sed Prisciano eruditorũ nuperrimo potißimũ respõdebo, qui (ut ordinẽ sequar) inquit in illo Vergil. uersu, – Aegrescitq; medẽdo: significari ĩchoationẽ. Qualẽ medicũ uoluit esse Priscianus, quo curãte quis incipiat ægrotare? Quanquã quo modo curari quis antè poßit, quàm ægrotus sit? Necesse est ergo, ut antè ægrotare cœperit: & quũ dicitur ægrescere, ut intelligatur inter medẽdũ ægriorẽ fieri. Et hoc de Turno Verg. intelligit: cuius augebatur ægritudo ad Latini salubria cõsilia. Sicut de Didone prius dixerat:* Prisc. lib. 8. Aen. 12.

Expleri mentem nequit, ardescitq; tuendo. Aen. 1.

Quid igitur attinet exẽpla repetere, quũ nunquã in sensu inchoationis reperiãtur? An illud apud Quint. hoc significat? Tenuit consuetudo, q̃ quotidie magis inualescit. Aut illud Cic. Quãtò plura ille miscebat, tãtò hic magis in dies cõualescebat. Et illud Ecclesiasticũ: Qui sordet, sordescat adhuc. Quo modo põt qd quotidie incipere ualidũ fieri, et qdẽ magis, quod dicitur respectu præcedẽtis? at inchoationẽ nihil præcedit. Aut quo modo qd' sordet, Quintil li. 2. ab initio. Pro Milone.

potest

potest incipere sordere? et sordescere adhuc, id est magis? quid magis? certè quàm antea inceperat. Sed quid ibi disputamus, quum dicatur, qui iam sordet, sordescat adhuc? quasi sordidior fiat, non autẽ sordere incipiat, quia iã sordet. Ideoq; Græcè & hoc, et cætera huiusmodi uerba per uerba passiua explicãtur: & illud Græcè sordescat, nihil aliud est, quàm sordidetur. Plaut. in Captiui duo: Ego qui tuo mœrore maceror, macesco, consenesco, & tabesco miser. Pro eodẽ penè accipit Maceror, et Macesco: nisi quòd maceror ad animum magis pertinet, quasi affligor: macesco magis ad corpus. Videtur autẽ ratio dici uelle potius macresco, ut nigresco, pigresco, ægresco: sed etiam dici potest macesco, ut acesco. Crebresco tamen potius dixerim, quàm crebesco. Verùm ad rem. E diuerso Vergilius:

Georg. 1. —Maria incipiunt agitata tumescere. Et iterum:

Aen. 7. Fluctus ubi primo cœpit cum albescere uẽto. Et iterũ:

Georg. 3. Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Vbi quid opus erat dicere, q incipiãt res tumescere, albescere, crudescere? quũ satis, imò magis propriũ fuisset dicere, q tumescebãt, albescebãt, crudescebant: id est, quòd incipiebant, siue inchoabãt tumere, albere, siue crudere. Quid ergo significãt uerba ĩchoatiua? Nẽpe (ut breuiter finiã) qđ uerba cõposita à fio, calefio, frigefio, sordefio, inualefio, ægrefio, & ardefio: quæ ideo in usu nõ sunt, qa superuacuũ esset, duas nos uoces habere idẽ significantes, nec nisi ubi alterũ deficit, alterius præsidio utimur. Calescens, pro calefiens utimur: et Patescẽs, pro patefiẽs: quãquã utrũq; reperiatur, patesco, & patefio: quoniam ne in simplici quidẽ suo reperitur Fiẽs, nec quod ab hoc formaretur Fiendus. Dicemus itaq; Calescẽs, & Calefaciendus. Nec desunt q Fiẽs utantur, sed in eo, de quo loquor significato

cato: ut in Psalmo XXI. *Et factũ est cor meũ tanquã cera liquefiẽs in medio uentris mei. Quũ in alia trãslatione dicatur liquescẽs. Ex quo liquet eiusdẽ utrũq; esse significationis. Idiomate quoq; Italico, atq; Hispano (quod ex Italico oriũdũ est) adstipulãte, apud quod penè Latina uoce hæc uerba pronũtiãtur, & certè in hũc, quẽ ego dico, sensum: quale est hoc* Ogni di magrisco: *hoc est omni die macresco: per quod, incremẽtũ assiduũ, atq; continuũ declaratur, nõ inchoatio. Quòd si quid inter huiusmodi uerba in sco, & in fio, intererit, hoc esse arbitror, ꝙ hæc in sco passionẽ in se habẽt, illa uerò extrinsecus allatam. Vt in Aegypto Cæsar quũ hostes fugeret, elata læua natabat, ne libelli, quos tenebat, madefierẽt: melius, ꝙ̃ madescerẽt.* Suet. in Cæs. cap. 64. *Et quũ fores aperiũtur, melius patefiũt dicitur quàm patescũt. At quũ qs in balneo sudore irrigatur, & fores suã spõte aperiũtur, magis ille madescit, quàm madefit: et hæ magis patescũt, quàm patefiũt. Inchoatiuorũ aũt dicũtur præterita eadẽ esse, quæ primitiuorũ: tamẽ paucissimis curæ est dignoscere, quando à primitiuis sunt, quando'ue ab ĩchoatiuis, quorũ multũ differt significatio, licet crebrior sit illa inchoatiuorũ: ut, Pinguit, Macruit, Frixit, Caluit: idẽ est quod pinguis factus est, nõ autẽ pinguis fuit: macer factus est, & frigidus, & calidus factus, nõ autem macer, frigidus, & calidus fuit. Nã Pinguet, idẽ est quod pinguis est: Macret, Friget, Calet, idẽ qđ macer est, frigidus est, calidus est: quorũ præterita sunt pinguit, macruit, frixit, caluit: uix unquã in hoc significato, pinguis, macer, frigidus, calidus fuit: sed ĩ illo, pinguis, macer, frigidus, calidus factus est, ut etiã in hoc apertius patebit exẽplo: Tã citò macruisti? tã serò pinguisti? nõ id significo, ꝙ tã citò macer, aut tam serò pinguis fuisti, quasi nũc talis non sis, sed*

quòd

quòd pinguis, aut macer factus es, atq; etiam talis es, siue tũc eras, si de alio tẽpore loquimur. Quæ præterita quia à primitiuis nõ ueniunt (ut significatio indicat) necesse est ueniant à deriuatiuis in sco. Vnde probatur etiã inchoatiua nõ significare inchoationem. Quare seruius uiderit, Serui. in Donatum. *qui his uerbis præteritũ non tribuit, quorũ frequẽtius est, quàm suorum primitiuorũ. Nam quòd ait, quia inchoatiua sunt, ideo carere præteritis, cassa ratio est, quum hoc uerbum Inchoo etiam præteritum habeat. Verùm hæc uerba nec inchoatiua sunt, & præteritum habent. Illud trãsco, quòd multa sunt, quæ pro suis primitiuis accipiũtur: conticesco, adhæresco, delitesco, cõcupisco, labasco, obdormisco, contremisco, expauesco, & his similia.*

De uerbis Desideratiuis male sic uocatis. CAP. XXIII.

Irisc. lib. 8. NAm *quæ idem autor desideratiua appellauit, ipsius quoq; exemplo ostendũtur nequaquã esse desideratiuæ significantiæ.* Hoc enim *exemplum ille affert.* Verg. *in* VIII. *Nam memini* Hesione *uisentem regna sororis.*

Laomedontiadẽ Priamũ. Visentẽ *dixit, pro cupientẽ uidere, quod* Græci *dicunt ὀψάοντα* Id ẽ, & *in eodẽ exemplo* Seruius *dixerat. Simile est, ait* Priscianus, Facio *facesso,* Capio *capesso,* Lacero *lacesso,* Arceo *arcesso,* Accio *accerso: quæ possumus nõ incõgruè dasideratiua nominare.* Sed *quæro à* Prisciano, *cur magis* Priamus *cupiebat uidere sororẽ, dũ iter faciebat, quã quũ erat in* Troia? *aut cur magis* Priamus, *quàm cæteri? aut cur solus? Postremò quis nouit uolũtatẽ eius? quid agat, uideo: quid uelit nõ uideo.* Quid *ergo significat* Visere? *nimirũ id qđ agit* Priamus, *ire ad uidẽdũ sororẽ: qđ frequẽtatiuũ ipsius declarat,* Visito. Itaq; *actũ corporis hæc significãt uerba nõ affectũ mentis.*

mentis. Viso, *uado ad uidendum, non autẽ cupio uidere.* Cicero *ad* Atticum: Cupio *equidem, & iampridẽ cupio* Alexandriam, *reliquamq́;* Aegyptũ *uisere, id est (ut ego sentio) ire ad uidendum. Aliter dicendum erat,* Viso *equidẽ, & iampridẽ uiso. Quo certè modo ne* Priscianus *quidem ipse loqui auderet.* Vsurpamus *tamẽ hæc uerba (quẽadmodum de superioribus testatus sum) pro eorũ primitiuis: ut,* Missi *sunt legati uisendi causa, id est, uidẽdi. Quod certè ita exponi non potest, causa uidere cupiendi. Tolerabiliorq́;, nostra sentẽtia, expositio foret, causa ut eant ad uidendũ. Similiter facesso, eo ad faciendum, uel facio.* Verg. Epist.5. lib.2.

Haud mora, *continuò matris præcepta facessit.* Georg.4.

Frequẽtius *tamen accipitur pro eo ad recedendũ, uel recedo.* Vt Liuius *lib.1.* Facesse *hinc* Tarquinios, *aut* Corinthum. Capesso, *eo ad capiendum, uel capio.* Lacesso, *eo ad lacerandum, uel lacero prouocando.* Accerso, *uel arcesso, utrunq; pro eo ad uocandum, uel uoco.* Terent. *in* Andr. Act.1.sce.5. Obstetricem *accerso. Quidam etiam in quarta coniugatione utuntur, ut ibi:* Mitte *in* Ioppen, *& accersi* Simonẽ *quendam, qui cognominatur* Petrus. Act.10.

De uerbis Meditatiuis, non ritè sic uocatis. CAP. XXIIII.

COmmodius *autem* Desideratiua, *atq;* Optatiua *uocarentur, ea, quæ nominantur* Meditatiua *in rio, parturio, esurio.* Cicero: Vtinam *aliquãdo dolor populi* Romani *pariat, quod iãdiu parturit.* Et Liuius: Et *quod diu parturit animus uester, aliquãdo pariat.* Affectũ *significauit, non cogitationẽ, aut actũ corporis, qui per hoc uerbũ meditor indicatur.* Vnde *meditatio armorũ, meditatio declamandi, meditatio gladiatorum. id est, exercitatio.* Esurio, *cupio edere.* Quintilianus: Pater *filios esurit.* Valerius Philip.2. circa finem. Lib.1. Dec.3.

Declam. 12. circa finem. *Martialis undecimo* Epigrammatum:

Epig.78. *In omnibus Vacerra quòd conclauibus*

Consumit horas, & die toto sedet:

Cœnaturit Vacerra, non cacaturit. Id est, cœnare cupit, non cacare. Vel dicamus hæc accipi pro primitiuis. Scaturio magis pro suo primitiuo scatet ponitur, quod est non solùm aquarũ, sed herbarũ, cæterorumq́; sua sponte ubertim nascentiũ. Quòd si uolumus sua quibusq; apta tribuere uocabula, nec à consuetis recedere, ea quæ sunt in sco, appellemus meditatiua, i. exercitatiua (Qui enim calescit, siue calefit, quasi meditatur: i. ut caleat exercetur.

In Adelph. act. 2. sce. 1. *Terẽt. Nũc uide utrũ uis argẽtũ accipere, an causam meditari tuã) ea in so, inchoatiua, hæc in rio, desideratiua. Atq; hãc opinor fuisse uerã, & germanã uerborũ significationẽ, quã antiquitus impositam posteritas deprauauit.*

Vbi Infinitiuo, ubi Gerundio potius utendum sit. CAP. XXV.

QVædam orationes infinitiuũ magis postulant, quædam gerundium, quædam utrũq;. Adiectiua magis infinitiuum, siue actiuum, siue paßiuũ. Substantiua gerundium genitiui duntaxat casus. Nã de accusatiuo mox dicã. Tu es dignus habere opes, Tu es dignus honorari, Tu es lætus me bene ualere, Tu es lætus me honorari. Rursus, Tẽpus est gaudẽdi. Locus est expostulãdi, Cõmoditas est alloquendi. Participia autẽ, & multa adiectiua à uerbis deriuata utrãq; formam sibi uẽdicãt: sed participia iuncta infinitiuis, dicũtur seruare uim participiorũ iuncta gerundio uim nominum. Timens nauigare, & nauigãdi: Cupiẽs discere, & discendi: Doctus, peritus, promptus, consuetus cantare, & cantandi. Timidus, cupidus, auidus nauigare, & nauigandi. Nã illud admonitione nõ indiget, Optima

res

res est agricolare, rectè dici: Optima res est agricolandi, dici non rectè: quia illud resoluitur, Agricolare est optima res: hoc resolui sic non potest, agricolandi est res optima: nisi fortè durè, & aspere sic: Ipsa enim res agricolandi est optima. Quare illum non probauerim, qui dixit: Non est mihi opus respondendi: quum esset dicendum Respondere: ut sit suppositũ, Me respondere: Opus uerò appositum. Item, Habeo à patre mandatum conueniendi te, Latinè dicitur. Mandatũ est mihi à patre coũeniendi te, Latinè non dicitur: quia Mandatũ hîc uerbũ est, unde non potest regi huiusmodi gerundium: illic nomen substantiuum, unde regitur gerundij genitiuus: nisi in utraq; oratione expositione utaris. In prima quidẽ, ut sic intelligas, Habeo à patre mandatum conuenire te: scilicet hoc ipsum Conuenire te. In secunda uerò ut Mandatũ sit nomen, non uerbum, aut participium: quasi Mandatũ adest mihi à patre. Ad quam tergiuersationẽ confugere non poterit quispiam in talibus exẽplis: Habeo in tabulis publicis à patre mandatũ conueniendi te. Hîc non poteris dicere, Conuenire te. Item, Est mihi iniunctũ, ac mandatũ conuenire te. ubi dicere non poteris, Conueniendi te. Cicero tamen ad uxorem nouo quodam modo locutus est: Quum in animo haberem nauigandi. pro eo, quod est nauigare. Vt lib. I. de Diuinatione: Haberetq; in animo nauem conscendere. Itaq; subintelligitur propositũ, siue uoluntas. Sicut in illo fit apud eundem: Quum illius diei mihi uenit in mentem. Et alibi: Non minus ei uenit in mentem potestatis, quàm æquitatis tuæ. Pro Quintio. *Vbi quidam uolunt accipi genitiuũ pro nominatiuo. Mihi potius placet subintelligi conditio, status, qualitas illius diei, tuæ potestatis, tuæ æquitatis, aut aliquid simile. Ita hîc propositũ, siue uoluntatẽ: ut sit, quũ haberẽ*

in animo propositũ nauigãdi. Venio nũc ad accusatiuum gerũdij. Dicimus itaq;, Induxi te ad nauigandũ: nõ autẽ, Nauigare: nisi more Græcorũ, qui quum careant gerundio, fungũtur infinitiuo cũ articulo, rarò sine eo: licet nũc
Matth. 5. *quidam frequentißimè utantur: ut, Non ueni soluere legẽ, sed adimplere. Pleriq; eruditorum dixissent, non ueni ad soluendam legem, sed ad implendã: quos & ipse nunc imitor, imitandosq; omnibus arbitror. Quã enim causam habes, ut alienã linguã secteris, relinquas tuam? Quanquàm ne illam quidẽ sequaris, quũ careas articulis quibus Græci utũtur. Et quod illi habẽt καθότι, tu malis dicere, Quia, aut Quoniã, quàm Quòd: ut in eodem, Putatis quia ueni soluere legẽ, quum esset dicendũ, Quòd. Sed ad rem: Vocaui te ad currendũ, non currere: Sto ad prædandum, non prædari: Sedeo ad audiendũ, non audire: Vado ad uenandum, nõ uenari. Rursus, Iußi te arare, nõ ad arandũ: Cogito insidiari, non ad insidiandũ: Timeo ædificare, non ad ædificandũ. Quædã uerba, & adiectiua cum utroq; conueniũt: Hortor te studere, et ad studendũ: Flagitor respõdere, & ad respõdendũ: Paratus sum scribere, & ad scribendũ: Ego aptus sum pugnare, & ad pugnandũ: Ille est idoneus militare, & ad militandum: quæ omnia rara sunt. Pleraq; potius huiusmodi accusatiuũ postulant, ut Bonus, utilis, cõmodus, malus, inutilis, incõmodus ad militandũ.*

De differentia infinitiuorum Esse & Fore, & compositorum. CAP. XXVI.

FOre uocẽ quidẽ habet infinitiui ut Esse, significationem uerò participij, quod est Futurũ, unà cũ infinitiuo Esse. Idem est enim Fore, quod Futurũ esse, non tantum esse: licet Forẽ fores foret, idem sit, quod Essem esses esset. Quare cum nomine iungi debet Fore, nõ cum participio, ne

ne duo participia simul confundamus. Spero te amatorẽ, uel amicũ fore: non autẽ Amaturũ fore, sed tantùm Amaturum: ne uidearis hoc dicere, te futurum amaturũ, quod ratio non patitur, quum futurũ superuacuum sit. Idem de participio paßiui futuri, Timeo te uerberandũ fore: satis erat Verberandũ, uel adiuncto infinitiuo, Verberandum esse. Participia autẽ præsentis temporis, & præteriti uidentur minus cõmunionis habere cũ Fore, quod ad futurum spectat, quàm participia futuri tẽporis: tamẽ plus habent cõmunionis. Ibi enim ideo nõ cõuenit, quia superuacua significatio est, quod hîc non fit: eò quòd sæpe cũ istis coniunctũ illud Fore reperimus, sed ita trãseunt in nomẽ, alioqui non cõgruant diuersorum temporũ eodem in loco participia: ut, Spero te sapiẽtẽ fore: Credo me amantẽ tui fore, non te. Seruant enim naturã nominis, non participij. Opinor te acceptũ illis fore, nõ ab illis. Cic. Sperare uideor Scipionis amicitiã, & Lælij notã posteritati fore. nõ dixit, à posteritate. Quòd si quãdo reperiatur retinere naturã uerbi, quid mirũ? quum etiam non'ne sit, an participiũ dubitari poßit, & putari potius nomẽ: ut, Ego sum dilectus ab omnibus: &, Ego ero dilectus ab omnibus. Non enim hoc est participiũ præsentis temporis, aut futuri, nec tempus perfectũ indicatiui, nec futurũ subiunctiui, tamen cum præsenti iungitur, & futuro, propter quod debet potius nomẽ uideri: sicut & participiũ futuri paßiuũ in nomen cõuertitur, tuncq́; recipit fore: ut, Spero hunc puerũ admirandum uirum fore: id est, admirabilem. Composita autem à Fore nullam cõtrouersiam habent, quia ferè nuda ponuntur sine nomine, & participio. Affore, ut Vergil. Affore cernetis. Statius tamen libro primo Thebaidos uidetur accipere pro significatione præsentis:

De Amic.

Aeneid. 9.

-Sensit manifesto numine ductos
Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo,
Portendi generos uultu fallente ferarum Ediderat.
Defore: ut, Marcus Tullius contra Rullum: Verùm arbitrantur non defore, qui illam restituerent. Abfore, quod minus in usu est: unde dicuntur absuturi. Confore, & Profore apud Comicos: Profore, ut Horatius:
Epist.8.lib.1. *Quæ nocuere, sequar: fugiam, quæ profore credam. Id est, profutura esse.*

De Gerundiis. CAP. XXVII.

GErundia licet à participijs differãt, tamẽ propriè inter participia numerari possunt, (sicut supina inter uerba) meritoq; Participialia uocata sunt. Nã et casus, et genera in utroq; numero habẽt, ex quo uerba nõ sunt, sed participia, siue participialia. Regũt prætereà casum more uerborũ, participiorumq;: ex quo nomina nõ sunt. Post se in quã regunt, non ante se. Nã eiusmodi locutio, qualis
Psal.125. *est: In cõuertẽdo dominus captiuitatẽ Sion, facti sumus sicut cõsolati: ĩaudita est, Græca figura decipiẽte (ut in alijs multis) interpretẽ. Græci enim hoc loco infinitiuũ habẽt, quod uult ante se accusatiuũ. Quod multis modis trãsferri poterat, uel sic: Dum cõuerteret dominus captiuitatem Sion. Vel sic: Cõuertẽte domino captiuitatẽ Sion. & alijs (ut dixi) multis modis. Quidã imperiti aiunt, casum pro*
Psal.151. *casu poni, quasi Latinè diceretur, si esset dominũ: quale est*
Psal.101. *illud, In deficiẽdo ex me spiritũ meũ. Et alibi: In cõuenien*
Valla de gerundi[j]s loquẽs, gerundia à gerũdinis nõ distinguit. *do populos in unũ, & reges, ut seruiãt domino, quũ (ut ostendi) gerundiũ nõ habeat ante se casum. Sed ad propositũ, Differũt Gerũdia à Participijs, quod ipsa significãt rei administrationẽ sine tempore: illa uerò tẽpus sine rei administratiõe. Vt, Tenet me occupatio iuris dicũdi: gerũ*

dium

dium est, nec tempus significo futurum, sed rei administra tionẽ, hoc est, in iure dicundo. Rursus, Tenet me cura dotis numerãdæ: id est, quæ numerãda est: participiũ est, futuri significatiuum, sine administratione rei. Nescio an dicendum sit gerundiũ esse participiũ præsentis tẽporis more Græcorũ: cuius rei hoc argumentũ est, quòd idẽ est, In legẽdo: & In ipso legere: quod Græci melius ἐν τῷ ἀναγινώσκειν: & in libris legẽdis: idẽ est quod, Quum libri legũtur: penè eodem modo, quo de futuro in legendis libris, uidelicet qui legẽdi sunt. Nolunt autẽ Grãmatici gerundiũ rectũ habere casum, sed quatuor tantùm obliquos: fortasse & casu recto nõ caret apud Lucretiũ, atq; Vergilium: -Voluenda dies en attulit ultro. Voluẽda, nõ tem Aeneid. 7. pus futurũ intelligit, sed rei administrationẽ: dies uidelicet q̃ uoluitur, nõ quæ uoluẽda est, aut quæ uoluetur. Vnde indicatur gerũdiũ esse participiũ præsentis tẽporis. Iusiurandũ enim potest uideri eiusdẽ casus, atq; etiã uocatiui. Sed de quatuor nunc obliquis differamus, quo in loco breuißimè stultorũ quorũdã opinionẽ reprehendamus: q aiũt rectè dici, Causa essendi rex, essendi regis, essendi regem: quũ nusquã Essendi reperiatur: & si reperiretur, nõ regeret casum, sicut manẽdi, uiuẽdi, existẽdi. Et de genitiuo iã exemplũ subiecimus: Occupatio iuris dicũdi. De datiuo tale est, Da operã reb. agẽdis. De accusatiuo, ut, Ad accusandos hoĩes duci præmio, ꝓximũ latrocinio est. De ablatiuo, Tu delectaris criminib. inferẽdis. Cum accusatiuo ferè semꝑ iungimus præpositionẽ, præter quædã pauca, quæ sunt: Loco, Cõduco, Mãdo, Curo, Habeo, pro Debeo: & siqua sunt alia. Vt faciendã sepulturã locarẽt: id est, alteri darent faciendã: uel, ipsi locarẽt se ad faciendum: utrunq; enim significat: nec participiũ est, sed gerũdium illud Fa-

Epist.12.li.4. *ciendam: quod exemplum sumptum est ex Sulpitio. Cicer.*
fam.epi.Cic. *de Diuinatione lib. 2. Magis numine deorum id factum est, quàm casu, ut arbitraris: & redēptorū, qui columnam illam de Cotta, & Torquato conduxerant faciendā quasi*
Cap.26. *locarant, & conduxerant ad faciendum. Sueton. autem in uita Cæsaris: Gladiatores, inquit, notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarēt, ui rapiēdos, reseruandosq; mandabat. Curauit iaciendos lapides, sæpe legimus: sed ita ferè,*
Epi.26.lib.4. *ut alius curet, alius iaciat: ut Cic. VII. Verr. Recēti negotio ad te literas misit, mittēdasq; curauit. Interdū idē qui curat, & qui agit: ut Plinius posterior, Petis ut libellos meos, quos studiosißimè cōparasti, recognoscendos, emē-*
Epi.26.lib.9. *dandosq; curē. Et iterū: Continendos cauea, nidóue cura-*
Declam.4. *bis. Quintil. in Mathematico: Positus in ea cōditione tristißimæ sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me parricidā putetis: nec præmio, nisi innocentē: adeoq; ludibrijs miseræ sum diuersitatis implicitus, ut impetrandū à uobis ha-*
Epist. 8.lib.1. *beam odij mei fauorē. Plin. idem ad Saturninum: Præsertim quum enitendū haberemus, ut quod parētibus datur,*
Cap.68. *& orbis probaretur. Sueto. in uita Cæs. Vt consolandos eos magis imperator, quàm puniendos habuerit. Hūc modum loquendi apud Ciceronē reperisse non memini me. In his exemplis, ubiq; gerundium est. Illa autē participia in nomen transeuntia, Putaui ad te scribendum, Existimaui hanc rē tractandā, Cēsui tibi illud significandū: id est, dignum scribi, tractari, significari: quæ omnino idē ualent, quod scripsi, tractaui, significaui: sed nō sine deliberatione tamen, nec inconsultò. Dicebāt autē antiquiores, Rogatū te uelim, Oratos uos uelim: pro eo, qd' est, Rogo, uel Oro: sicut posteriores (quorū est Quint.) dicebāt, Venio petiturus, Venio oraturus: pro eo, quod est, Venio petitū, &*

Venio oratum. Sed hoc ad supini magis rationẽ pertinet. Illud autem, quod Seruius ait gerundiũ esse participium est potius, aut nomẽ, quũ inquit: Similiter etiã accusatiuo casu utimur, quum uolumus absolutã facere eloquutionẽ, & per gerũdij modũ aliquid dicere: ut, Petendũ mihi est equum, codicẽ, uinũ. Hinc Verg. -Facẽ Troiano ab rege petendum. Nam si dixeris, Petendus est codex: iam non per gerundij modũ, sed participialiter loqueris. Hoc non aliter participiũ est, seu nomẽ, quàm illud, Petendum est mihi iumentum: præsertim quòd gerundia nõ regunt passiuè, sed actiuè, & nominatiuis carere credũtur, & accusatiuis præpositionẽ anteponi uolunt, sicut antè ostẽdi. Vt accusatiuus, ita & ablatiuus amat secum præpositionem: Vt, In defendendo maior labor est, quàm in accusando. Indagemus (si possumus) cum quot præpositionibus accusatiuus gerundij iungitur, cum quot item ablatiuus. Accusatiuus iungitur freqũeter cum Ad, rarò tamen cum In. Itẽ frequenter cum Ob, Propter, & Inter, rarò cum Antè: ut, Vado ad capiendum hostem. Ego ueni ob te, uel propter te redimendum. Inter nauigandum, pro in nauigando sæpe legimus. Verg. -Et inter agendum

Ser. in illud 10. Aen. Cui Iuno illacrymans, quid si quæ, &c.

Aeneid. 11.

Eclog. 9.

Occursare capro, cornu ferit ille, caueto. Idem:

-Nanq; ante domandum Ingentes tollent animos.

Georg. 3.

Totidem ferè præpositiones ablatiuo gerũdij seruiũt. In, freqũeter, cæteræ rarius: de, ex, uel è, à, uel ab, & cũ IN, ut in nauigãdo. DE, ut de edendo, de migrando, de agendo. Quintil. Sed quia latius fusus est hic locus, mistusq; cũ elocutione, tractabitur cũ præcipere de aptè dicẽdo cœperimus. Etiam cũ motu: ut Cic. ad Atticum lib. x I. Tu quid cogites de trãseundo in Epirum, scire sanè uelim. EX, uel E: ut, Ex defendẽdo, q̃ ex accusando uberior gloria comparatur

Lib. 6. in fin cap. 6.

Epist. 11.

In Lælio. *paratur.* A,uel A B. Cice. Ex *quo exardeſcit ſiue amor, ſiue amicitia: utrūq; enim dictū eſt ab amādo.* Alibi quoq;: *In quo etiā iſti nos Iuriſconſulti impediūt, à diſcēdo'q; de-*
De Ora. li. 2. *terrent.* Et alibi: Nō *diſtinguit à nō dolendo uoluptatem.*
Epiſt. 7. lib. 3. Lib. 1. cap. 5. Plin. *Poſterior:* S*ermonibus dies trāſigebat, quū à ſcribendo uacaret.* C V M, *ut* Q*uintil.* S*ed ratio rectè ſcribēdi iuncta cū eloquendo eſt.* V*ariātur porrò gerundia per omnes, quos enumerauimus, caſus, numerosq; & genera.* Nā *(ut ego ſentio) hæc omnia habent in genitiuo: ut,* De*lectatio fruendi principatus, fruēdæ prouinciæ, fruēdi imperij:* M*oleſtia educandorū filiorum, locandarū filiarū, colendorum prædiorū: regitq; hic genitiuus aliquando ca-*
In Cat. Ma. *ſum.* Cicero: E*quidē efferor ſtudio patres ueſtros, quos colui, & dilexi, uidendi.* N*am durū fuerat futurū,* S*tudio uidendorū patrum ueſtrorum.* E*t quoties oportet loqui per relatiuū, neceſſe eſt loqui per hoc gerundium: ut,* H*ic dies attulit initium dicendi quæ uellem: non autem* D*icendorū eorū, quæ uellem.* I*llud* T*iti* L*iuij lib.* X X I. *quis nō uitioſum putaret, ubi tamē ſumma honeſtas* L*atinitatis ſubeſt?* Non *enim uereor, ne quis hoc me ueſtri adhortandi cauſa magnificè loqui exiſtimet, ipſum aliter animo affectum eſſe.* A*dhortandi enim ſingularis numeri eſt,* V*eſtri uerò pluralis.* I*tē* Cic. *lib.* II. *de diuinatione:* D*olebis tamē* S*toicos noſtros* E*picureis irridēdi ſui facultatē dediſſe.* P*lautus in* C*aptiui duo:* N*ominādi tibi iſtorū erit magis, quàm edundi copia.* I*n datiuo,* V*aco agro colendo, uineæ paſtinandæ, nemori ſuccidendo.* I*n plurali una uox eſt trium generum, ut* V*aco agris, uineis, nemoribus procurandis.* Q*ui caſus regimen non habet.* A*bſurdum ſit nāq; dicere,* D*o operam colendo agrum, uel legendo librum.* S*oluēdo non ſum, nunquàm patitur ſecum ſubſtantiuum.* I*deo dubi-*

tari potest, an datiuus sit, an ablatiuus. Significat autẽ satisfacere pro eo, quo obligatus sum, siue pecunia, siue remuneratione. Vt Quintil. Placeamus licet nobis fortuna nostra, pater, pauperi soluẽdo nõ sumus. Vult autem semper post se datiuũ, licet nõ semper apponatur. Interdũ etiã aliũ casum: ut apud eundem, Maximi tum uirorũ, & quibus artis suæ soluẽdo non sit humanitas. Declam. 8. In accusatiuo: ut, Eo ad salutandũ fratrẽ, ad salutandũ sororẽ, ad salutandũ sidus, ad salutandos fratres, ad salutandas sorores, ad salutanda sidera. Quod elegãtius dicitur, quàm cũ regimine: ut, Eo ad salutandũ fratres, ad salutandũ sorores, ad salutandũ sidera. Per alias quoq; præpositiones similiter, ut Inter: sed rarò habet cum gerũdio substantiuũ, rarius regimen. Liuius tamen lib. II. Et ipse inter spoliandum corpus hostis ueruto percussus. Et iterũ: Inter accipiẽdas de suis commodis rogationes. De Ante, nullum tale impræsentiarũ exemplum occurrit. In ablatiuo sine præpositione: ut, Fit iniuria domino fundi uel defringendo ramo, uel ligno incidẽdo. Res eunt ordine lite æstimãda. id est, quũ defringitur ramus, quum inciditur lignum, quum lis æstimatur: uel defringendo ramũ, incidendo lignũ, æstimando litem. Sed frequentius usi sunt ueteres ablatiuo plurali in tali genere sermonis: ut Cicero: Orationẽ autẽ Latinã profectò legendis nostris efficies pleniorẽ. id est, legendo nostra. In procem. Off. Nã in singulari solebãt sæpius apponere præpositionẽ, ut In committendo prælio. Regit autẽ hic ablatiuus sine præpositione casum: ut, Hos accusando, illos occidẽdo totam ciuitatẽ labefactasti. Cum præpositione IN, tum regit: ut, In tribuẽdo suũ cuiq;: tum uariat genera: ut, In colendo agro, in pastinãda uinea, in nemore excidẽdo. Per DE, simili modo etiam regit: ut Cicero in Tusculanis, His

præsert

præsertim cognitis,quæ de nihil sentiēdo paulò antè dicta sunt. Nisi dicimus, Nihil esse aduerbiū, non nomen. Et uariatur per genera: ut, De accusatore cōstituēdo, de collocanda filia, de prædio emendo. Per EX, uel E, & A, uel AB, nescio an liceat dare tali gerūdio regimen: nullū enim exemplum occurrit. Variari autem per genera certū est. Cato: Ex cataplasmatis bibēdis, ex aluo leuāda. &, Abstineas ab offendēda Repub. Sed cauendū, ne id uerbū significet motū, quale esset, Reuertor ab arando: uel ab arando aruo. Redeo à spectādo: uel, à spectandis ludis: quū sit dicendū, Reuertor ab aratione: uel, ab aratione arui: Redeo à spectaculo: uel, à spectaculis ludorum. Per CVM, uix locum habet talis oratio, ut non participiū sit potius, quàm gerundiū: ut, Sedeo cum uiro coronando: id est, qui coronabitur, non autē qui coronatur. Posset etiam habere regimen, sed nullum exēplum ad manum est. Atq; omnia gerūdia cùm sociata sunt substantiuis, paßiuè accipiūtur: disiuncta uerò, actiuè: nonnunquā paßiuè, utiq; sine genere, & sine præpositione in casu ablatiuo, & quasi absolutè: ut apud Vergiliū: – Alitur uitium, crescitq; tegēdo. Et alibi: – Aegrescitq; medēdo. Et iterum: – Vritq; uidendo Fœmina. hoc est, quum tegitur uitiū, quum curatur æger, quum uidetur fœmina. Neq; id modò apud poëtas, uerum apud oratores quoq;: ut apud Mar. Fab. Sed memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur. Excolēdo, dum excolitur, nō autē dū excolit. Nec regit casum, quale foret: Vrit fœmina uidēdo à maribus: sicut dicimus Vruntur uiri, & equi uidendo fœminas. Accusatiuus quoq; cū præpositione nō tantū actiuè accipi solet: ut, Tu es idoneus ad discendum, sed etiā paßiuè: ut, Hæc res est facilis ad discendum. Sallustius in Iugurthino: Pauca suprà repetā, quò ad cognoscen

Georg. 3.
Aeneid. 12.
Georg. 3.
Lib. 11. cap. 2.

gnoſcendũ omnia illuſtria magis, magisq́; in aperto ſint. Quidam uerò indoctus hac ætate ſcribere auſus eſt: Iam iam *urbs in periculo capiendi eſt. pro eo quod eſt, urbs iam in periculo eſt, ut capiatur: ſiue hoſtis parum abeſt à capienda urbe. Quum ſemper ſine ſubſtantiuo gerundium accipiatur actiuè, aut ſi à neutro uenit, neutraliter: niſi aliquando, ut oſtendimus, in ablatiuo.*

De Supino in tum. CAP. XXVIII.

D*E ſupinis ita ait Priſcianus in cõpendiario quodam opuſculo:* Sed *hoc intereſt inter Amandũ, quod eſt gerundiũ, & Amatũ, quod eſt ſupinum: quòd Amandum neceßitatẽ amoris ſignificat, Amatum autẽ imitationem ad amorẽ.* Dignum *obſeruatione præceptum elegantiæ, ſi modò uerũ: quod minimè eſt, tũ autoritate, tũ ratione.* Nam *autoritatis loco exẽplum nullũ poſuit.* Et *quodnam quæſo ponere poterat? Quid intereſt,* Vado *uenatum, &* Vado *ad uenandũ?* Vado *piſcatũ, &* Vado *ad piſcãdum? dormitum & ad dormiendũ?* Salluſtius: *Legatos ad Iugurthã de iniurijs queſtũ miſit.* Et *iterũ:* Non *mea culpa ad uos ſæpe oratũ mitto P.C. ſed neceſſariò, nõ imitatione.* Præterea *pro ratione hoc ſit, q́ Græci pro his duobus noſtris transferentes utuntur uno ſuo infinitiuo cũ articulo, πρὸς τὸ παρακαλεῖν, quod nos uicißim transferentes, nunc per gerundium, nunc per ſupinũ interpretamur.* Siquid *autẽ inter hæc duo intereſt, id erit, quòd ſupinũ nunquàm ferè eſt ſine uerbo ſignificante motum ad locum, ut* Eo, *ut* Venio. Nã *illa,* Do *filiam nuptũ,* Do *uenenum, ſiue uenundo ædes,* Spectatũ *admißi fuimus, latentẽ in ſe motũ obtinent.* Idẽ Priſcianus *in alio grandi opere, & multi tũ ingenij, tum laboris, inquit:* Frequẽter *tamẽ antiquiſſimi neutro participio futuri addebant* Eſſe, *& infinitiui futur*

Hoc opuſculum in calce operum Priſ. poſitũ eſt. Quidã nõ imperiti apud Priſc. non, ut Valla, imitationem ad amorẽ, legũt: ſed initiationem.

In Iugurt.

Priſc. lib. 9.

futurũ significabant:ut, Oraturum esse,pro oratum ire: Facturum esse pro factũ ire:Nupturum esse, pro nuptum ire. Quod mihi minimè uidetur. Nã ut cõcedã,quod meritò denegare possum,quòd Latinè,aut certè usitatè dicamus,pro eo quod est,Cupio filiã meã nuptũ ire,& Nos factum ire: Cupio filiã meã nupturũ esse, & Nos facturum esse:quum dicendum sit Nupturã esse, & Facturos esse: dico aliud esse Oratum ire, & Oraturum esse. Ego quidẽ cœnaturus sum:nõ tamen,Eo cœnatum,uel ad cœnandum.Et Scio te cœnaturũ esse,sed non protinus ire cœnatum,uel ad cœnandum. Nã participiũ futuri cum uerbo substantiuo nõ habet actionẽ illam,& motum, quẽ habet uerbum Eo. Atqui in paßiuo fuerat uerisimilius, si dixisset(quo etiã frequẽter utuntur autores) idẽ esse, Damnandum esse,et Dãnatum iri.Nã eodẽ loco dicere possumus, Credo peccatum meũ resciscendum esse, & rescitum iri. Itẽ,Intelligo,scio,uideo,opinor,existimo peccatũ meum patefaciẽdum esse,uel patefactũ iri: & cætera uerba huiusmodi.Illa autẽ quæ ad futurũ respiciũt,ut Timeo,Metuo,Vereor,Spero,Cupio,non idẽ faciunt, quibus maior differẽtia est cũ paßiuo participio futuri:ut,Vereor peccatum meũ patefactũ iri, magis quàm patefaciẽdum esse. Cupio culpã meam celatum iri,potius quàm celandã esse. Itẽ,Timeo peccatum meũ patefactũ iri.Et,Et pro illo modo per paßiuũ participiũ futuri substituimus huiusmodi: Timeo peccatũ meũ ne patefiat,uel ut patefiat, quod fieri nequit in alijs uerbis.Nõ enim licet dicere,Scio peccatũ ut resciscatur:sed Rescitũ iri uel resciscendũ esse. Deniq;(ut eò reuertar,unde egressus sum)ut semel Prisciano respõdeã,nõ idẽ esse Oratũ ire,& Oraturũ esse:alterũ præsẽtis tẽporis est,ut Video te accusatũ ire me,id est, nunc

nunc: alterum futuri, ut Video te accusaturum esse me: *&* *tamen* Accusatum iri me abs te uideo, *accipitur pro eo quod est*, Video te uel accusatum ire me, uel Accusaturum esse me, uel Abs te accusandum esse me.

De Supino in tu. CAP. XXIX.

IDem autor, & in eodem, quod suprà dixi, opusculo, ita ait: Hoc interest inter Amãdo, & Amatu: quòd Amando est in ipso amore, Amatu uerò pro amatione, uel pro amore: id est, pro ipsa re accipitur. Et hoc manifestat ipsa etiam interpretatio Græca. Sed an hæc differẽtia uera sit, & hoc ex Græco argumentũ quantum momenti habeat, Priscianus uiderit. Mea autẽ sententia tũ ex superioribus, quæ dixi in gerũdio, tum ex sequẽtibus apparebit. Paulò pòst subiungit: Accipitur Venatũ pro ad uenationẽ, quomodo Venatu pro uenatione: sicut Miserabile uisu, pro uisione: & Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli, pro uisione, & dictione. Multis igitur modis, sicut & in alijs docuimus locis, nõia sunt hæc accipienda magis, q̃ uerba. In hoc ego à Prisciano liberè dissentio, uel ratione, quã postea dicã, uel autoritate, et potißimũ Mar. Fab. quẽ omnib⁹ Lib. I. cap. 8. sine cõtrouersia ingenijs antepono: qui ait, Dictu factuq́; aliud esse, q̃ Dicto, factoq́;, q̃ Priscian. appellat Dictione, & factione, quæ alius in significãdo figuræ sunt, q̃ Visione et uenatiõe. Præterea Quint. uocat uerba participialia, sicut à multis Gerũdia dicũtur nõia participialia. Et (qđ ad rationẽ pertinet) supina hæc per uerbum potius à Græcis trãsferuntur, q̃ per nomẽ: quòd si nomina forẽt casus ablatiui, certè alij casus nõ decessent. At nemo unquam Auditũ habet, Hic dictus, hic factus, sed tãtùm Dictu, et factu. Propter qđ necesse est aliud esse quàm Dicto, et facto siue Dictione, & factione: i. aliud quàm nomen. At Visu,

Auditu

Auditu, Cognitu, inquies, & omnes casus habēt, & hi ablatiui sunt. Hæc parū prudentis, aut certè parū perspicacis est ratio. De qua antè quàm dicā, libet castigare uulgus imperitū grāmaticæ professorū, qui uniuersum sanè orbē stulto errore peruertūt, sic semper loquentes, Eo lectū, Venio lectu, Pergo auditū, Reuertor auditu. Qui error unde profectus, & quo ex fonte īperitiæ emanauerit, nescio: summoq; opere hallucinationē publicam admiror, quòd tam diu à nemine animaduersus est. Nūc ostēdamus quæ differētia est inter Visu, et Auditu nomina, & inter Visu, & Auditu uerba. Quādo sunt nomina, significant sensus corporis, coniungūtur cū adiectiuis, regunt casus, regūtur etiā à uerbo, & participio, subseruiente quoque præpositione: ut Careo toto uisu oculorū, anteà priuatus auditu auriū, nōnihil etiā ex odoratu. Hæc omnia absunt à supino: siquidē supinū non rem, non substantiā, nō qualitatem, sed actionē, seu potius paßionem uerbi significat. Nō iungitur cū adiectiuo, nō regit casum, non regitur nec à uerbo, nec à participio, sed à nomine tantùm, eodēq; adiectiuo, nūquàm interueniēte præpositione: ut, Miserabilis uisu: id est, qūum uidetur: nō autē miserabilis sensu uidendi. Facilis uisu: id est, ut uideatur, uel facilis ad uidendum: nō autē quòd habeat uisum facilem. Effabilis dictu: id est, ut dicatur: nō autē ut dicat. Optimum factu: id est, ut fiat, nō autē ut faciat. Difficile factu, quia difficile ad faciēdum est: Incredibile memoratu, quū memoratur, nō memoratione. Dignū auditu, quod est audiri dignū, nō ut sensu audiēdi potiatur. Impoßibile creditu, ut credatur, nō ut credat. Acipenser piscis rarus inuētu, ut inueniatur scilicet, nō ut inueniat: Res iucunda cognitu, ut uidelicet cognoscatur: Absurdū relatu, cū refertur, Obscœnū aspectu, quū aspicitur

citur: & siqua sunt alia: At, Homo superbus dicto, & dictis, non dictu. Sæuus facto, & factis, nō factu, id est, quum dicit, non quum dicitur: quum facit, nō quum fit. Res uerò sæua factu, & dictu, id est, quū fit, aut dicitur, non quia facit, aut dicit. Scipio clarus administratiōe bellorū dicitur, & administratu bellorū, quādo est ablatiuus, id est, administratione. Cato dignus administratione Reip. & administratu, eodem modo. At Resp. digna est administratiotu, uerbum est: id est, ut administretur, nisi addendo genitiuum facias nomen, administratu Catonis. Quare in illo Vergiliano, quod Priscianus affert,

Nec uisu facilis, nec dictu effabilis ulli: quandoquidem abest genitiuus, non est nomē (ut ille uult) pro uisione, & dictione: sed uerbum, pro eo, quod est ad uidendum, uel dicendum. Nec ignoro à multis legi Affabilis, non Effabilis, quod putatur sumptū ex illo uersu Accij in Philoctete: Aeneid. lib. 5. Macrob. li. 6. Satur. cap. 1.

Quem neq; tueri cōtrà, neq; affari queas. Quod si ita est, nomen esse confitebimur, sed tamen nequaquā supinū. Multi scripserūt de cultu agrorū, nomen est: id est, de cultione, & cultura agrorū. Locus autē saxosus non est dignus cultu, nēpe ut colatur, uel dignus coli. Homo dignus amatu, Puer dignus doctu, Liber dignus lectu: id est, qui ametur, doceatur, legatur. Ideoq; quū ex omnibus uerbis paßiuis liceat uti talibus supinis, rarò tamen eisdē uocibus utimur loco nominū. Quis enim dicat, Tu es priuatus amatu meo, Exclusus à doctu meo, Doctus sine lectu meo? profectò nemo. Ex quo apparet, quum in usu uulgatißimo sint pro uerbis, ut Ille liber est dignus lectu, nō posse inter nomina numerari. Ea tamē quæ ambiguū usum habēt uerbi, & nominis, animaduertēdū est utrā in partē accipi debeāt: ut, Tu es dignus gubernatu: si pro gubernatiōe, nomen

mẽ erit: si pro eo quod est, ut guberneris, uel dignus guber nari, uerbũ: sed nomini accõmodare solemus, aut etiam debemus genitiuum: uerbo nec debemus, nec solemus. Denique *ex duobus supinis alterum actiuo uerbo dare poßis, al terum paßiuo: ut* Amatum *sit ab amo,* Amatu *ab amor.*

De Participio præteriti temporis significante actionem: & de Præsenti, pasßionem. CAP. XXX.

P*Articipia quædam in uoce paßiua actionẽ: quædã in actiua paßionẽ significant.* Circunspectus, Consideratus, Disertus, Cautus, Tutus, Ignotus, Argutus, Falsus, Cõtẽtus, Tacitus, Profusus, Fluxus, Scitus, *&* quo nonnulli *utũtur,* Discretus. Circũspectus *est, nõ qui circũspicitur, quem solemus appellare cõspicuũ, sed qui circũspicit, & in omnem partem more* Iani *spectat: hoc est, prudẽs, & sagax.* Cõsideratus, Inconsideratusq́;, *qui agẽda considerat, aut secus: nõ qui cõsideratur, aut nõ cõsideratur.* Disertus, *qui probè disserit, non qui dißeritur.* Cautus, *qui scit sibi cauere, nõ cui cauetur.* Nõnũquã *tamẽ res cui cauetur: ut pro* Cecinna Cicero, *Quò res mulieri esset cautior.* Tutus *portus, tuta urbs, quòd tueatur alios, nõ* ꝙ *ab alijs defendatur.* Tamen *sæpe paßiuè in hoĩbus: ut,* Tutus *sum ab hostibus,* ꝙ *munitus, & sine piculo sum.* Ignotus

Declam. 6. *etiã sæpe actiuè, ut* Quintilianus: Ne qs *tamẽ erret ignotus, nõ est filij mei nouerca, sed mater.* Ignotus *dixit pro ignorãs, & pro hospite, & alieno, nõ pro ignorato.* Argutus, *qui est acuta quadã, & accurata solertia, quasi acutè arguens, & ueſtigãs: nõ autẽ ab altero acutè intellectus,*

In And. act. 1. scen. 5. *& uestigatus.* Falsus, *qui fallit: ut* Terẽtius: *Censẽn' ullum me uerbũ potuisse proloqui? Aut ullã causam ineptã*

In And. act. 4. scen. 1. *saltem, falsam, iniquã? Aliquãdo etiã paßiuè: ut idẽ,* Falsus *es: id est, deceptus es, ait* Pamphilus Carino. *Et* Sallustius:

Nec

Nec ea res me falsum habuit. Cõtentus, qui cõtinet, quod animo satisfacit, nõ qui cõtinetur. Tacitus homo, tacitur nus: q tacet, nõ qui tacetur. Vergilius tamẽ posuit paßiuè:

Quis te magne Cato, tacitum, aut te Cosse relinquat? Aeneid. 6.

Profusus, & Fluxus actiuè apud Salluſtiũ: Alieni appetẽs, sui profusus, quasi profusor. Nã diuitiarum, & formæ gloria fluxa, & fragilis habetur. In Catil. Scitus qui sciẽs est, & argutus: unde Scitæ Platonis interrogatiões dicũtur, astutæ, et uafræ, ac cũ magna arte cõpositæ. Vt apud Terent. quoq;: Scitũ hercle hominẽ, hic homines prorsus ex stultis insanos facit. In Eunu. act. 2. scen. 2. Nisi accipere uelimus paßiuè: ut apud eundẽ Scitus puer natus est Pãphilo, quasi scitè, & doctè natus. In And. act. 3. scen. 2. Discretus, qui qualitates personarũ, & rerũ momenta discernit, nõ qui discernitur. Cõplacitus autẽ ab actiua uoce sicut Fluxus uenit, habetq; significationẽ nec actiuam planè, nec paßiuam, sicut Fluxus, & Inueteratus, quod et ipsum ab actiua uoce descẽdit, inueterasco (neutralis enim uerbi, & actiui una uox est, sicut paßiui, & deponentis, atq; cõmunis) cui simile est Iuratus à iuro. Iuratos enim iudices dicimus, q̃ iurarũt: & Excretos hœdos apud Vergiliũ ab excresco. Georg. 3. Multi iam excretos prohibẽt à matribus hædos. Et Exoletus ab exolesco, quod dum est substantiuũ, significat scortũ masculũ, et præcipuè iã adultũ: dũ est adiectiuũ, significat adultũ, sed rarò reperitur: ut apud Plautũ, Reliqui domi exoletã uirginẽ. Plau. in Medico, apud Priscia lib. 9. Adultus ab adolesco. Defectus quoq; qui deficit. Vt Martialis:

Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cygnus funeris ipse sui. Lib. 13. epig. 77.

Quintilia. Defectaq; labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit, nisi diligentiã. Et hæc quidẽ significationis actiuæ ĩ uoce paßiua: pauciora sunt ĩ actiua paßiuæ. Euidẽs negotiũ dicitur, quod uidetur apertè, & intelligi-

tur:non quod uidet,& intelligit. Indulgentior facies apud
Declam.18. Quintil. pro pulchra, non quæ alijs indulgeat, sed cui alij
Declam.10. indulgent. Idem in alio loco: Fili indulgentißimè uidi te,
nec semel uidi. Vnde Statius:

Lib.4. Theb. Pulchrior haud ulli triste ad discrimen ituro
Vultus, & egregiæ tanta indulgentia formæ.

Præterea Honorificentißimos, Magnificẽtißimos, Munificẽtißimos ludos quũ dicimus, uidemur paßionẽ significare in participio præsentis tẽporis: ab honorificẽs enim, magnificẽs, munificẽs, ueniunt, ubi ficens pro faciens dicitur: uel certè à magnificus, munificus, honorificus quæ à facio componuntur, quod est actiuum, & tamen ita accipiuntur, quasi honorificè, munificè, magnificè facti, non autẽ facientes. Sed causa est, quòd hæc ipsa à facio cõposita tam actiuè quàm paßiuè significant. Siquidem uocamus Hominẽ magnificum, & Opus magnificum: illum quidẽ magnanimiter facientem, hoc uerò magnanimiter factum.

Participium præsentis temporis pro præterito poni. CAP. XXXI.

SOlent autores nõnunquã pro præteriti participio substituere illud præsentis: nec solum Latini, q carent participio præteriti actiui, sed Græci quoq; qui nõ carẽt. Cic.
De cla. Orat. in princ. in Bruto: Quum è Sicilia decedens Rhodum uenissem. Non enim quis discedens applicat. Multũ inter principiũ uiæ, & finem interest. Primùm discedimus, postquã uerò discessimus, nauigamus, uel iter facimus: postea quò tendimus, peruenimus. Quomodo ergo dixit Decedẽs è Sicilia ueni Rhodum? nẽpe utens præsentis participio loco præteriti, quod deest. Quod probatur per aliquod uerbũ. cui nõ desit huiusmodi participiũ: quale est Proficiscor. Neque enim dixisset, Quũ è Sicilia proficiscẽs, sed profectus. Vt idem

idem de Officijs libro tertio: Si exempli causa uir bonus Alexandria profectus, magnum frumenti numerũ Rhodum aduexerit. Nec tamẽ quis in omnibus uerbis permissum esse, quod in discedo, uel decedo permittitur, putet: ueluti si dicas, Quum amicos salutans, qui Alexandriæ erãt, Rhodũ uenissem: dicendũ erat, Amicis salutatis. Nã is qui recedit, tam diu recedere dicitur, quàm diu tendit ire, dumq; perueniat: quod non idem fit in salutando. Si quis tamen hoc sæpius uti uelit, faciat, sed temperatè.

De Compendio participii. CAP. XXXII.

HAbet autẽ participium talem, tantamq; nõnunquam gratiam, ut sine eo non sit Latina planè oratio: ut est apud quendam persæpe hoc uitium admittentem: Circundedimus castris fossam, & uallum, ne hostes uenire possint, & nos opprimere. Quasi fossa, & uallum ideo fiãt, aut hoc præstare queant, ne hostes uenire poßint. Sola ratio est, ac cautio de oppreßione. Itaq; dicendum fuit, ne uenientes hostes, aut, ne aggreßi hostes, nos opprimant.

De Paricipiis in ens, in substantiuum transeuntibus. CAP. XXXIII.

PRæsentis temporis participia solent, quum substantiuantur, neutri generis esse: ut, Accidens, Contingens, Antecedens, Consequẽs, Decẽs, Cõueniẽs, Præsens, Continẽs apud rhetores, pro firmamẽto rationis. Quædã tamẽ alterius generis sunt: masculini, ut Oriẽs, Occidens, Profluens pro flumine, & Cõfluẽs quò duo flumina cõueniũt. Fœminini, Cõtinẽs pro terra, quæ nõ est insula: ut, À Sicilia ad cõtinẽtẽ parũ intercapedinis est. Plinius maior lib. V. À proxima continente abest VII.M.D. passuum. Animãs quoq;: ut Cicero, Requirat, atq; appetat, ad quas se applicet sui generis animãtes. Nõnũquã tamẽ hoc nomẽ in Ca.31.de Lesbo loquens.

neutro genere reperitur, sed magis in plurali. Consonans, pro litera nõ uocali. Prægnans uerò unde sit participium, nescio. Alia quoq; quædam huc pertinẽtia, in nostris de philosophia libris commodius explicantur.

Quòd participium futuri temporis in nomen transit. CAP. XXXIIII.

NE *illud quidẽ transeundum est, quemadmodũ participiũ paßiuũ futuri tẽporis transit in nomen: Amandus, dignus amari: Colẽdus, dignus coli: ita & actiuũ. Seneca de naturalibus quæstionibus: Nullã autẽ mentionẽ fecit cometarũ, non prætermissurus, siquid explorati apud illos cõperisset. Prætermissurus dixit pro eo quod est, talis qui prætermitteret: nec tẽpus innuit, sed hominis quali*
Cap.2. *tatẽ, atq; animi uolũtatẽ. Quintilianus in undecimo: Neq; omnino huius rei meminit usquã poëta ipse: profectò nõ taciturus de tãta sua gloria. Nõ alio modo dixit, Nõ taciturus, q̃ per participiũ paßiuũ iam conuersum in nomen ut modò dixi, tacendũ, dignũ taceri. Neq; omninno significa uit hoc usquã poëta ipse, profectò rẽ sibi nõ tacendam. Et*
Epi.32.lib.6. *adhuc Plin. Iunior: Itaq; partẽ oneris tui mihi uẽdico: & tãquã parẽs alter puellæ nostræ cõfero quinquaginta millia nummũ: plus collaturus: nisi à uerecũdia tua sola mediocri tate munusculi impetrari posse confiderem, ne recusares.*

De Repetundis, & Repetundarum. CAP. XXXV.

REpetundarũ, *et de pecunijs repetũdis, nõ habet alios casus: & dubitari potest participiũ'ne sit, siue nomẽ, an gerundium. Verres accusatus est repetũdarum: uel, de pecunijs repetundis. Quũ dico Repetũdarũ, subintelligo pecuniarũ. Quo nomine pecuniæ, & omnia, q̃bus diuitiæ cõstant, cõtineri dicimus. Hæc accusatio propriè cadit in eos, qui quũ forent magistratus, prouincialibus aut ui, aut dolo*

dolo eripuerũt pecunias,aut uasa pretiosa,uestẽ,frumentũ,nauigia,nũmos. Mutatur *aũt e in u:* Repetẽdarũ *enim erat dicẽdũ.* Sed *tertia cõiugatio præter cæteras hoc iuris habet,ut literã hãc immutare poßit:sicut accusatiuo plurali tertiæ declinationis licet mutare eandẽ uocalem in i, dũtaxat in his nominibus,quorũ genitiuus pluralis exit in ium,ut* Seruio *placet: nã* Priscia. *li.* VII. *plura præcepta dat.* Sallustius *in initio* Catilinarij: Omneis *hoĩes, qui sese studẽt præstare cæteris animãtibus,summa ope niti decet, ne uitã silẽtio transeant.* Ita *hoc siue participium, siue nomen,siue gerundiũ à tertia coniugatione natũ, mutauit e in u,uel ob hoc saltẽ,ut differret ab illo,qđ dicitur ad res repetẽdas:ut,* Sunt *mißi legati ad res repetẽdas:quo significatur,aut principi,aut populo erepta esse uel pecorũ,uel hominum,uel locorum,aut terrarum, agrorũq; corpora.* Ser. in illud I. Aen. Tris Notus abreptas,&c.

LIBRI PRIMI FINIS.

LAVRENTII VAL-LAE IN SECVNDVM LIBRVM ELEGANTIARVM PRAEFATIO.



ACTENVS de Noĩe,Verboq;, & *ex his duobus cõposito* Participio: *nunc de alijs partibus orationis, quid singulæ ꝓprietatis habeãt,disseramus:postea de earũ disputaturi cõplexu.* De *quo priusquàm ego dicã,non puto mihi dißimulãdum, non defore, qui meos hos commentarios antequàm legãt,sumant'ue in manus,putẽt respuẽdos,tãquã aut ea,quæ haudquaquã uetustas statuisset, digna memoratu, cõtinẽtes, aut uetustatẽ*

ipsam partim negligẽtiæ, partim imperitiæ condẽnantes, quòd præterisset quæ essent in primis (ut ego sentio) digna, quæ literis mãdarẽtur: aut potius utrunq; facientes, quòd inepta quædã minimeq; memoratu digna præcipiã, & ueteres illos perfectos sanè, & consummatos, existimẽ minus cõmodè præcepisse. Ego uerò (ut ad illud primũ respondeam) non uideo cur hanc, de qua loquor, materiã se indignam existimasset aut C. Cæsar, qui de Analogia, aut Messala, qui etiã de singulis literis uolumina cõscripsit: aut Varro, qui de Etymologia minutißimas tractauit quæstiões: aut Marcellus, Põpeiusq; linguæ Latinæ indagatores: aut Aulus Gellius publicus penè literarũ cẽsor, qui ut magnũ quiddã annotasse se præter cæteros apud Ciceronẽ existimat, Explicauerũt pro explicuerũt, & esse in hostium potestatem, pro potestate: quæ ipse indigna ducerẽ opere meo: aut Macrobius Gellij æmulus, qui oẽs libros uidetur excußisse, ut aliquid in Latina lingua quod auribus hominũ dignũ esset, pro sua uirili parte cõferret in medium: aut tres illi tanquã triumuiri, de quorum principatu inter eruditos quæritur, Donatus, Seruius, Priscianus: quibus ego tãtũ tribuo, ut post eos quicũq; aliquid de Latinitate scripserũt, balbutire uideãtur: quorũ primus est Isidorus, indoctorũ arrogãtißimus, qui quũ nihil sciat, oĩa præcipit. Post hũc Papias, alijq; ĩdoctiores, Ebrardus, Huguitio, Catholicon, Aymo, & cæteri indigni qui nominẽtur, magna mercede docẽtes nihil scire, aut stultiorẽ reddẽtes discipulũ, quàm acceperũt. Multos transeo, quũ indoctos: quos numero cõprehẽdere nõ licet: tum doctos, inter quos sunt Pædianus, & Victorinus: quorũ alter ad oratiões, alter ad rhetoricos Marci Tullij cõmentaria composuit: sed prior ut ætate, ita doctrina lõgè antecedit. Postremò nõ ui-
deo,

deo, cur aliquis de grãmatica, ac lingua Latina cõponẽs, hæc suo officio minora existimet, quibus nihil sanè est in grãmatica, et Latinitate præstãtius, ut proximus liber potuit esse documẽto. Quod quũ ita sit, dicam'ne aut eos imperitia hæc omisisse, aut negligẽtia? minime. Sed C. Cæsaris, ac Messalæ libri interciderũt tẽporũ culpa: Varronis uerò de lingua Latina dimidiati reperiũtur, in quibus fortasse ea, quæ ego præcipio, cõtinebãtur. Cæteri autẽ, fieri potest ut quæ à superioribus tractata nouissent, sibi nõ attingenda existimarent. Deniq; multi scriptores ad nostrã usq; memoriã non peruenerũt. Neq; uerò aliquis hoc loco expectet, ut dicã, nõ esse cõtumeliosum prioribus, si quid ad illorũ inuẽta posteriores adijciant: Nulli unquã ab antiquis ad eundem cursum conficiẽdũ uiã fuisse præclusam: Nihil usquequaq; perfectũ: Nõ omnia posse omnes. Nõ dicam id, quod Priscianus ait, artis grãmaticæ uetustißimos quosq; autores maximè errasse, recẽtißimos uerò & ingenio, & diligẽtia longè præstitisse. Id dicã, quod uerè possum dicere, me nõ tã mea uolũtate (quæ ardẽtißima erat) ad hoc opus descẽdisse, quàm prudẽtißimorũ atq; amãtissimorum cõsilio, quũ aliorum, tum præcipuè Aurispæ, & Leonardi Aretini: quorũ alter Græcè legẽdo, alter Latinè scribẽdo ingeniũ excitauit meum: ille præceptoris (uni enim mihi legebat) hic emẽdatoris, uterq; parẽtis apud me locũ obtinẽs. Ad quos quũ separatim de ꝓposito animi mei retulissem, degustationẽq; quandã operis demonstrassem, uterq; pro se, ut ꝑgerẽ, hortatus est, & ut se autore ederẽ, iußit: ut iam integrũ mihi nõ esset illorũ autoritati repugnare, si repugnare uoluissem. Sed currẽtẽ (ut dicitur) incitarũt. O` uiros oĩ laude dignißimos: O` de literis, ac de literatis optimè meritos: Nõ ueremini, ne alij cò, quò peruenistis

Prisc. in præfa. magni operis.


f 5 uenistis

ueniſtis (licet perquàm arduũ ſit) perueniãt: ſed hortamini, incenditis, & quaſi de alto manũ ſcandenti porrigitis. Quare quærentibus, atq; mirãtibus audaciã meam, ita reſpõſum uelim, me ſummis uiris ſuadẽtibus hoc opus & cõdidiſſe, & edidiſſe. Quãquàm (quod ad cupiditatẽ meã attinet) quæ tãdẽ ſocordia, atq; ignauia mea extitiſſet, ſi cõmiſiſſem, ut alius hãc laudẽ mihi qualemcũq; præriperet? Sunt enim qui nõnulla horũ, quæ à me præcipiũtur, uel de me, uel de auditoribus meis audita (nunquã enim iſta ſuppreßi) in opera ſua retulerint, feſtinãtq; edere, ut ipſi priores inueniſſe uideãtur. Sed resipſa deprehẽdet, cuius domini uerè ſit hæc poſſeßio. Quorũ unius libellos quoſdã pro amicitia quum legendos eo præſente cepiſſem, deprehendi quædam mea: & quæ me amiſiſſe neſciebã, furto mihi ſublata cognoui. Parco illius nomini. Erat autẽ locus de Per, & Quã in cõpoſitione, de qua re ꝓximo libro diſputaui: & de Quiſq;, quũ adiũgitur ſuperlatiuo. Negligẽter ille quidẽ, et inſcitè tractatus: ut ſcires aliũde decerptũ, nõ ex ſe prolatũ: & auditum, non excogitatũ eſſe. Conturbatus tamen ſum, & inquã homini: Hanc ego elegãtiã agnoſco, & mancipiũ meum aſſero, teq́; plagiaria lege conuenire poſſum. At ille erubeſcẽs, ioco tamẽ atq; urbanitate eluſit, quòd diceret, uti rebus amicorũ licere, ut ſuis. At iſtud, inquã, abuti eſt, nõ uti. Nihil enim mihi reliq fit, ubi tu huius rei, in qua ipſe laboraui, palmã ſemel occupaueris. Tũ ille etiã urbanius, Quòd malus parẽs eſſem, qui filios, quos genuiſſem, & educaſſem, è contubernio eijcerẽ: ipſe tũ miſericordia, tũ amicitia noſtra ad ſe domũ ſuam colligeret, atq; educaret pro ſuis. Deſtiti ĩ illũ ſtomachari, intelligẽs multò magis mihi bõa mea negligẽti, quã illi bona ab alijs neglecta colligenti, uitio dãdũ eſſe. Quare quis nõ uidet,

non

non inhonestum esse, ea me mandare literis ex me inuētu, quæ alij ne furto quidem sublata, turpe sibi ducunt scriptis suis inserere? Addu*ctus sum igitur ad hoc opus componendum non modò magnorum hominum consilio, sed etiam necessitate.* Nunc *ad inceptum redeundum est.*

De tribus pronominibus, Mei, Tui, Sui. CAP. I.



VLTIS *in locis Priscianus testatur nihil interesse, an utamur primitiuo, an deriuatiuo in illis pronominibus, Mei, Tui, et Sui. Quid est, inquit, Meus es filius, nisi mei filius? Et alibi: Mei ager est, & mei agri instrumentum: &, mei agro dedit: &, mei agrū colo: similiter, mei agri, & mei agrorum, & mei agros dicimus: similiter Tui agrū, & tui agros, Sui agrum, & sui agros: Nostri agrum, & nostri agros: Vestri agrum, & uestri agros. Et alibi: Amat ille suum filium, & amat sui filiū: Benedicit suo filio, & benedicit sui filio: Petit à me ut prosim sui filio, & prosim suo filio: & in alijs adhuc locis. Nisi hac ratione, ut ipsius utar uerbis, Si ipsa tamē possessio in possessorē faciat transitionem, nō est congruū uti genitiuo primitiui pro possessiuo, quia uim habet cōpositi Græci: ut, Ciceroni redit suus filius: non satis commodè pro hoc dicitur, Ciceroni redit sui filius: nec Ciceronem laudat sui filius, pro suus filius: & similia. Quia nec apud Græcos bene dicitur, Κικέρωνα φιλεῖ ἑαυτοῦ υἱός, nisi more Attico pro simplici accipiatur. In quo Priscianum falli uel ex hoc argumentum est, quòd nulla (ut ferè solet) autorum exempla attulit, & de contrario illorum usu reticuit. Ego autem (quoniam de his trium pronominum genitiuis inter me, & Priscianum quæstio est) aliquantò altius repetam de natura genitiui, & de usu doctissimorum*

Prisc. lib. 12.

Prisc. lib. 13.

Prisc. lib. 17.

Si ipsa tamē, &c. Prisciani sunt uerba libro .17.

morum autorum disputabo. Et licet nõ pauca in hanc rem mihi dicenda sint, nõ prosequar tamen paruula, & minuta quædã, & tot uerbis, quot ille fecit, sed quæ eruditissimis euadere uolentibus sint gratissima: quæ quum ignota fuerint Prisciano, declarant eum non satis stylo oratorio fuisse exercitatũ. Genitiuus omnis (ut taceam, si qui sint alij modi) aut actiuè, aut paßiuè accipitur: adde etiam possessiuè, quod penè pro actiuè accipio. Actiuè, ut Prouidentia dei, bonitas dei. Paßiuè, ut Timor dei, cultus dei. Ibi deus prouidet, & benignè agit, nõ ipsi prouidetur, & benignè fit: hîc timetur, & colitur, nõ timet, nec colit. Possessiuè, ut Sedes dei, regnum dei. Atq; in huiusmodi oratione, ut, intellectus apertus, atq; unus est, ita in illis ambiguus, & anceps: Amor dei, Charitas patris, Suspicio uxoris: dubiũ est de utro loquaris, an de amore, quem deus in nos habet, an de eo, quẽ nos in eũ: de charitate patris in filios, an filiorũ in patrẽ: de suspicione maritali, an de suspicione uxoria. Taceo quòd aliquãdo hi genitiui eidem orationi adsunt: ut in Catone Maiore Cicero, Quid de Publij Licinij Craßi & pontificij, & iuris ciuilis studio loquar? Craßus studet, quod est actiuè: ius (ut sic dicam) studetur, quod est paßiuè. Iterũ de Offic. lib. 1. Quare L. Syllæ, & C. Cæsari pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. Tria igitur pronomina, de quibus agimus, sola omnium binos genitiuos sortita sunt: unos, Mei, Tui, Sui: alteros, qui iã exoleuerũt, Mis, Tis, Sis: in quorum penè locum successerũt deriuatiua, Meus, Tuus, Suus. Horũ binorũ genitiuorũ antiquitati placuit, alteros actiuè significare, alteros paßiuè. Nam illa, Mis, Tis, Sis, (ut cõiectura ducor) actiuè, siue possessiuè significabãt, ut hæc ipsa, Meus, Tuus, Suus: unde ꝓnomina possessiua

ſeßiua uocitantur. Ennius libro ſecundo:

Ingẽs cura mis cõcordibus æquiparare.Plaut.in Pen.

Do diem hunc ſoſpitem rebus mis agundis.

Quamuis idẽ in Milite, & iterũ in Mercatore, Tis pro Tui uideri poßit accipere,tamẽ hic cũ Ennio, Mis poſuit pro meis,non pro mei. Quod nõ licere fieri,autoritatẽ ex autoribus repetamus,nec accipi unquã Mei,Tui,Sui,niſi paßiuè. M.Fab. Quintilia. Et(quod inter iſta difficilimũ fuit)amore mei uicit etiã matrẽ ſuã.Cice. Quod deſideriũ tui ferre nõ poſſet, & me tui pudet. Verg.in VI. Aeneid.

Quiq; ſui memores alios fecere merendo. Terentius:

Vnum hoc ſcio,hanc meritam eſſe ut memor eſſes ſui. In And. Act. 1.ſce.5.

Non ſignificatur hic amor meus, quẽ in alterũ habeo,ſed (ut ſic dicã) quem de me alter habet, & quo amor.Item, non deſiderium tuũ,ſed alterius de te: & pudor nõ tuus, ſed de te: & memoria non ſua,ſed de ſe ſimiliter in plurali,dũtaxat duorũ:nam Sui non uariat uocẽ genitiui pluralis,ac ne ſingularis quidem,ut Priſciano placet. Sis enim Priſc.lib.13. *nõ reperitur,ut Mis,Tis.Ideoq; opinor & hæc duo illius exẽplo pariter intercidiſſe, quũ præſertim in uicẽ eorum ſuccedãt deriuatiua.Habẽt itaq; hæc duo pronomina in plurali Noſtrũ, & Veſtrũ, quæ reſpondent ad illa Mis, & Tis: & itẽ Noſtri, & Veſtri,quæ reſpõdẽt ad illa, Mei, Tui:ut,Nemo noſtrũ,nemo ueſtrum:non autẽ Nemo noſtri,nemo ueſtri. Rurſus,Habete curã noſtri, ſicut habemus curam ueſtri,nõ autẽ,Habete curã noſtrũ:ſicut habemus curã ueſtrum. Si quis exẽpla deſiderat,ſibi facilè reperire poterit. In diuerſa opiniõe Seruius grãmaticus eſt, qui ait:Noſtri autẽ & Veſtri genitiuus pluralis eſt antiquus, & ex Græco deſcendẽs,ſicut ſingularis eſt Mis, & Tis:et hoc eſt unde dicimus,Noſtri cauſa fecit,hoc eſt,noſtrum*

Ser. in illud 2.Aen. Quid furis?aut quo nã noſtri tibi cura receſſit.

strum. Forsitan. A. Gellium (ut postea apparebit) est secutus. Sed hoc Priscianum cum alijs in errorem, ut auguror, induxit, quòd interdum inueniunt hæc non ad aliam referri personam, sed reciproca esse: ut, Ego omnia facio amore mei, Tu istud fecisti gratia tui. Vergil.

Aeneid. 3. *Oblitus'ue sui est Ithacus discrimine tanto.*

Sed non fuit causa cur errarent. Nã ita in his paßio est, ut in illis: nec alio modo, aliquid ego facio amore mei ipsius, quàm tu amore mei. Vt enim diligor abs te, ita diligor à me: ut est apud Ouidianum Narcissum, Vror amore mei. Et tu, sicut ab altero, ita et à te ipso diligeris: et sibi quisq; amicus est, ut alteri. Est alia præterea causa cur errarẽt, quòd uiderẽt hæc (quæ nos distinximus per actiuè, et passiuè) in multis indifferẽter poni: ut Causa mea, & causa mei: Fama mea, & mei: Imago mea, et mei: Potestas mea, & mei: Vsus, utilitasq; mea, & mei: Memoria mea, & mei: interdũ etiã ipsa deriuatiua pronomina paßiuè accipit: ut apud Terent. Et lacrymis opplet os totũ sibi, Vt facilè scires desiderio id fieri tuo, uidelicet ꝙ tu desideraris, nõ ꝙ desideras. Quale est, Accusatio mea, & crimen meũ, quũ accusor criminis: quasi accusatio mei, & crimen mei. Sed nõ satis solertis fuit, tã facilè falli. Nã ultimũ ubi paßiuè positũ est hoc ꝓnomẽ deriuatiuũ (ꝙ qdẽ rarũ est) nõ magis cõtra me facit, q̃ cõtra ueteres oẽs, q hæc Pronomina poßeßiua uocauerũt, i. poßeßionẽ significãtia, quod (ut dixi) rarũ est: ideoq; nõ paßim hoc reperias. Nõ enim dicas pro eodẽ Dolorẽ tuũ, & dolorem tui: ut dixit Terentius, Desideriũ tuũ, pro tui: quod scilicet ipse nõ dicerem. Verùm quandoquidẽ non infinita sunt hæc nomina, quæ natura quadam ab usu aliorũ recedunt, nõ grauabor de nõnullis singillatim dicere, dũ nõ grauẽtur audientes,

Li. 3. Metam. — In Heauton. act. 2. sce. 3.

legent

legẽtesq; hæc audire, uel legere. Dicã tamen breuiter: & res digna scitu in primis, ĩ qua uidemus maximos etiã esse hallucinatos. Primũ est, Causa mea uenisti & causa mei. Causa mea accipitur possessiuè, eo modo, quo Via mea uenisti: Pecunia mea fecisti sumptũ: Iter meo sumptu fecisti. Causa mei uerò paßiue, eo mõ, quo beneuolẽtia mei. Modus tamẽ prior est usitatior. Quid aũt de hoc Seruius idẽ sentiat, posteà uidero. Fama mea, & fama mei, eiusdẽ rationis est: & Mea fama frequẽtius dicimus. Imago mea, scilicet quæ mea est, ut statua mea, et forma mea: Imago mei, nẽpe quæ de me est. Sed prior mod⁹ est usitatior. Hæc quæ sequũtur, in utrãq; partẽ frequẽtiora, ut alterũ tamẽ alterius sensus sit. Memoria mea actiuè, quòd ego recordor: Memoria mei paßiuè, quòd alij de me recordãtur, uel mẽtionẽ habent: sæpe etiã possesßiuè, eo modo, quo fama mea. Dolor meus, quẽ ipse patior: dolor mei, quem alius de me patitur: uel forsan ego ipse, simq; dolens meã uicem, sicut dicimus, Misereor mei. Copia mea possesßiuè, quã ego possideo: copia mei paßiuè, qua ego poßideor: ut, Faciã omnibus copiã mei, non meã: Meretrix facit omnibus copiam sui, non suam. Potestas mea, quã habeo: potestas mei, qua habeor. Nec pulchrè dicas alterũ pro altero: ut, Tu uides potestatem meam quanta est, non mei. Habes potestatem mei, nõ meã: nisi aliud significet, pro eo quod est, habes eãdem, simlem'ue potestatem: ut apud Cicer. Bello Marsico Q. Octauius omnibus faciebat sui conueniẽdi potestatem. Vtilitas mea, aliud est q̃ Vtilitas mei: ibi poßideo, hîc possideor. Quĩtilianus: Sed ut aliqd præstaret patriæ utilitas mei. id est, de me. Nã fieri potest ut in eadem re sit utilitas sua alicui, cũ utilitate sui. Quidã legunt Vtilitas mea. idẽ: Quid nunc agam, aut quem ultrà esse usum mei dijs repugnantibus

Ser. in illud 12. Aeneid. Victus amore tui, &c.

gnantibus credã? usus inquã est non meus, sed ex me aliorũ. Adhuc idẽ: Præsens quidẽ illa protinus redditur merces, quòd omnibus quibus insedere, odorẽ mellis inspirãt, & breui contactu uim sui relinquũt. Vim sui, non suã, sed ex se. Quomodo tu captus amore mulieris, malles habere copiam sui, quàm suã. Fastidiũ mei, quo ego ab alijs fastidior: Fastidium meũ, quo ego alios fastidio. Vt idem: Seu mulier omnibus exposita mortalib. uanitatẽ fastidio mei, despectuq; captauit. Hæc sunt, & his similia, nõ tamẽ plurima, quæ ancipitẽ naturam habent, cætera uerò minimè. Nõ enim sic dicimus, Pulchritudo mei, fortitudo tui, longitudo sui, ut imago sui: nõ prudẽtia, nõ ingeniũ, non sapiẽtia, nõ probitas, nõ uirtus, nõ innumera alia. Quòd si tam parua res eos mouit, debuit è diuerso illud magis mouere, quòd quædã, quæ & ipsa nõ multa sunt, habẽt ancipitem significationẽ, sed quam nemo nisi cæcus nõ discernat: ut, Pars, Dimidiũ, Medium, Membrũ, Quid, Aliquid, Multũ, & siqua alia. Quis enim nõ uideat, quũ dico, Hæc est pars mea, nõ de corporis mei parte intelligi, sed hæreditatis? Et iterũ, Hæc est pars mei, nõ de hæreditate, sed de corpore? Manus pars mei est, nõ mea. Fũdus pars mea est, nõ mei. Dimidiũ tui maius est, quàm dimidiũ sui: profectò de corpore intelligo. Dimidiũ tuũ maius est, quàm dimidium suũ: de præda, aut de cibo, aut de successione, alijsq; similibus intelligendũ est. Mediũ tui tangam, non mediũ tuum. E medio mei prodijt, nõ è medio meo: ut, Auferã iniquitatem de medio tui Israël. Membrũ, quũ pro parte accipitur, eandem rationẽ sequitur: ut, Hic puer membrum mei est, quasi pars mei: sin pro mẽbro aliquo, & in suo significato, ita accipitur, ut caput, ut manus, ut pes: Hic puer mẽbrum meũ est, quasi sit caput & manus. Hic digitus membrum

brum meum est,non mei.Item, Quid mei tetigisti? quid tui uidi?aliquid tui uirgo perdes,si uenatũ cum adolescẽtulis prodibis,non aliquid tuũ:nisi dicamus tui,à neutrali genere,ut Cic.de Orat.lib.III. Ex quo uereor, ne nihil sim tui,nisi supplosionẽ pedis imitatus.id est,de tuo,nõ de te.Vlysse,si quid tui Polyphemus prehẽdet,id omne deuorabit.Me nihil attigit:quicquid enim attigisset mei,statim contriuisset. Multùm mei ille auferre potest,sed plus tui:plus inquam de te,quàm de me:non de tuo & de meo. Itẽ:Quicquid Melibœe diripuisti,aliquid meũ fuit,non mei.Nunc redeo ad Seruium,qui ait: Tui causa feci, & Tua causa feci, discretionem hanc habent, ut Tui causa tũc dicamus,si aliquid ipsi,ad quem loquimur,præstiterimus:ut puta,tui causa te defendi. Vergilius in XII.

Victus amore tui,cognato sanguine uictus,
Coniugis & mœstæ lacrymis uincla omnia rupi.

Tua uerò causa,cùm alteri aliquid alterius cõtẽplatione præstamus:ut,Tua causa mãcipiũ tuũ defendi. Si Seruius tãtùm de hoc uocabulo Causa loquitur, et non in uniuersum de omnibus huiusmodi,non rectè attulit exẽplũ alterius uocabuli,præsertim nõnihil natura differentis:sin uerò de oĩbus,nõ potest una lex dari diuersis, ut suprà ostẽdimus:si tamẽ lex est,& nõ potius cõtra legẽ omniũ ueterum.Nam(ut ego dicebam)Causa sæpius cum pronomine deriuatiuo copulatur:atq; hoc quidẽ indifferẽter, siue aliena sit causa,siue tua:ueluti si qs dicat, Epicur. uult oĩa cuiq; agenda esse causa sua,mihi mea,tibi tua,illi sua, nobis nostra,uobis uestra:nõ mihi tua,aut sua, nec tibi mea nec illi uestra,nec nobis sua,nec uobis nostra.Hîc nihil opus est admiscere primitiuũ.sedne sine exẽplo loquar(qđ ipse fecit)uno ero cõtẽtus sumpto ex Quintil. Mea depu

In illud, Quẽ casum portẽta ferant ego po. Olymp.
In illud, Me cum exceden tem, nõ mœ nia re. Ace.
Gel. li. 20. c. 5
In Phorm.

gnasti causa, tua peristi. Atq; hoc, quod Seruius præcipit nobis, ipse cõstanter usus est, neminẽ tamẽ secutus. Quale est illud in VII. Aen. *Non spe salutis: sed mei causa.* Et in VIII. *Hæc signa mei causa fuit.* Et in IX. *Vult enim intelligi sui causa matrem secutã.* Verùm quid mirũ de Seruio, cùm A. Gellius, & quidẽ antiquior, nõ modò nullum exitum in hac quæstione potest reperire, sed etiã nõ optimè sentit. Ita enim inquit: Cur igitur Terẽtius, *Pœnitet nostri*, nõ *nostrũ*? nihil hercle mihi uenit in mentẽ, nisi autoritas quædam uetustatis, nõ nimis anxiè, neq; superstitiosè loquẽtis. Paulò pòst: Sed procul dubio q rectißimè loqui uolet, *nostrũ* potius dixerit, quàm *nostri*. Et idcirco importunißimè fecerũt, qui in plerisq; Sallustij exẽplaribus scripturã istam syncerißimã corruperunt. Nam cùm ita in Catilinario scriptum esset, *Sæpe maiores nostrũ miserti plebis Rom. &c.* Nostrum aboleuerũt, & Nostri scripserũt. Ex quo in plures libros mendæ istius soboles manauit. Tu Aule Gelli de genitiuo Nostri loqueris, nõ de nominatiuo Nostri pluralis numeri. Vtrum rectius sit ad exẽplum Sallustij (ut mihi, & cæteris placet) in nominatiuo casu, nihil ad rem facit, neq; ad exemplũ Terẽtij. Et qui (ut tu uis) Sallustij scripturã corruperunt, non in genitiuum mutauerunt sonum illum, sed in nominatiuum, per quem casum nõ audeas tu dicere corruptè nos loqui, imò (quantũ ego sentio) incorruptius. Est enim una, eademq; uox Nostri, ab eo, quod est ego genitiui casus, et nominatiui ab eo, quod est Noster. Neq; uerò ego repugno Aul. Gell. dicẽti mutatam scripturã esse à Nostrum in Nostri: nominatiuũ tamen, nõ genitiuum. Nam neq; aliquis rectè in genitiuũ mutasset, neq; ratione mutasset. Quin potius fateor, & hoc libẽtius, quòd unicũ illud exemplum, quod

ipse ex Plauto protulit, fortasse mēdosum est, dicēte: Duo *rum labori hominū parsißē libēs, mei te rogandi, & tui mihi respōdendi.* Ait autē Aul.Gel. *Mei enim hoc in loco* Plaut. *non ab eo dixit, quod est* Meus, *sed ab eo quod est* Ego. Itaq; *si dicere uelis* Patrē mei, *pro patrē meū (quod* Græci *modo* τὸν πατέρα μου *dicunt) inusitatè quidē, sed rectè profectò, eaq; ratione dicas, qua* Plautus *dixit* Labori *mei, pro labori meo.* Nolo *equidē tam confidenter (ut facit* Gellius *) scripturam mendosam dicere, & affirmare quod inexploratū habetur.* Taceo *autē quòd dānat fortasse immeritos, qui nec corruperūt scripturā, & melius sic dici putauerunt.* Quæro *cur uerisimilius sit aliquos scripturā illā mutasse* Sallustij, *in qua nihil absurdi erat, quā hanc* Plauti, *qui cōtra grāmaticorū leges, qualis est* Seruius, & Priscianus, & Donatus, *qui hūc poëtā in schola lectitabant, facere uidebatur, si ita diceret,* Duorū *labori hominū parsissem libens, meò te rogandi, & tuo mihi respondēdi?* Nulla *nāq; grāmaticæ ratio uidetur posse hoc tueri, qn potius cū per indiuidua exponimus singillatim qd' dixeramus per uniuersum, eodē casu utamur: sic,* Duobus *hominibus laborē detraxi: necesse est ut dicamus,* Mihi *scilicet, & tibi: nō autem* Meū, & *tuū.* Tamen *(ut ego sentio) in genitiuo permißū est: ut,* Affert *hic accusationē duorū hominū, mei & tui, siue meā et tuā, quale hoc loco fit: sed dicēdū potius p pnomina deriuatiua, qa poßeßio, siue actio significatur, non paßio.* Quod *ego mutatū esse nolo dicere ab ipso* Aulo Gell. *sed à grāmaticæ professoribus, quorū nihil est supercilio superbius, nihilq; improbius, & ad emēdādos libros, uel corrūpendos potius, magis audax.* Præterea Plautus *licentia uerborū potest dici usus, in qua fuit planè nemo liberior.* Postremò *quid habet*

bet mométi ex uno autore, et eo poëta, afferre unũ exemplũ in tanto numero omnis generis autorũ? qui adeò refugerunt dare actiuã significationẽ his tribus genitiuis primitiuorũ, ut eos mutauerint in alterã uocẽ, genitiuis aliarum dictionũ, cũ quibus coniuncti erãt, natura repugnante, minime mutatis: ut Cic. *in* Gabiniũ, & Pisonem: Dico *mea unius opera* Remp. *esse liberatam.* Idem *ad* Att. So*lius enim meum peccatũ corrigi non potest.* Idẽ *pro* Mu*ræna,* Ex *tuo ipsius animo coniecturã ceperis.* Nõ *dixit, ac ne dicere quidẽ potuisset,* Mei *unius opera,* Mei *solius peccatũ,* Tui *ipsius animus.* Et *in plurali* Quint. *Deinde quum satis uires eorũ explorauerint, suæ ipsorũ fiduciæ permittũt. nõ dixit,* Sui *ipsorũ fiduciæ.* Quid *multis? cùm etiã apud* Recẽtiores *(de Christianis loquor) hoc sit obseruatißimum: ut in* Psal. CXLI. & LXIII. *secundũ* Hebraicã *ueritatem: quorũ alter ita incipit:* Domine *clamaui ad te, festina mihi, exaudi uocem meã clamantis ad te.* Alter *sic:* Audi *Deus uocem meam loquentis, à timore inimici serua uitam meã.* Et *in* LXX. *secundũ aliã è* Græco *trãslationẽ:* Domine *memorabor iustitiæ tuæ, solius.* Est *autem solius nõ fœminini generis, sed masculini, ut ex* Græco *apparet: referturq; ad dominũ, non ad iustitiã.* Itẽ *in lib.* Reg. III. Sustulit *filiũ meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis.* Et *in* Euangelio Lucæ: Et *tuam ipsius animã pertransibit gladius.* Nec *desunt quidam imperitè docti, qui conãtur illud exponere,* Tuam *ipsius animã, aliud esse quàm* Tui *si tui dicere liceret.* Homines *ignaros non solùm* Theolo*giæ, sed etiã literarum.* Interrogent Græcos, & *reperiẽt penes eos, unde nos sumpsimus,* Tui *esse, non* Tuã: *quũ illi nõ habeant in his tribus pronominibus, quã nos, elegantiã.* Ideoq; *apud eos est,* Pater *nostrũ, uel nostri, qui es in*

cœlis,

cœlis, sanctificetur nomẽ tui: Adueniat regnũ tui: Fiat uolũtas tui sicut in cœlo, et in terra. Panẽ nostri, uel nostrũ, da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostri, uel nostrũ, sicut & nos dimittimus debitoribus nostri, uel nostrum. Quæ nos, ne barbarè loqueremur, mutauimus in pnomina deriuatiua. Ex quo apparet nõ modò illud Auli Gell. maiores nostri, p genitiuũ cõtra grammaticã, uerũ etiam illud, maiores nostrũ, cõtra usum esse, potiusq; in tali genere utendũ esse deriuatiuo nostri, quã primitiuo nostrũ, licet hac ratione nõ uteremur. Nec usquã contrariũ exemplũ reperire cõtingit, nisi unũ in epistola quadã Ciceron. ad Curionẽ, sic dicẽtis: Eam autẽ unius tui studio me assequi posse cõfido. Quod & sic defendi posset, Studio pro gratia, & fauore, uel amore aliorũ erga te: ut apud Horat. ad Vinniũ, Ne studio nostri pecces. Tamẽ malim dicere id factũ uitio librariorũ. Ac ne semper culpã reijciam in librarios falsò, dabo argumentũ: cur & prius, & nũc meritò in illos impetũ faciã. In proxima statim epistola legitur bis, tyrãno P. Lentulo, pro eo quod est, tribuno plebis. Et in præcedẽte lib. ad Lent. qui est illius operis primus, bis etiam idem uitium est in II. & XI. epistola. Et quum omnia, ut reor (maximã enim partẽ uidi) exemplaria, quæ in Italia sunt, mẽdosa, & deprauata hoc uitio essent, nullus tamẽ tantũ flagitiũ animaduerterat. Itaq; sicut nunc illud emẽdauimus, ita hoc quoq; emẽdare, & in pristinã synceritatẽ restituere audeamus: sic, Eam rẽ tuo unius studio me assequi posse confido. Nec alia causa factũ est, ut apud Terẽ. dixerit Dauus, Meo præsidio, atq; hospitis. nõ præsidio mei, atq; hospitis. Quẽ imitari Petrarcha si sciuisset, nõ titulũ operi suo indidisset, De sui, & aliorũ ignorãtia. sed de sua. Aliud nanq; est ignorãtia sui, aliud

Epist. 5. lib. 1.

Epist. 13. li. 2.

In And. act. 5 scen. 2.

ignorãtia sua. Si tamen sensit de ignorantia, quã de se habuit, rectè dixit. Et uulgò dicimus, Scio tuas diuitias, q̃ te pauperẽ quereris. nõ, Tui diuitias. Aspice liberos meos, q̃ dicor orbus. nõ, Mei liberos. Cernãt sua prædia, qui mihi unũ fundũ inuident. non, Sui prædia. Vbi non modò genus dissimile est antecedenti, et relatiuo, sed etiam numerus. Quanquã (quod ualidissimũ est) ingẽs differẽtia significationis est inter primitiua ꝓnomina, et deriuatiua. Sed ista omnia fieri cogit, quòd non licet primitiuis genitiuis dare significationẽ actiuã. Cuius rei & illud maximũ argumẽtum, & apertissimũ est, quod subijciã, nulli adhuc grãmaticorũ intellectũ: quòd dicimus, Mea, tua, sua, nostra, & uestra interest, & refert: nõ autẽ Mei, tui, sui, nostri, & uestri. Est autẽ illud Mea, tua, non ex parte anteriore (ut quidã uolũt) sed ex parte posteriore, nõ aliter q̃ quum dicimus, Hoc interest illius: quasi, Hoc est officiũ illius. Ita, Hoc interest mei, si liceret mei aliter accipere, q̃ passiuè. Nũc dicimus Mea in uoce possessiua, sed tamẽ ut sit primitiuũ, & substantiuũ, & nõ adiectiuũ: deniq; ita ac si diceremus Mis. Regi aũt à parte posteriore, atq; ideo hoc uerbum habere ante se nominatiuũ, sicut Sũ es est, sed in neutro genere, quis dubitet, quũ omnia plena sint exẽplorũ? Cic. pro Planc. Si quid mea minus interest, id te fortè magis delectat. Et pro eodẽ: Non solũ quid cuiq; debeã, sed quid cuiusq; intersit. Et pro Sylla: Vestra enim qui cum summa diligẽtia, et integritate uixistis, maximè interest. Et ꝓ lege Manil. Illud primũ parui refert. Vbi etiã dicere possemus, Illud mea parui refert. Sed hoc nihil ad præsens tẽpus. Hæc omnia resoluũtur in uerbũ substantiuum, hoc modo: Si qd minus meũ est. Quid cuiusq; est. Vestrũ est hoc maximè. Illud parui momẽti est, ut appareat nõ differre

ferre naturã uerbi substãtiui, & horũ duorum impersona lium uerborũ, nisi quòd illud naturaliter post se nominatiuũ postulat, hæc genitiuũ, sed actionis, siue possessionis, more uerbi substantiui. Sed hoc in cæteris nominibus, ac pronominibus nihil dubitationis habet, quorum genitiui actiuè, paßiuè, possesiuè, et si qs est alius modus, accipiũtur. Mei autẽ, Tui, Sui, diuersam naturã habẽt, Quid igitur faciendũ erat? hæc paßiuè accipiuntur, nõ actiuè, nec posseßiuè. Illa uerba post se uolunt genit. actiuũ, siue posseßiuũ. Dãda ergo fuit uox posseßiui pro significato primitiui, nõ genitiuus posseßiui, q idẽ erat, qui est primitiui: sed ablatiuus, q natura est genitiuo simulimus, et ĩ genere fœm. uel tanquã medio triũ generũ, uel suauitatis gratia: ne durũ uideretur meo, tuo, suo, nostro, et uestro. Ideoq; hi ablatiui iungi sibi patiũtur adiectiua illa, tanquã actionem, posseßionemq; significãtia in genitiuo, ut suprà demõstrauimus: sic, Mea solius interest, Tua unius refert, sua ipsius interest: nõ Mei solius, Tui unius, Sui ipsius, nisi in alia loquẽdi figura, de quo mox subijciã. Vnde maximè palàm fit, nunq̃ hos genitiuos sumi nisi paßiuè: ut, Habeo curã mei solius, nõ Meã solius: Habeo curã tui unius, nõ Tuã unius: Vnusquisq; curã gerit sui ipsius, nõ Suã ipsius. Cur ita? qa paßio hic significatur: ubi supius uel actio uel posseßio. Cuius rei unũ exẽplum suffecerit ex Terẽt. Hẽ, tot mei solius soliciti sunt causa, ut me unũ expleãt? et planũ quidẽ iã fecimus, tres genit. Mei, Tui, Sui, paßiuè, semp poni: Meus, Tuus, Suus, plerunq; posseßiuè. Ideoq; cùm utẽdum est illis primitiuorũ genitiuis, mutari sonum de i, in a. Nũc aliqua addẽda sunt de his dictionibus, quæ legitimè cõiungũtur cũ huiusmodi pronominũ genitiuis: nec enim omnes possunt. Ante omnia nullũ substantiuũ in

In Heauthõ. act. I. scen. I. ubi codices omnes mea habent non mei.

consortio suo sustinent: ut, Fili, noli domo recedere respectu mei patris. Quod non tam placuisse Prisciano reor, q̃ per imprudẽtiam esse lapsum, quum dicit, Mei Prisciani
Prisc. li. 5. circa finem. *eges, Tui Prisciani egeo. Et alibi, Ego Vergilius, tu Vergilius, ille Vergilius: mei Vergilij, tui Vergilij, illius*
Prisc. lib. 13. *Vergil. Hæc enim oratio declarat meũ Priscianũ, Vergiliũ'ue, aut tuum: nõ me Priscianum, Vergilium'ue, aut te: non aliter quàm si dicas, Eges mei patris, Egeo tui domini. Quod profectò non est primitiuorum, ab eo quod est Ego & tu: sed deriuatorum, ab eo quod est Meus, & Tuus. Neque discrimen facit, quòd hîc appellatiuum nomen est, ibi proprium. Vergilius.*
Eclog. 7. *Si qua tui Corydonis habet te cura, uenito. Et alibi:*
Aen. 5. *AEneæ mihi cura tui. Lucanus: Aeneæq; mei.*
Quæ à Meus, tuus, nõ ab Ego, Tu, ueniũt. Itaq; sic emẽ-
Lib. 9. *demus Priscian. qui cùm de lingua Latina cõponit, antiquitatẽ omnẽ corrigens, nomen suum Latinè proloqui nesciuit: Mei qui sum Priscianus eges. Tui egeo, q Priscianus es: uel, Me Prisciano eges: Te Prisciano egeo. Nam illud Apost. ad Corint. Salutatio mea manu Pauli: è Græco est sumptũ: ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. Tertium uerò exẽplum, quod idẽ protulit, illius Prisciani eget, rectè dicitur. Nõ habẽt enim cætera pronomina ancipitem naturam, ut illa tria, de quibus diximus. Adeoq; uerũ est, hos ipsos genitiuos respuere consortiũ substãtiui, ut ne in possessiuorũ quidẽ forma illud pati uelint. Vidimus licere dicere, Meam unius operã, Tuum solius studiũ: nõ tamen dicemus, Meũ Laurẽtij studiũ, Suum Prisciani prædium: sed Meũ studium, qui sum Laurentius: Prædiũ suum, qui est Priscianus. Neq; tamen ob id excludo, si genitiuos hos passiuè accipiamus, eo modo quo exẽplum ponemus. Nã*
(ut

(ut superius docui) aliquando duos genitiuos, alterũ actiuè, alterũ paßiuè positũ, uidemus unà iungi: ut, Quid de P. Licinij Craßi iuris et ciuilis, et põtificij studio loquar? InCat. Maiore.
Ita fit in pronomine, ut idem autor ad Attic. Mihi fuit et laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris cõsolatio grata. Et iterum: Vehementerq; tua sui memoria delectatur. Quòd si igitur hæc pronomina, siue in genit. passiue, siue mutata in uocem posseßiuorũ actiuè nõ admittũt genitiuos substantiuorum, nunquid admittũt omnium adiectiuorum? Non opinor: sed propriè solorum participiorum participialiumq; gerundiorum, & frequentißimè illorum trium (ut quidam uolunt) pronominũ, Vnius, Solius, Ipsius, et si qua alia, quæ rara sunt, de quibus mox dicam. Per genitiuũ cũ participio: Cicero ad Lentul. Quocunq; tempore mihi potestas præsentis tui fuerit. Per fœmininum, sed cum gerundio. Ouidius Heroidum: Epist. Acõt. ad Cidip.

Sit modò placandæ copia parua tui. Epist. 5. li. 15. epist. famil.

Per uocem mutatã in posseßiuũ: ut ad Ciceronẽ Cato: Libenter facio, ut tuam uirtutẽ, innocẽtiam, diligentiam cognitã in maximis rebus domi togati, armati foris pari industria administrare gaudeam. Cic. de Oratore: L. Crassum quasi colligẽdi sui causa se in Tusculanum contulisse. Sed hoc gerundiũ est. Et ea exẽpla, quæ suprà attuli: quorum unũ fuit, Sustulit de latere meo ancillæ tuæ dormientis: ad quod pronomẽ malo referri illud dormientis: quod est adiectiuũ, quàm illud ancillæ, quod est substantiuũ: ita ut si abfuisset participiũ, uix tolerabile fuerit futurũ: quale Boëthij, Solantur mœsti nũc mea fata senis. Quintilianus etiã solet omittere pnomẽ: ut, Accepi fateor illũ, qui solutus quoq; nõ sequebatur, quẽ nõ gaudium redẽptionis, non lætitia prælati, nõ hortantis erexit patris amplexus.

Declam.5. Et in eodem lib. Rus, seruulos, penates, et omnia utiliora properãti festinatione parẽtis addixi. Omisit Sui: ut esset Nõ lætitia sui prælati. & Meus: ut esset, Nõ meus hortantis amplexus. Et iterum Mea, ut esset quoq;, Festinatione mea parentis. Poëtæ etiã frequenter. Ouid. Heroidum:

Epist. penel. ad Vlyss.

Deniq; quisquis erat castris iugulatus Achiuis,
Frigidius glacie pectus amantis erat.

Id est, meum amantis. Idem:

Epist. Phyl. ad Demoph.

Illa meis oculi species abeuntis inhæret,
Quum premeret portus Classis itura meos.
Ausus es amplecti, colloq; infusus amantis,
Oscula per longas iungere pressa moras. Id est, tua abeũtis, & meo amãtis. Idẽ in eodẽ opere, sed inusitatius:

Epist. Oeno. ad Parid.

Et flesti, & nostros uidisti flentis ocellos.

Nostros dixit pro meos, & Flentis pro flentiũ. Est enim illud flentis genitiuus singul. nõ accusatiuus plural. quod accẽtus probat, cùm tales accusatiui habeãt ultimã longã quæ hîc nõ est. Hoc dixi, quia quidã hunc locũ exponunt per accusatiuũ. Illa diuersitas numerorũ, Meos, siue Nostros amãtis, uix alij, quàm poëtæ permissa est. Postremò hæc pronomina, siue in primitiuorũ genitiuis, siue in possessiua uoce, ut dixi, maximè gaudent illis tribus, Vnius, Solius, Ipsius quorũ multa exẽpla iam protuli. Nec ab re fuerit, sicut Vnius, ita Duorũ, Triũ, Quatuor posse dici. Itẽ Omniũ, Cuiusq;, Pluriũ, & si qua sunt adhuc: ut Vestram duorũ, uel Vestrã triũ, uel Vestrã omniũ operã desidero, pro Vestrũ. Cic. de Orat. li. III. Sed uoluntati uestræ omniũ parui. Cuiusq;, aptius cũ pnomine sui, siue suus cõiũgitur: ut, Vellẽ nosse, quæ sit sua cuiusq; sentẽtia: non Sui cuiusq;. Brut. ad Cic. Qui uestris paucorũ respõdeat laudibus. p uestrũ. Verũ iã huic quæstiõi finẽ ĩponamus.

De Meme, Tete, Tutu, Sese. CAP. II.

EAdem ferè hæc tria pronomina geminari etiã solent: priora quidem per figuram Meme, Tete: tertium sine figura. Vergilius in nono.

Meme, adsum q feci, in me cõuertite ferrũ O Rutuli.
Et in XII. – Meme duce ferrum Corripite ò Rutuli.

In eodem: Verte omnes tete in facies. Sed hoc uideri potest esse sine figura. Nõ enim est ita acre, & ardens, ut apud Quint. Tete hoc loco mulier interrogo. In nominatiuo planè semp figuratũ est: ut Cic. in Anton. Tutu faces illas incendisti. Sese (ut dixi) nunquã figuratũ est: ut idẽ, Hic uiri fortißimi sanguine aspersus sceleratã gratulantibus manũ porrigẽs, in templũ Iouis cõtulit sese. id est, se. Declam. 2.

De Nostras, Vestras, & Cuias. CAP. III.

NOstras, Vestras, & Cuias, nõ tantùm patriã nationemq; innuũt, sed etiã partes, & quasi sectã: ut, Vestrates philosophi non sunt ita populares, & fauorabiles, ut nostrates, qui ab Epicuri schola prodierũt. Et, Cuiates philosophi uos estis? Stoici'ne, an Academici, an Peripatetici, an nostrates Epicurei? Cic. Putares'ne unquam accidere posse, ut mihi uerba deessent, nõ solùm ista uestratia oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? Epi. 10. lib. 1. epist. fam.

De Iste, & Ille. CAP. IIII.

ISte, & Ille (si audire Priscianũ uolumus) hoc differũt, quòd Iste spatio propinquiore, Ille autẽ lõgiore intelligitur: cuius autoritas plurimos in errorẽ induxit, qui pro Istud, dicunt Illud: ueluti si ad hominem longè positũ scribas, si quid noui in illa urbe est, mihi notũ facias: ꝑ eo, qđ est, In ista urbe. Quod non mediocre peccatũ est. Nam de me loquens dicere debeo, Hoc caput, hæc manus, hæc ciuitas: de te uerò, Istud caput, ista manus, ista ciuitas: de Prisc. lib. 17.

tertia autẽ persona Illud caput, illa manus, illa ciuitas. Cic. in Ant. Remoue paulisper istos gladios. Et in eod. lib. Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tãtũ uini ĩ Hippiæ nuptijs exhauseras, ut tibi necesse esset in cõspectu pop. Rom. uomere postridie. Hoc est, istis tuis faucibus, istis tuis lateribus, ista tua firmitate. Vnde nascuntur aduerbia Isthic, Isthinc, Isthac, Isthuc,
Epid. 10. libr. 1. fam. *Istorsum, Istò. Vt idẽ ad Vale. iurisc. Qui isthinc huc ueniũt, partim te superbũ esse dicũt, &c. id est, Qui ab ista ꝓuincia, in qua agis, Huc. i. in Italiã, Romã'q; ueniũt. Aliquãdo tamẽ Iste accipitur ꝓ hic: ut idẽ, et in eũdẽ Anton. Cũ isto tẽpore stent cũ gladijs armati. Et Quint. Iuuenis iste, de quo summa in rebus humanis mõstra gignũtur. Et iterum: Iuuenis iste patris sui hæres solus inuentus est. Ille quoq; nõnunquã per dignitatẽ, aut per eminẽtiã ponitur, indicans esse, quod omnes debeãt nosse: ut, Alexander ille Magnus: Ille Censorius Cato: Architas ille Tarentinus.*

De Hic, Is, Idem, & Adhoc. CAP. V.

HIc, & Is habent potius illam (de qua modò memini) Prisciani differentiam, ut hic spatio propinquiore, Is uerò longiore intelligatur. Multis tamẽ in locis utrũq; locum habet: ut, Qui præfert uirtutem diuitijs, is sanè fortis est: uel, Hic sanè fortis est. Vel per compositionem: ut, Quæcunq; mulier adultera, eadem uenefica est. Et ferè per hæc duo pronomina licet sic loqui, nec per ulla alia, licet poëtæ utãtur Ille pro Is, quia amborum eadem penè significatio est. Vt Horat. de Arte poëtica:

Qui didicit, patriæ quid debeat, & quid amicis:
Quo sit amore parẽs, quo frater amandus, & hospes:
Quod sit conscripti, quod iudicis officium: quæ
Partes in bellum missi ducis: ille profectò

Reddere personæ scit conuenientia cuiq;.
Quare sanctis uiris à Græco trāsferentibus sic permittamus dicere: Nō qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quē Deus cōmendat. Possunt autē hæc eadem duo, de quibus loquor pronomina, & alio modo usurpari: ut, Alexander paruis copijs fretus, superauit Dariū cū infinito exercitu, & id in adolescentia: uel, Et hoc in adolescētia. Item & hoc modo: Pauca uestis, et ea detrita, & sordida. potius quā, Et hæc. Paucis nūmis superbit, nec ijs suis, sed aliūde corrogatis, potius quā, Ex his. Idē quod est ab Is compositū, quasi pro etiā poni solet: ut Cic. Et huic cōiuncta est beneficētia, quā candē uel benignitatē, uel liberalitatem appellari licet. id est, quā etiā. Quintil. Si causam ueneficij dicat adultera, nō M. Catonis dānata iudicio uidetur, qui nullā adulterā, non eandē esse ueneficam dicit. In hoc pronomine, Idē, annotaui quiddā dißimile ab Is: ibi potest addi copulatiua, hic nō potest: quod tamē affirmare nō ausim: ut, Quamcūq; in sedē migrat apiū rex, in eā & apes ipsæ comitantur. At si dicam, In eandem, tollam copulatiuam: sic, In eandem apes ipsæ comitantur. Nam Idem habet in se uelut uim copulatiuæ. Hoc positum cum præpositione Ad, significat prætereà: ut apud Sallustiū: Cognoueram paruis copijs bella gesta cum opulentis regibus, ad hoc sæpe fortunæ uiolentiam tolerasse, facundia Græcos, scientia belli Gallos ante Romanos fuisse. Cic. 1. de. Off

De præpositione Cum. CAP. VI.

CVm præpositio, per appositionē non iungitur rei no tanti instrumentū, sed comitē. Et hoc est quod Quintilianus ait: Vt quæramus nunquid apud nos sit uis quædā septimi casus, et apud Græcos sexti. Nā (inquit) quū dico, Hasta percußi, non utor ablatiui natura, nec si idē Græcè dicam, Lib. 1. cap. 7.

dicã, datiui τῷ δορί. Propter quod Seruius, & quidã alij planè affirmant esse septimũ casum. Quòd autẽ non utamur ablatiui natura, hanc causam existimo, quòd ablatiuus aut ui nominis regitur, aut ui uerbi, aut aduerbij, aut postremò intercedẽte præpositione, quorũ nihil hîc fit: nisi uolumus errorẽ quarũdã sequi, qui subintelligũt præpositionẽ Cũ. Et quomodo subintelligi potest, quæ ne poni quidem potest? Nã, Percußi cũ hasta, inauditũ est: instrumentum enim percußionis hasta est. Peccauitq; nõ incelebris huius ætatis uir, qui scripsit: Gladiũ, qui cũ se percusserat eduxit. Percußit igitur gladio: nõ, cum gladio. Impuli te pugno: nõ, cũ pugno. Video te oculis: nõ, cũ oculis. Tãgo te manu: nõ, cũ manu. Deleuit epistolã lacrymis: Abstersit sordes aqua: Siccauit cretã, liquefecitq; cerã igni: non autem, cũ lacrymis, cũ aqua, cum igni. Sed hoc fefellit, quòd aliquãdo illa Præpositio uideri poßit iũcta nomini instrumentũ significanti: ut, Acceptus est à nobis cũ honore. Magna cũ beneuolẽtia scripsit. Cũ mira affabilitate me allocutus est. Cum dira truculẽtia me aspexit. Veruntamẽ hi ablatiui instrumẽtũ nõ significãt, sed comitẽ. Siquidẽ acceperũt me homines instrumẽto corporis, nõ honoris, sed honore comite. Scripsit ministerio manus, nõ beneuolẽtiæ sed hac socia. Allocutus est lingua operatrice, affabilitate præsenti. Et aspexit instrumẽto oculorũ truculẽtia suffusorũ, quæ nihil facit ad ipsam inspectionẽ, sed oculi. Sunt qui uelint Priscianũ sensisse Cum hasta percußi, dici posse, uel hanc præpositionẽ subintelligi: ego uerò affirmo neminẽ antiquorum neq; protulisse hanc, neq; subintellexisse.

De Circiter. CAP. VII.

Prisc. lib. 14. Circiter, Priscianus inquit, ad tẽpus solũ pertinet: ut, Circiter Calendas Ianuarias. Imò & quidẽ frequentius

tius ad numerum: ut, Circiter duûm millium militum: Circiter decẽ milliariorum. Sed aliquando etiam ad locum: ut Caßius Hemina, Lapidem fuiſſe quadratum circiter in media arce iunctum candelis quoquò uerſum.

De Verſus, & Vſque. CAP. VIII.

V*Erſus contra naturam præpoſitionis ſemper poſtponitur: ut, Italiam uerſus, Megaram uerſus. Liu. Duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam uerſus. Salluſt. Deinde Philenorũ aræ, quem locũ Aegyptum uerſus, finem imperij habuere Carthaginienſes. Cicero de Diuin. Qui cùm exercitu luſtrato Aretium uerſus caſtra mouiſſet. Surſum, ſiue Surſum uerſus, frequenter legimus. Nonnunquam dicitur Verſum, ſicut Aduerſum: nam ita Verſus, ſicut Aduerſus: Vnde Quoquò uerſus, & Vtrôque uerſus: id eſt, in unamquanq; partem, & quocunq;, et in utranq; partem. Et Deorſum uerſus. Atq; neſcio quomodo non reperio hãc inter præpoſitiones eſſe numeratam, an quia poſtponitur, & non præponitur? ne Tenus quidem præponi ſolet, de qua nunc dicam, & tamen eſt præpoſitio: an quia uice præpoſitionis nõ fungitur, quoties alia adeſt præpoſitio? ut, Ad occidẽtẽ uerſus: quod quidẽ modò aduerbium eſt: ut Vſq;: quæ & ipſa ſic aliquando in oratione collocatur: ut, Ad occidentẽ uſq;.* Sal. in Iugur.

De Tenus. CAP. IX.

T*Enus (ut dixi) ſemper poſtponitur, atq; in ſingulari ubiq; cũ ablat. ut, Hac tenus, Qua tenus, Verbo tenus, Capulo tenus: in plurali uerò cũ genit. etiã, nõ ſolùm cũ ablat. Sed quantùm ego ſentio, cũ genitiuo tũc aut neceſſariò, aut uenuſtius fit, præſertim more Græcorũ, cùm res eſt uel gemina, uel numero ſingulari carẽs. Neq; hoc apud poëtas modò, ſed etiam apud oratores. Vergilius,*

Later

Aeneid.10. -*Laterum tenus hispida nanti.* Et iterum:

Georg.3. *Et crurum tenus à mento palearia pendent.*

Quintilia.in XII. *Sed ille uir bonus, qui hæc nõ uocibus tantùm sibi nota, atq; nominibus, auriũ tenus in usum linguæ perceperit: sed qui uirtutes ipsas penitus mẽte complexus, ita sentiet.* Lib.8. *Cælius: Iam illi rumores de comitijs Transpadanorũ Cumarũ tenus caluerũt. Curtius: Pauci hostium tenus exacti penetrauere ad Porum cientem acerrimè pugnã. Est autẽ significatio usq; ad, Vmbilico tenus, usq; ad umbilicũ: Aethiopia tenus, Nilo tenus, usq; ad Aethiopiã, & Nilum. Aliquãdo etiam pro Nõ ultra: ut, Gessit consulatum titulo tenus: id est, nõ ultrà, quàm titulo: cuiusmodi nonnulla ex superioribus exẽplis sunt.*

De Pridie, & Postridie, aduerbiis. CAP. X.

PRidie, et Postridie, quẽadmodũ Tenus, genitiuo seruiunt, & nõnunquã etiam accus. ut, Pridie illius diei Postridie Nonarũ Decembrium. Cicer. ad Attic. Pridie compitalia memento. T. Liuius lib. VII. Etiam postridie Idus rebus diuinis supersederi iussum: ut postridie Calendas, ac Nonas eadem religio esset, traditum putant. Idem lib. XLVIII. Pridie Parilia medio ferme die atrox cum uẽto tẽpestas coorta. De quo uide plura in Nudiustertius

De Hei, Heu, Eheu, Væh: & Procul. CAP. XI.

HEi quoq;, & Heu simile quid obtinent: tamen alterũ datiuo, alterum accusatiuo iungitur: ut,

Verg. Aen. 2. *Hei mihi qualis erat, quãtùm mutatus ab illo Hectore.*

In Andr. Act. 4. scen. 1. *Teren. Heu me miserum.* Et ferè cum huiusmodi pronominibus: nã cum alio nomine frequẽtius per exprobrationem: ut Verg. Heu stirpem inuisam. Et Plin. li. VII. Heu dementiam ab his initijs existimãtium ad superbiã se genitos. Aliquãdo etiam cum nominatiuo: ut idem Vergilius,

Aeneid.7. Plin. lib 7. in procemio. Aeneid.6.

lius, Heu pietas, heu prisca fides. Terēt. in Adelphis: Heu misera. Illud uerò in psalmo: Heu mihi, q̄a incolatus meus prolōgatus est: nescio an uitio factū sit librariorum, quale illud in Euāgelio, Ascendit in arborē sycomorū, quia inde transiturus erat: quod scribendū est illhac. Et illud ad Romanos: Tu autē cū oleaster esses, insertus es: p̄ insitus. Et in Actis Apost. Egressi sumus foras portam iuxta flumē: pro extra portā. Eheu, nulli casui seruit. Verg. in Buc. Eheu quid uolui misero mihi? Væh quoq; datiuo. Martial. Eclog. 2.

Carpere causidicus fertur mea carmina: qui sit Lib. 5. epi. 24.

Nescio: si sciero, uæh tibi causidice. Hæc appelles licet siue aduerbia, siue interiectiones (nā hāc inter partes orationis nō numero) siue etiam præpositiones. Procul, apud quosdā casui seruit: ut apud Curtium, Procul urbē.

Quòd quædam comparatiua, & superlatiua aduerbia, seruiunt accusatiuo. CAP. XII.

Comparatiua aduerbia, & superlatiua, præter suā cōstructionē ablatiui, & genitiui (ut Scribo melius te, & optimè omniū) aliquando seruiunt accusatiuo: utiq; ea, quæ à præpositionibus ueniūt, illarū naturā seruātia. Cic. ad Octauium: Cum castra medio itinere longius aduersariorum castris, & propius urbem mouerentur. Idem ad Atticum: Tamen esse officiū meum putaui exercitum habere, quàm proximè hostē. Sallustius: Proximè Hispaniā Mauri sunt. Nec hæc regere possunt datiuum, ut Prisciano placet, quale uult esse, -Quū propius stabulis armēta tenerent. Datiuus hic nō regitur natura comparatiui, sed ipsius nominis: nō aliter, quàm si dicā, Nauigo te propinquius terræ. Et quoniā ipsa rei serie quædā de complexu orationis dicere incepimus, iā de hoc disseramus, simulq; de natura indeclinabiliū dictionū, quarundāq; aliarū: ab

Epist. 9. lib. 3. Epist. ad Q. frat. In Iugurt. Prisc. lib. 18. Verg. 1. Geor.

eo potißimum incipientes, quod huic loco ſimilimum eſt.

De O, uel prolata uel Omiſſa. CAP. XIII.

O Fortunati, quorum iam mœnia ſurgunt, Aeneas ait. Et alibi:

O` fortunatos nimium, bona ſi ſua norint, Agricolas. Hic accuſatiuus eſt, ibi uel nominatiuus, uel uocatiuus eſſe poteſt. His enim tribus caſibus indifferenter autores utuntur. Cic. O` uariã, uolucrẽq; fortunam. Neq; hoc in tertia perſona tantũ, ſed etiã in prima, & ſecũda: ut idẽ, O` me miſerum. O` te felicem. Etiam non appoſito pronomine: ut idem, O` miſerum, & deteſtabilem hominẽ, ſi hæc ignoras. Idem: O` te miſerum, O` te infelicẽ. Quæ exclamatio ad omnẽ affectũ conuenit uel miſerationis, uel indignationis. Simili modo in nominatiuo, & uocatiuo: ut idẽ, O` fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potißimũ reddita. Et iterũ, O` magna uis ueritatis, quæ cõtra omniũ ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas hominum inſidias ſemper ſe ipſa defendit. Idẽ: O` nox illa, quæ penè æternas huic urbi tenebras attuliſti. Et iterũ: O` Nonæ illæ Decẽbres, quæ me Cõſule fuiſtis. Aliquãdo ab illo ſuperſedemus, utiq; in re leuiore, neq; ita magni caloris: ut, Indignũ facinus, &, Hominẽ nequã, qui nõ dubitaret uel in foro alea ludere, uel cũ lege de alea condẽnatis. Ciceronis uerba ſunt in Antonium. Et Plin. Iunior ad Octauiũ: Epiſt. 10. li. 2. Hominẽ te patiẽtem, uel potius durũ, ac penè crudelẽ, qui tã inſignes libros tãdiu teneas. Quòd ſi excãdeſceremus, dicendum eſſet, O` hominẽ nequã: &, ò hominẽ patientẽ. Aut ſine indignatiõe: ut apud Val. Maximũ lib. III. Sed mihi uti iſta cõditiõe uitæ nõ eſt opus, ſine ullis imaginib⁹ nobilẽ animũ. Aliquãtò hoc remißius eſt, quàm ſi dixiſſet ò animũ ſine ullis imaginibus nobilem, id eſt, ſine maiorũ

nobilit

nobilitate nobilem. Ideoq; Terentius leuioris caloris interiectione usus est: Hui, tam graueis rastros quæso? Sed hoc simule eius speciei, cuius mentionem modò faciam. In Heauton. act.1.sce.1.

De Me, cum infinitiuo, & accusatiuo. CAP. XIIII.

ME'ne incepto desistere uictam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Verg.1.Aen.
Et iterum: Me'ne Iliacis occumbere campis
Non potuisse? tuaq; animã hanc effundere dextra? Hæc *Vergilius.* Ad *Terẽtiã autem Cicero: Me'ne miserum in tantas te calamitates mea culpa incidisse? Et iterũ in Bruto: Tum Brutus admiratus, tantam'ne fuisse obliuionẽ inquit, in scripto præsertim, ut ne legẽs quidẽ senserit, quantum flagitij cõmisisset? In his omnibus placet mihi subintelligi, uerène ita est, me non posse auertere Italia regẽ Teucrorum? & cætera. Plinius Iunior ad Adrianum: Hominem'ne Romanum tam Græcè loqui? id est, uerène ita est? uel oportuit'ne, siue oportet? Terẽtius in Andria: Seruo'n' fortunas meas me commisisse futili?* Hæc Ciceronis ad Terentiã verba aliter in emendatis Cic. exẽ plaribus legũtur. vide epis. 1. lib. 14 fam. Epist.3.lib.4. Act.3.sce.5.

De En, & Ecce, suisque compositis. CAP. XV.

EN, & Ecce in eadem penè significatione amant nominatiuum, & accusatiuũ: apud Comicos uerò Hẽ pro En, affectui seruiens, quo oratores nõ utuntur: queadmodum nec Ast, pro At, quod est Poëtarũ, syllabam illã breuem interiectione s, longam facientiũ. Adiungitur autẽ En nominatiuo, pariter & accusatiuo, tum indicãdo, tum exprobrãdo. Indicando, Verg. En Priamus, sunt hic etiã sua præmia laudi. Exprobrãdo, En agros, et quã bello Troiane petisti Hesperiam, metire iacẽs. Seneca in Agamemn. En Paridis hostem. Iuuenalis Satyr.11. Aeneid.1. Aeneid.12.

En habitum, quo te leges, & iura ferentem
Montanum positis audiret uulgus aratris.

Oratores sæpius exprobrãdo, & sæpius per nominatiuũ. Quintilianus, En improbitas. Cicer. En crimẽ, en cã cur regẽ fugitiuus, dominũ seruus accuset. Ecce similiter cum utroq; casu iungitur: ut idẽ, Ecce tibi status noster. Cũ accusatiuo autẽ non memini me apud oratores legisse, sed ne

Act.2.sce.3. apud poëtas quidẽ. Nã illud apud Terentiũ in Eunucho, Ecce aũt alterũ nescio quid de amore loquitur: Alter scribi debet, nõ alterũ, Donato quoq; probãte: Sed demus aliquando reperiri, ut semel apud Plaut. in Bacchidibus, Opus'ne erit tibi aduocato tristi, iracũdo? Ecce me. Eccũ, Eccã, Eccos, Eccas, Ellũ, Ellã, Ellos, Ellas, ab ecce cõposita sunt, & secũ uidẽtur gerere casum, sed nõ gerunt: quæ

Prisc.lib.12. Priscianus ita resoluit, Ecce eũ, ecce eã, ecce eos, ecce eas: ecce illũ, ecce illã, ecce illos, ecce illas, Sergius quoq; cõmẽtans Donatũ ait, Nihil significat ellũ, nisi ecce illum. Pauloq; pòst: Quum ergo ellũ sit ecce illũ, & ellã ecce illam, nihil possumus dicere, nisi magis demõstratiuè. Sed pace Prisciani, Sergijq;, & aliorũ, hoc nec uerũ, nec cõueniẽs significatũ est. Nam inter Ecce eũ, & Ecce illũ, quid interest? Potius dicendũ erat: Eccum, ecce hunc: Eccos, ecce hos, de quibus agimus. Talis erat cõueniẽtior interpretatio, sed quæ nec uera foret. Resoluũtur enim hæc p aduerbia, nõ p pronomina: Eccũ ecce hìc, subintellige uirũ, de quo agebamus. Eccã, ecce hìc, subĩtellige fœminã, de qua mẽtio erat. Ellũ, Ellam, ecce illic uirũ, fœminam'ue, subintellige, de quo, de qua'ue agebatur. Nã ut de homine q ante conspectũ nostrum adest, rectè dicas, Ecce ille, uel ecce ego, siue ecce illũ, uel ecce me: ita male loquaris, Ellũ hominem, uel ellũ me: & rursum de longè posito, Eccum. Te-

In Eunuch. act.2 sce.3. rent. Eccum Parmenonem: & eccum me. nempe nõ Ecce eũ Permenomẽ, quasi aliquis alius sit præter hũc Parmenonem:

nonem: Et *Ecce eum me, quem me, & quem eum quæris.* Plaut. *in* Menæh. *Atq; eccam.* Et *in* Mercatore, Ecce illũ *uideto.* E*ccum ergo* Parmenonẽ:*id est,ecce hic* Parmenonem:*&* Eccũ *me:id est,ecce hic me.* Et Ellũ Parmenonẽ *dicentes,nõ sic loquimur,quasi de parũ noto,ut solemus, quũ dicimus,*Ecce ille Parmeno,*quasi ille tibi ĩcognitus, sed auditus.*Ellũ *igitur* Parmenonem *significat, ecce illic* Parmeno,*siue* Parmenonẽ.Sed *an poßit ecce habere accusatiuũ,non antè indubitatum habebo,quàm exemplum ui dero,nisi illud tale sit apud* Vergil. –E*n quatuor aras.* Eclog.5.

E*cce duas tibi* Dephni,*duoq; altaria* Phœbo:
Pocula bina nouo spumantia lacte quotannis,
Craterasq; duos statuã tibi pinguis oliui. Sed *de prosa magis dubitare me dico.*

De Age,Agite,& Agedum. CAP. XVI.

AGe *singularẽ numerum desiderat,* Agite *pluralem:* Agedum *uerò non singularem tantùm,sed etiã pluralem.*Neq; *id modò in carmine:ut* Propert. Vos *agedũ.sed etiã in prosa:ut* Quintil. A*gedũ(si uidetur) extra portas prospicite squallida arua, & spinis obsitas segetes,& semesos arborũ truncos.*Cicero: A*gedum conferte nũc cum illis uitam* P. Syllæ,*uobis, populoq;* R*omano notißimam.* Declam.12.

De An,& Aut,Ne,Vel,Ve,& eorum compositis. CAP. XVII.

AN,*&* Aut,*cõiũctiones sunt,* Quintilianus*inquit,male tamen interroges* Hic *aut ille sit.*Nos *quũ talẽ,tantumq; autorẽ habeamus,tamen pleriq; multis iam seculis peccauerũt,ac peccant:quod grande flagitiũ est.* Sed *duæ causæ eos decipiũt.*Ferè *enim numquã decipimur nisi mendaci quadã specie ueritatis:& (ut inquit* Horatius) Deci- Verba Quintiliani. libr.1. ca.9.

Horat. in Arte poëtica.

pimur specie recti. Vna, quòd interpretãtes è Græco nõ reperimus hanc apud illos differentiã. Quippe quũ Græci unã tantùm habeãt utriq; nostrarum respondentem, putant pro una uoce Græca, unã Latinã posse sufficere. Altera, quòd reperiunt apud nos in interrogando, Aut. Et primæ quidem opinioni hoc respõsum sit, eos malè mereri de lingua Latina, qui dimidiũ uerborum fastidiunt. Nã plerinq; utũtur Aut, more Græcorũ, & interrogando, & sine interrogatione: An, omnino relinquẽtes. Sequẽti (quod tamẽ caput huius erroris est) ita respõdemus: Si paulò diligẽtius aduertissent, nõ in Aut, sed in An, interrogationẽ consistere deprehẽdissent: ut apud Ciceronẽ, An uerò Romulus ille aut pastores, aut cõuenas cõgregasse, aut Sabinorum connubia coniunxisse, aut finitimorũ uim repreßisse eloquentia uidetur? Non est hîc multiplex interrogatio, quasi de horũ singulis interrogaretur, sed duplex: sic, Nũquid Romulus hæc oĩa fecit eloquẽtia? Hæc una pars est interrogationis. Supple, an nõ fecit? et hæc erit altera pars. Item: Es tu Stoicus, aut Epicureus, aut Peripateticus, aut Academicus? Hæc ĩterrogatio & bene dici põt, & male. Nã si nõ cõstet ĩterrogãti te esse philosophũ, bene ĩterrogauit, supplẽdaq; est duplex, An: sic, Es'ne tu Stoicus, aut Epicureus, & cætera, an non? Sin cõstet illi te esse philosophũ ex aliqua illarũ sectarũ, sed cuius sis ignorãs, de ipsa interroget, male quæsiuit, cũ An, nõ Aut, dicẽdũ fuerit: et ubi nos modò posuimus duplex an omittendũ sit: sic, Es tu Stoicus, an Epicureus, an Peripateticus, An Academicus? quæ interrogatio põt tẽdi in infinitũ. Illa uerò semp est duplex, hîc ad singulas particulas binæ ĩterrogatiões sũt, ibi ĩ uniuersum duæ. Quũ enim quæro, An Stoicus, subintelligitur altera interrogatio ediuerso: sic, An non. Itẽ, Es'ne

Epicur

Epicureus, an non? Es'ne Peripateticus, an nō? Es'ne Academicus, an non? Afferamus aliud apertius exemplū. An est hic illo nobilior? an plus pro salute mea laborauit? an cui homines magis cupiāt? an formosior, & magis dignus, cui filiā meā collocē? Hic octo interrogationes sunt, quia octies interrogatio repetitur. Ibi semper duæ, quia bis semper repetitur. Ex quo patet nō esse interrogationē in Aut, sed in An. Interrogationē inquā contrariorum: qualis est illa, Quid dicā? aut quid nō dicā? Inter hæc non ambigimus, sed ipsa ambo simul ambigimus. Secus in illo, Abeā, an maneā? De duobus ita quæro, ut utrū mihi faciendū, & utrū nō faciendū sit, dubitem. Ideoq; nō solùm interrogādo, sed citra interrogationē quoq; utimur An, ubicunque aliquid contrarietatis inest: ut, Dubito an uiuat pater, an mortuus sit, et in maiori numero, Nescio an pater Romæ sit, an ualeat, an uiuat, an uēturus ad me sit. Muta uerbū dubitationis, et insciētiæ, in dissimile aliud uerbū: sic, Scio an pater uiuat, an mortuus sit, malè locutus es: bene autē, nescio an pater uiuat, an mortuus sit. Itaq; uerbis huiusmodi dubitationis, & insciētiæ damus subiunctiuū cū An: uerbis uerò opinionis, & scientiæ indicatiuū cū Quòd, et Aut: sic, Opinor quòd pater aut mortuus est, aut grauiter ægrotat. Quod præceptū est de An, hoc quoq; sit de Ne, quæ plerūq; una solaq;, & semper in parte prima collocatur: ut, Bonus'ne uir est, an malus? Aliquando cū socia, sed id sæpius apud poëtas: ut Verg. in primo libro Aeneid.

Qui teneant (nam inculta uidet) homines'ne, feræ'ne,
Quærere constituit, socijsq; exacta referre.

Sæpe hoc modo, Illhuc cā, nec'ne, ignoro, hoc est dubitatiuè. Interrogatiuè quoq;: ut ꝑ Flacco Cicero, Vtrū uultis prætori Flacco licuisse nec'ne? id est, licuisse an non? Qui-

dam superuacuè addũt alterum An: sic, Nescio an bene faciam nec'ne. Atq; ut ostendi quosdam errare in Aut, non uidẽtes in quo differat ab An, ita quidam faciũt in Vel, putantes poni pro An: id est, interrogatiuè, uel dubitatiuè, siue ignoratiuè: ut, Istud est aurũ, uel orichalcum? nescio sit aurũ, uel orichalcum: imò scis, quòd est aurũ, uel orichalcum. Et neuter uestrũ dubitat, quòd uel hoc, uel illud est: sed nescitis an hoc, an illud sit. Ideoq; & tu interroga, aurum ne sit, an orichalcum: & tu responde, quòd nescis an sit hoc, an illud. Illud aũt, qđ est apud Quintilianũ: Quærendum'q; arbitrantur, iustum'ne sit sacrilegium appellari, quod obijciatur, uel furtum, uel amentiam: potest quibusdam mouere dubitationẽ, quasi in re dubia loquamur per Vel, atq; ideo ipsum misceamus cum Ne, siue An. In quo minimè dubitandum nobis est. Talis enim ibi locutio est: Quærendum'q; arbitrantur, Iustum'ne sit appellari aliquid nomine sacrilegij, an non: uel iustum sit aliquid appellari furtum, an non: uel, aliquid sit iustum appellari amentiam, an non. Ve magis accedit ad Vel, quàm ad An: ut, Duobus, tribus'ue mensibus: id est, duobus, uel tribus mẽsibus. Raroq; reperitur geminatũ, nisi adiuncta Si: ut, Siue hoc, siue illud: aut adiuncta Ne, pro ut non: apud eundem, Cauendũ etiam, ne'ue sit maior translatio, quàm oporteat, ne'ue (quod sæpe accidit) minor, ne'ue dißimilis. Cicero: Ita iungetis, ut ne'ue asperè concurrant, ne'ue uastius diducantur. Lucanus sine compositione aliqua:

De Oratore. Lib. I.

Nec quenquam iam ferre potest Cæsar'ue priorem,
Pompeius'ue parẽ, id est, nõ potest iã, aut Cæsar superiorẽ ferre, aut Pompeius parem. An & Ne, coniungi solent pro An, qđ magis poëticũ est: ut apud æmulos Verg.
Dic mihi Damœta, cuium pecus, an'ne Latinum.

Illud

Illud Ciceronis multi ita legũt: Quo mihi etiã indignius uidetur obtrectatum esse, Gabinio dicã, an'ne Pompeio, an'ne utriq;? id quod est uerius. Sine interrogatione durũ uidetur: ut Verg. — *Vrbes'ne inuisere Cæsar.* Georg.1.

An Deus immensi uenias maris, ac tua nautæ, &c.
An'ne nouum tardis sidus te mensibus addas?

Ideo dixi durũ, quia per interrogationẽ quiddã urgẽtius, & instantius est in hac geminatione An'ne, q̃ in illa simplicitate An, quod hic nõ fit, ut ex alijs cõpositis elucebit:

Non'ne fuit satius tristes Amaryllidis iras, Verg. eclo.2.
Atq; superba pati fastidia? non'ne Menalcam?
Non'ne ego te uidi Damonis (pessime) caprum Verg.3. eclo.
Excipere insidijs? In hac interrogatione nõ id agitur, ut respondeas nescienti, sed cogaris assentiri scienti. Nec alia uis orationis est, quàm si diceres, An non, quod magis urget, quàm solum Non: licet & hoc solum pro illo cõposito accipi soleat. Alia cõposita (si modò composita sunt) hæc sunt: Ita'ne: Ergo'ne: quæ interrogãdo responsionem non poscunt, sed assensum extorquent.

De Nedum, & Non solum, Non modò, & non tantum, CAP. XVIII.

NEdum, duobus modis periti uti solent. Vno modo cũ utranq; sententiã eodẽ claudimus uerbo: altero, quũ suum utriq; sententiæ uerbũ damus. Primo modo sic: Funderem pro te sanguinem, nedũ pecuniã. Secundo sic: Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniã tibi crederẽ: & hoc affirmatiuè. Negatiuè sic: Non perderem pro te obolum, nedum sanguinem. Item, Non crederem tibi obolum, nedum pro te funderem sanguinem. Atq; in affirmãdo, id quod plus est, maiorisq; momẽti in prima parte est ponendum: in negando, id quod minoris, Plus est, & magis mo-

mentosum, fundere sanguinem, quàm pecuniam: & minus est, & leuius, perdere, aut credere obolũ, quàm perdere, aut fundere sanguinem. Imperiti uerò hanc dictionẽ accipiunt pro Non solùm, sic dicentes: Nedum laborem pro te susciperem, sed etiã mortem, quod sic dicendum erat, Mortem pro te suscipere, nedum laborem. Aut per non solùm, (nam cõtrarius modus est per Non solùm, & Non modò, ei qui est per Nedũ) sic, ne priora exempla cõmutemus: Non solùm pecuniã pro te funderẽ, sed etiam sanguinem. Item, Non modò pecuniã tibi crederẽ, uerum etiam sanguinem pro te funderẽ, hoc affirmatiuè. Rursus negatiuè, Nõ modò pro te sanguinẽ non perderem, sed nec pecuniã. Item, Non tantùm pro te sanguinem nõ funderem, uerùm ne obolum quidem tibi crederem. Hæc igitur differentia est inter Nedum, & Non solùm, siue Non modò, siue Non tantùm. Aliquando tamen reperimus hoc posterius penè pro Nedũ accipi. Cic. in lib. de Offic. III. *Huic igitur uiro bono, quẽ Fimbria etiam, nõ modò Socrates nouerat, nullo modo uideri potest quicquam esse utile, quod nõ sit honestũ.* Possemus dicere hic pro, Nõ modò Socrates nouerat, Nedũ Socrates. Sed Nedum auget, præpolletq; alteri parti, cui adiungitur: Nõ modò autẽ æquiparat. Ideoq; puto Ciceronẽ uoluisse æquare Fimbriam Romanũ Socrati Græco, dixisseq; illud Non modò, sicut in quibusdam alijs exemplis: ut in ijsdẽ Officijs: *Ad quod est adhibenda actio quædam, nõ solùm mentis agitatio.* Et pro Plancio: *Plura ne dicã, tuæ me lacrymæ impediunt, uestræq; iudices, non solùm meæ.* Hîc nõ ausim pro Non solùm, dicere Nedum.

De Nisi. CAP. XIX.

NIsi, quoties principiũ sentẽtiæ est, indicatiuum desiderat, aliâs etiã subiunctiuum. Cic. pro Milone: *Nisi*

forte

forte putamus demente P. Scipionem Africanu fuisse, qui quu per seditione à C. Carbone interrogaretur, quid de Tiberij Gracchi morte sentiret, respōdit, iure sibi cæsum uideri. Et Quītilianus: Nisi forte īperatorē quis idoneū credit, in prælijs quidē strenuū, & fortem, & omnium quæ pugna poscit artificē, sed neq; delectus agere, nec copias cōtrahere, atq; instruere, nec prospicere cōmeatus, nec locum capere castris scientē. Præter principia autem sententiarum, sic: Vapulabis, nisi caues: uel, nisi caueas. In illo superiore, nisi adest uerbum principale, hic non adest.

De coniunctione Quòd. CAP. XX.

QVòd scribas gaudeo: et, Quòd scribis gaudeo: utroq; mō dicitur. Volo quòd scribas: nō autē, quòd scribis. Illius supioris hæc similia sunt, Credo, Opinor, Puto, Lætor, Voluptatem capio, & reliqua. Huius posterioris hæc, Mādo, Iubeo, Impero, Exigo, Postulo, et reliqua. In illo tamē supiore cauēdū est, ne diuersorū modorū uerba copulemus: quale foret illud Terētij, qđ nōnulli sic legūt: An quòd uiā ignorāt, an quòd iter perferre nequeant? Cū sit dicēdū aut sic: An quòd uiam ignorēt, an quòd iter perferre nequeāt? aut sic, An quòd uiā ignorant, an quòd iter perferre nequeūt? Cui simile illud aliud est apud eundem: -Nihil quum est, nihil desit tamen. quū sit potius legendū Desit, nō desit, ut bonis autoribus placet. Et ī proœmio Ciceronis ad Herenniū sic quidā legunt: Etsi negotijs familiaribus īpediti, uix satis otiū studio suppeditare possimus, & idipsum quod datur otij, libētius in philosophia consumere cōsueuimus. quum sit potius legēdum Possumus, ut modi cōcordēt, qui copula media coniungūtur: quanquàm & sonus ipse, utpote in cursu medio periodi, conueniētior est in possumus, quàm in possimus. Est etiā alia causa, cur Terent. in Eunuch. act. 2. scc. 2.

hoc

hoc non liceat, quam modò subiungam.

De Etsi, Quanquàm, Quamuis, & Licet. CAP. XXI.

ETsi, Quanquàm, Quãuis, Licet, eiusdẽ significationis sunt, aliquid in utendo discriminis habentia. Nam maior quædã dignitas data est primis duobus, quæ sem̃p adsciscũt sibi indicatiuũ duntaxat, in principio statim orationũ, epistolarũ, librorum. Alia duo in hoc loco, rarò: in cæteris, omnia indiffrẽter. Cicero in oratione p̃ Milone: Etsi uereor iudices. Et ĩ epistola ad Atticũ: Etsi nihil noui afferebatur. Et in opere ad Herenniũ: Etsi negotijs familiaribus impediti uix satis otium studio suppeditare possumus, & id ipsum quod datur otij libentius in philosophia consumere cõsueuimus. Quintilianus in declamatione de corpore proiecto: Etsi iudices in hac asperrima conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo propè mortaliũ impune uiuit, hæc omnibus natura est, ut sua cuiq; calamitas præcipue misera, atq; intolerãda uideatur. Cicero p̃ lege Manilia: Quãquàm freq̃uẽs cõspectus uester mihi multò iucundißimus, hic autẽ locus ad dicendũ amplißimus, ad agendum ornatißimus est uisus Quirites. Idẽ de Officijs: Quanquàm te Marce fili annum iam audientem Cratippũ, idq; Athenis, abundare oportet præceptis, institutisq; philosophiæ. Lactantius tamen secundum librũ de Institutione sic incipit: Quãquàm libro primo religiones deorũ falsas esse monstrauerim. Alia duo magis postulãt subiunctiuum, nonnunquam tamen & indicatiuum, ut dixi. Vt apud Horatium sic quædam epistola incipit:

In prin.

Declam. 6.

In prin.

Epist. 18. li. 1. Quamuis Scæua satis per te tibi consulis, & scis.

Declam. 5. Et Apud Quintilianũ declamatio: Quãuis iudices in tanta malorum cõtinuatione iam poteram nihil ex accidẽtiũ meorum nouitate mirari. In alijs partibus, quàm in principijs

cipijs parē omnia hæc locum ſortiuntur. Habent *& hoc differentiæ duo priora à duobus poſterioribus, ꝙ illa aliquando codē modo, quem de niſi oſtendimus, à nullo dependēt.* Cicero pro Marcello: *Quid enim eſt omnino hoc ipſum diu, in quo eſt aliquid extremum? quod quū uenit, omnis uoluptas præterita pro nihilo eſt, quia nulla eſt futura: quanquàm iſte tuus animus nunquā his anguſtijs, quas natura dedit nobis ad uiuendū, cōtentus fuit, ſemperq́; immortalitatis amore flagrauit.* Nec uerò *hæc tua uita dicēda eſt, quæ corpore & ſpiritu continetur.* Hoc *fit acrius p interrogationē, ac ſublimius: ut (ne ſi alia exēpla afferā, longior ſim) ſi dicamus hoc idē ſic:* Quanquàm *quis ignorat iſtū tuum animum nūquàm his anguſtiis, quas natura ad uiuendum nobis dedit, fuiſſe cōtentū, ſemperq́; immortalitatis amore flagraſſe?* De Etſi, ſiue Tametſi *(idē enim ſunt) & apud eundē, & apud alios reperiēda relinquimus exēpla huiuſmodi, licet pauciora.* Vnū *ex* Plinio *ſatis ſit, ad* Cornelium Priſcum: Dedit *enim mihi quantum maximū potuit, daturus amplius, ſi potuiſſet: tametſi quid homini dari poteſt maius, quàm gloria, laus, & æternitas?* Hîc *non poſſis ponere* Licet, *& quamuis.* Epiſt. vlt. li. 3.

De Cùm, & Tum. CAP. XXII.

CV'm, *&* Tum *indicatiuum ferè poſtulant.* Eſt *aūt in* Cùm *quiddam minus, in tum quiddam maius.* Et *hoc duobus modis, ut aut generale aliqd præcedat, ſpeciale ſequatur: aut ambo ſint ſpecialia.* Prio mō *ſic, ut apud* Quintilianū: Quod *cùm omnibus cōfitendū eſt, tum nobis præcipuè, qui rationē dicēdi à bono uiro nō ſeparamus. id eſt, omnibus multū, mihi uerò maximè.* Altero *modo apud eūdem:* Quod *opus* Marcelle Victori *tibi dicamus: quē cùm amiciſſimum nobis, tum eximio literarū amore flagrantē,* In præfatione libri primi

digni

dignißimũ hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus. id est, multùm propter amorẽ tuum in nos, plus tamen propter amorẽ in literas. Vix aliter reperias, quale est Ciceronis in Verrẽ actione prima: Factũ est uti, cũ summum in ueteribus patronis multis, tum nonnullũ etiam in me præsidiũ suis fortunis constitutũ esse arbitrarẽtur. Sed hoc loco adiectiua sunt, quæ distinguãt illud plus, & illud minus. In cæteris locis ferè adiectiua nõ adhibẽtur, qualia nunc sunt Summum, & Nõnullũ. Rarò autẽ alius modus quàm indicatiuus cõuenit, quale fuit proximũ exemplum.
Cap.I. Idem Quintilianus in secũdo: Quid aũt est ex his, de quibus suprà dixi, quod non cũ in alia, quæ sunt rhetorũ propria, tũ certè in istud iudiciale causæ genus ĩcidat? Cicero
Epist.2.li.2. ad Curionẽ: Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarißimo uiro, qui cũ suis uirtutibus, tũ uerò te filio superasset omnium fortunas, si ei cõtigisset, ut te antè uideret, quã uita decederet. Nũquã hoc fit nisi sub uno uerbo: quod siquãdo sub duobus fieret, nunquã tamen in diuersis uerborũ modis, diuersis'ue temporibus, ut fecit Boëthius in prĩcipio tertij (ut reor) de dialectica libri: Cũ in omnibus philosophiæ disciplinis ediscendis, atq; tractãdis, summũ in uita positũ solamẽ existimẽ, tũ iucundius, & ueluti cum quodã fructu etiã laboris arripio, quæ tecum cõmunicanda compono. Nisi fortè putamus hoc eodẽ modo pro Deiotaro incepisse Ciceronem: Cùm in omnibus causis grauioribus, C. Cæsar, initio dicendi cõmoueri soleã uehemẽtius, quàm uel usus, uel ætas mea uidetur postulare, tum in hac ita me multa perturbãt. Tamẽ dicitur, nõ Tum: respondet enim ad illud Cũ, pro quãuis: ut alio idẽ in loco: Satis'ne cõstanter facere uideamur, qui cũ præcipi nihil posse dicamus, tamẽ & alijs de rebus disserere soleamus,

mus, & in hoc ipso tẽpore præcepta officij prosequamur? Cùm scilicet pro quãuis: aut si scribitur Tum, non Tamẽ, scribendum etiam erit soleo, non solcam: quale est illud in proœmio quarti libri Tusculanarũ quæstionũ: Cùm multis locis nostrorũ hominũ ingenia, uirtutesq; Brute soleo mirari, tũ maximè in his studijs, quæ serò admodũ expetita in hanc ciuitatẽ è Græcia transtulerunt. Idem autor opus de Natura deorũ sic inchoat, quod quidã deprauare solẽt, dicẽtes Sint, pro sunt: Cùm multæ res ĩ philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum per difficilis Brute (qd' tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorũ. Priscianus quoq; uix grãmaticè locutus est in proœmio magni operis, et quidẽ in prima dictione, atq; adeò in prima syllaba, dicẽs: Cùm omnis eloquentiæ doctrinã, & omne studiorũ genus sapientiæ luce præfulgens à Græcorum fontibus deriuatũ, Latinos proprio sermone inuenio celebrasse, & cætera, quæ tanta sunt præcedẽtia uerbum principale, ut non modò Demosthenes, qui cõtenta uoce, et uno spiritu cõplures uersus pronũtiabat, aut Hercules, qui sine respiratione unũ stadiũ decurrebat, sed ne Nouellus quidẽ Torquatus Mediolanẽsis, qui uno spiritu tres uini congios siccabat, posset, illã sententiã, atq; periodum una uocis cõtentione pronũtiare. Tandem uerbum principale subiũgit: Conatus sum pro uiribus rem arduã quidẽ, sed officio professionis nõ indebitã suprà nominatorũ uirorũ præcepta, quæ cõgrua sunt mihi uisa, in Latinũ transferre sermonẽ. Cùm inueniam, erat dicendum: aut, Quoniã inuenio. Sed ad Tũ reuertamur, quod sæpe sine Cùm ponitur geminatum, triplicatum, & in quamuis longum multiplicatũ. Sed quãtùm ego sentio, in rebus paribus: ut Quintil. Nec indignetur Herodotus æquari sibi Titũ Liuium Lib. 10. cap. 1.

uium, tum in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq́; candoris, tum in cōcionibus, suprà quàm enarrari potest, eloquentem, ita dicuntur omnia tum rebus, tum personis accommodata. Taceo de eo modo quando accipitur pro aliquando: *ut, Tum hoc, tum illud dicas: id est, aliquādo hoc, aliquando illud: uel, modò hoc, modò illud.*

De Quidem. CAP. XXIII.

QVidem, duobus, tribus'ue modis accipi solet. Vno modo ad distinguēdas res, quod apud Græcos penè nimis fit sæpe: ut, Vnus qdē sic, alius autē sic. Ego quidē Romæ sum, tu uerò Athenis, frater autē Alexandriæ. Altero autē quasi per exceptionē illius quod affirmes: ut apud Marcū Fab. Torquebis quidē filiū, sed fatebitur mater. Adeo ut apud hunc, & M. Tulliū, nunquàm coniungātur Quidē, & Ille, quin huiusmodi sequatur exceptio: ut de Offic. lib. III. Ab optimis illis quidē uiris, sed nō satis eruditis. Et de Amicitia: Qui autē in uirtute summum bonū ponūt, præclarè illi quidē: sed hæc ipsa uirtus amicitiā & gignit, & cōtinet. Dicendū erat, Præclarè hi quidē (ut in ꝓnominibus ostēdimus) potius quàm illi: sed hoc fecit, ut Ille cōiungeretur cū Quidem. In superiore modo tantùm duabus comitibus Quidē uti potest, quæ sunt Verò, & Autē: in hoc secūdo pluribus pōt præter has duas. Verùm, Verūtamē, At, Sed, Cæterùm, Tamē, Attamen, Sed tamē. Atq; in hoc secūdo modo ipsum Quidē alternatim poni potest, nunc in laudē, nunc in uituperationē: atq; id aut à uituperatione incipiēdo, & finiēdo in laudē: aut incipiēdo à laude, & finiēdo in uituperationē: ut, Tu lentus quidē es, & piger, sed tamē fidelis. Rursus, Tu quidē fidelis es, sed tamē lentus, & piger. Tertio modo, quo plenus est etiā sermo uulgaris, nullo Autē, aut Verò, aut Sed, alia'ue

Cap. 5. huius libri.

alia'ue coniunctione simili sequente, sicut & hæ ipsæ nonnunquàm sine Quidē sunt. Cice. At enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam est, ille sapiens fuit.

De Verò, Autem, Porrò. CAP. XXIIII.

VErò, & Autem, idem significant, & eodē in loco poni possunt antecedēte utiq; aliqua dictione: nunquàm enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, ut nusquam referantur, sed tantùm distinguāt sententiam à sententia, ut mea ipsius uerba declarant, ubi sum usus modò Autem. Habent tamen aliquando nescio quid differentiæ in utēdo. Cur nanq; nō dicimus, Neq; autem: sicut, Neq; uerò? ut Quint. Neq; uerò me Lacedæmonij, neq; Athenienses magis mouerūt, quàm pop. Rom. apud quem summa semper oratoribus dignitas fuit. Item, Tum propter hoc, tum uerò propter illud: non autē, Tum propter hoc, tum autem propter illud. Contrà non dicimus Non uerò, sicut Non autem: ut, Sum tibi amicus, non autem assentator. Muta illud aduerbium, & habebit locum Verò: sic, Sum tibi amicus, assentator uerò nō. uel, Assentator autem non. & in quibusdam similibus. Incipimus enim maiora quædam capita per Verò, potius quàm per Autem. Vergilius Iunonem cum Venere sic loqui incipientem fecit.

Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis, Aeneid. 4.

Tuq;, puerq; tuus. Et ad Seruiū Sulpitiū scribens Cic. Epist. 6. lib. 4 *ita epistolam incipit: Ego uerò Serui uellē (ut ais) in meo dolore affuisses. Præterea non ita dicas, Agè autē, Sanè autem, Iam autē, Enim autē, At autem: ut Agè uerò, Sanè uerò, Iā uerò, Enim uerò, At uerò. Atq; ut in quibusdā locis hæc duo, et cætera similia à me prius enumerata habēt gratiā, si ponantur, ita in quibusdā non habent: quale est,*

quum idem uerbũ repetitur, hoc modo, Quint. Pro patre *mori possum, corã patre non possum. nõ rectè dicas corã patre autẽ non possum: nisi reticeas uerbum: sic, corã patre autẽ non.* Atq; *hic sequitur negatio, aliquando autẽ antecedit.* Cic. Tu *cùm principẽ senatorẽ auunculũ domi habeas, ad eũ nõ refers: ad eos refer, qui suã domũ nõ habẽt, tuã exhauriunt.* Quare *non de eo modo intelligitur, quoties uerbũ sine cõtrarietate repetitur: ut idẽ,* Tribues *his temporibus quantũ poteris, poteris autẽ quantum uoles.*

Cic. in peroratione Officiorum.

Neq; *quoties aliquid prælongũ est, aut nonnihil immutatur: ut idẽ in* Verrẽ, Non *enim, inquit, illud peto, quod soleo, quũ uehemẽtius contendi impetrare, ut reus absoluatur non peto, sed ut potius ab hoc, quàm ab illo accusetur, id peto.* Et *in* Philip. Ego *autẽ ueteranos tueri debeo, sed eos quibus sanitas est, certè timere nõ debeo.* Tale *nõ fuit* Lactantij, *qui ait:* Sed *(ut dixi) uenia concedi potest imperitis: & qui sapiẽtes se nõ fatentur: his uerò nõ potest, qui sapientiam professi, stultitiã potius exhibeant.* Ego *dixissem,* His *non potest.* Poëtæ *hoc non seruant.* Vergilius,

Lib. 2. cap. 2.

Aeneid. 11.

Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi?
At Mesapus *erit.*— Ouidius:

Li. 2. de Arte.

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Porrò, *licet eiusdẽ significationis sit, cuius* Verò, *et autẽ: tamen (ut puto) pro illis ponere non possis: nonnunquã tamen eundẽ locũ sortitur, ut agè uero, agè porrò: sed illud nunquàm in fronte sentẽtiæ collocatur, hoc autẽ sæpius: ut* Quint. Porrò *qui confessum defendit, non absolutionẽ sceleris petit, sed licẽtiã.* Per *illa diceremus, qui uerò, uel qui autẽ confessum defendit.* Apud *quosdã, & præsertim poëtas, uolunt significare longè, certè, posteà, ultrà: ideoq; sæpe non in principio sententiæ, sed in medio inuenitur.*

De

De Siquidem. CAP. XXV.

Siquidē, ex Si, & Quidem, compositū uidetur: sed cur nec primam syllabam lõgam habet, cùm Si, longa sit, nec significationē alicuius harū, unde cõponi dicitur, dictionū? Est enim Siquidē, idē quod nā: ut apud Quintil. Lib.1.cap.17. *Atq; natura ipsa uidetur ad tolerãdos facilius labores musicam uelut muneri nobis dedisse: siquidē & remigē cantus hortatur. Et Cicer. confiteor eos nisi liberatores populi Romani, cõseruatoresq; Reipub. fuerūt, plus quàm sicarios, plus etiā quàm parricidas esse: siquidē est atrocius patriæ parentē, quàm suū occidere. Nonnulli nõ internoscunt, quando siquidē est una dictio, quando duplex: quod internoscere facilè est: ut apud eosdē ambos: Priorē libro quarto: Quare illud stultißimè præcipitur, quod defendi nõ potest: silētio siquidē dißimulandū est illud, de quo iudex pronūtiaturus est. At si extra causam sit adductū, & cætera. Posteriorē pro Milone: Deinde profectus est per id tēporis, quū iam Clodius (si quidē eo die Romam uenturus erat) redire potuisset. Et pro Flaco: O morē præclarū, disciplināq;, quā à maioribus accepimus, si quidem teneremus, sed nescio quo pacto iā de manibus elabitur. In hoc tamē significato apud Ouid. reperitur lib. IIII. Fastorum prima syllaba breui, tanquam sit dictio cõposita:*

Sed si forte tibi non est mutabile pectus,
Statq; semel iuncti rumpere uincla tori:
Hoc quoque tentemus, si quidem ieiuna remansit:
Sin minus, inferni coniugis uxor erit.

Idem libro tertio sine titulo:

Quæ mihi uentura est, si quidem uentura senectus,
Quum desit numeris ipsa iuuenta suis.

Quidam hîc haud postremæ inter literatos notæ uerā lectionem esse uolunt, Si qua est uentura senect.

In altero significato apud Lucanum libro quarto:

Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli
Dux causæ melioris eris.

De Sin. CAP. XXVI.

Sin pro si, nūquàm in prima parte collocatur, sed in secūda, ubi ferè duorū est oppositio, atq; hoc siue uocali sequēte, siue consonante. Terent. Si illū relinquo, eius uitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Et alibi: Si hoc celetur, in metu: sin patefit, in probro siem. Nonnunquā Sin unū reperitur, sed quod secūdi loci uicē obtineat: ut Sallustius, Imperat, ut pretio, sicuti multa cōfecerat, insidiatores Masinissæ paret, ac maximè occultè: sin id parū procedat, quouis modo Numidā interficiat. i. Si potest, occultè: sin nō potest, utcūq;. Quorūdā tamē usus est, ut dicāt, Sin autē, p eo quod est, si nō, quasi in Sin, aut in Autē, sit negatio. Mirarerq; de uulgo, nisi id apud quosdā præstanteis uiros reperirē. Quale est illud ī Apocalypsi, Sin aūt, ueniā tibi citò, et mouebo cādelabrū tuū. Qūū præsertim paulò pòst dicatur, Si quo minus, ueniā. Ego uerò ī utroq; dixissem Sin minus: uel, Sin aliter. Et in Euāgelio: Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illū pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur. Et alibi, Si quidē fecerit fructum: sin autē, succīdes illā. In quibus omnibus Græcè negatio adest. Seru. uult nonnunquā si accipi pro siquidē: ut ibi,

-Tua si tibi Mænala curæ. quod mihi minime placet.

In And. act. 1 scen. 3.
In Phormione act. 5. sce. 4
In bel. Iugur.
Georg. 1.

De Quippe, Vtpote, Profectò, Vtique, Nempe, Nimirùm, Sanè, Certè, CAP. XXVII.

Quippe, & Vtpote, Profectò, & Vtiq;, Nēpe, & Nimirū, Sanè, & Certè, uel Certò, similiora sunt quidē in significato, quàm illud qd' modò dixi (de Siquidē loquor) sed ad hoc ipsum pximè accedūt præsertim duo, Quippe, & Vtpote: q̄ licet uulgò accipiātur p certè, cui

non

nõ omnino equidẽ repugno, tamẽ malim accipere pro cau ſatiuis: ut Quintilianus, *Falſa enim eſt querela, paucißimis hominibus uim percipiẽdi quæ tradãtur, eſſe conceſſam, pleroſq; uerò laborẽ, ac tẽpora tarditate ingenij perdere:* Nam *cõtrà plures reperias, & faciles in excogitãdo, et ad diſcendũ prõptos.* Quippe *id eſt homini naturale.* Ac *ſicut aues ad uolatũ, equi ad curſum, ad ſæuitiã feræ gignũtur: ita propria nobis eſt mẽtis agitatio, atq; ſolertia, unde origo animi cœleſtis creditur.* Atq; *licet huiuſmodi dictiones eòdẽ tendãt, tamẽ uſu dißidẽt, & quaſi diuerſo itinere ad idẽ perueniũt.* V*t enim p* Quippe *hoc in loco recte dicã* Siquidẽ, *uel* Nam, *aut* Nanq;, *uel* Enim, *aliqua dictione antecedẽte, ad hunc modũ,* Id *enim eſt homini naturale: ita rarius per* Quoniã, *quæ coniunctio habet aliũ ſuum uſum, qui nulli horũ alteri concedatur: ut in hoc* Tulliano *exẽplo,* Quoniã *utriuſq; cõſilij causã* P.C. *probatã uobis eſſe cõfido, prius quã de rep ub. dicere incipio, pauca loquar de heſterna* M. Antonij *iniuria.* Hoc *idem per* Quippe *ſic dicã:* Prius *quàm de republ. dicere incipio* P.C. *pauca loquar de heſterna* M. Antonij *iniuria: quippe probatã uobis eſſe cõfido cauſam utriuſq; conſilij.* Vel, Quippe *quũ probatam uobis eſſe cenfidã.* Vel, Quippe *qui probatã uobis eſſe confido, uel confidã.* Huic *ſimilimũ eſt* Vtpote, *præterquàm primo modo.* Non *enim habet ſuum uerbum: quale foret,* Vtpote *id eſt homini naturale.* In *cæteris omnibus uſum eundẽ habet.* Plin. *de* Naturali *hiſtoria,* Vtpote *quũ quidam annuo, & biennij ſpatio durauerit.* Cic. *ad* Atticũ: Me *incõmoda ualetudo, qua iam emerſerã, utpote quum ſine febri laboraſſem, tenuit.* Idem *ad eundem:* Ea *nos (utpote qui nihil cõtemnere ſolemus) nõ pertimeſcebamus.* Et *in* Philipp. L. *quidẽ frater*

Lib. 1. cap. 1.

Philip. 2.

eius,utpote qui peregrè depugnauit,familiã ducit. Salluſtius in Catilinar. Antonius procul aberat,utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugã ſequeretur. Hic ſubiũctiuo,ille indicatiuo uſus eſt. Nõnunquã ſine Cũ,et ſine relatiuo reperitur,& neſcio an frequẽtius, cuiuſmodi eſſet hoc: Antonius aberat à bello,utpote æger ac iacẽs in lecto. In qua forma etiã reperitur Quippe: ut Quintil. Si alienũ,& ignotũ,tamen quæ cõmunis omniũ mortaliũ,quippe ſub uno parẽte naturæ cognatio eſt,hominẽ cibo fortè iuuiſſem pœna dignũ: uiderer ſeruaſſe perituram animã. Tit. Liu. lib. III. Notã iudici fabulam petitor,quippe apud ipſum autorẽ argumẽti pagit. Profectò autẽ,& Vtiq;,ſine dubio affirmãt: ſed hoc ſecundũ nũquàm,aut ferè nõquàm apud Cic. apud poſteriores frequẽter: ut Quintil. Sed ſolẽt huiuſmodi negotiatores aliquid propriũ,ac priuatũ ſtipulari, utiq; quũ alienã rẽ uendũt. Quod nõ ita ſolet ad reſponſionem adhiberi,ut illud alterũ: ut Cic. Quis hæc renũtiat? is profectò,qui interfuit. Licet idẽ facere per Certè: ut idẽ, Tantã ſolicitudinem bonorum,tantũ timorẽ omniũ in quo meminimus? certè in nullo. Et per Nimirũ: ut Quintil. Demus id quod nullo modo fieri poteſt,idẽ ingenij,ſtudij,doctrinæ, peſſimo atq; optimo uiro, uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior. Sed uſitatũ omnium maximè eſt Nempe: ut Cic. Apud quẽ hæc dico? nẽpe apud eũ,qui quũ hæc ſciret, me tamẽ antequàm uidit,Reip. tradidit. Nonnunquã ſine interrogatione. Horat. enim quandã ſatyram ſic inchoat:
Saty. 10. lib. 1 Nẽpe incõpoſito dixi pede currere uerſus Lucilli. Et Per
Saty. 3. ſius: Nẽpe hoc aſſiduè,dixit. Quintil. quoq; inquit: Nempe enim in hoc plurimũ laboris exhauſimus,ut rhetoricen oſtenderemus bene dicẽdi ſcientiam,& utilẽ, & artem,

& uir

& uirtutẽ esse. Sanè tũ affirmatiuè sumitur:ut, Ita *sanè,* Sanè *uerò.* Tũ *pro ualde:ut,* Homo *sanè nobilis.* Interdũ *cũ superlatiuo:ut Suet.de uita Cæsaris:*Bellum *sanè diffi cilimũ gessit.* Tũ *permissiuè,quoties aliq̃d aduersario tri buimus:ut,*Sit *sanè ut ais.*Vt Quin. Tulerit *sanè filius no ster meritò pœnas,dederit spiritũ supplicio:nihil de præ terito loquamur.quasi,*Esto,*ita sit ut uis.*Certè *mõ affir mat,mõ ꝓ* Saltẽ *accipitur:ut,*Nõ *potero tãgere?certè po tero uidere.uel,*At certè. Ideo *dixi ꝙ ꝓ* Saltẽ *accipitur, ꝙ hanc eandẽ sententiã nihil differre puto ab ea,quæ est,* Nõ *potero tãgere?saltẽ:uel,at saltẽ potero uidere.* Adiun *gitur autẽ illud* At,*quo mõ iungitur* Sed,*cũ tamẽ, licet al terũ eorũ sufficeret.* Significat *enim nonnunquã* At,*idẽ quod* Saltẽ,*ut in illo Vergiliano:*At Mesapus *erit.*Certè *cõiuncta cũ coniunctione* Et,*semper affirmat:ut* Cice. Et *certè contra Cæsarẽ est ingressus armatus.*Apud Quint. Et *sanè,frequenter:ut lib.*1.Et *sanè quis concipiat uel de clamantis habitũ,uel orãtis uocẽ,incessum,pronuntiatio nem,illũ deniq; animi,& corporis motũ?* Certè *cõiuncta cum* Scio,*similibusq; uerbis solet mutare e in o, ut* Certò *scio:sicut dicimus* Manifestò *scio:pro manifestè:*Apertò, *pro apertè:*Liquidò,*ꝓ liquidè;*Tutò,*pro tutè:et similia.* Cap.35. Aeneid. 11.

De Vt. CAP. XXVIII.

VT,*pro quippe,siue ꝓ utpote accipitur,sequẽte rela tiuo.*Vt Quint. *Quũ me,ut cuius (interiecto mari) non fortunã quisq; nosse,non natales,nõ patrem poterat, una tamen res faceret apud quosdã miserabilẽ,quòd uide bar iniquè cõparatus.*Et alibi:*Iã illud diximus,quãtò plꝰ nitoris,& cultus demõstratiuæ materiæ, ut ad delectatio nem audientiũ cõpositæ,quàm quæ sunt in actu, & cõten tione suasoriæ iudicialesq; permittant.* Vbi est Vt,licet

Lib.10.cap.1. *ponere Quippe, uel Vtpote. Quin. Vt, frequēter utitur: Vtpote, aūt rarò. Et alibi: Nec ignoro igitur, quos trāseo*
In eod. lib.& cap. *nec utiq; dāno, ut q dixerim esse in omnibus utilitatis aliquid. Et alibi: Theopōpus his ꝓximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis, ut qui anteq̄ est ad hoc opus solicitatus, diu fuerat orator. Aliquādo accipitur*
Cic.de Senectute. *quasi ꝓ secundū: ut Cic. Qui sermo, quæ præcepta, quāta notitia antiquitatis, sciētia iuris, augurij, multæ etiā ut in homine Romano literæ. id est, secundū id quod solēt scire*
De cla. orat. *Romani. Et alibi: Posteaq; Clisthenē multū ut tēporibus illis ualuisse dicendo. id est, secundū illorū tēporū eloquen*
Ibidem. *tiā. Et iterū: Deniq; hunc proximo seculo Themistocles insecutus est, ut apud nos perantiquus, ut tēporibus illis, non ita sanè uetus. Et iterū atq; iterū in eodē Bruto: Fuit, ut temporibus illis, luculētus: erat cùm literis Latinis, tum etiā Græcis, ut tēporibus illis eruditus. Erat etiam in primis, ut temporibus illis, Græcis doctrinis institutus quorū utriusq; orationes sunt, ut Asiatico genere, laudabiles.*

Quibus cum literis iunguntur Ab & Abs. CAP. XXIX.

AB, cum duabus liquidis, & cū i, quando fit cōsonans, adiungi solet: ut, Ab lege, ab legatis, ab literis, ab rege, ab rogo, ab re, ab Ioue. Abs uerò cum t, ut Abs te, abs
In Adel. act. 1. sce. 3. *Tito: interdum uerò cum q, ut Terentius: abs quiuis homine, cùm opus est, beneficium accipere, gaudeas.*

De Continuò, Protinus, Statim. CAP. XXX.

COntinuò, Protinus, Statim, qd significēt, notū est: quibus addita negatione, significatio fit qualis Nō ideo:
Lib. 3. *ut de Orat. Cic. Ac si illæ seditiōes saluti huic ciuitati fuissent, nō cōtinuò si quis motus populi factus esset, id C. Nor*
Lib. 10. cap. 1. circa prin. *bano in nefario crimine, & fraude capitali esset ponēdū. Quint. Non autē ut quicquid præcipuè necessariū est, sic ad*

ad efficiendũ oratorẽ maximi protinus erit momenti. Et *iterũ:*Neq; *id statim legenti persuasum sit,oĩa quæ omnes autores dixerũt,utiq; esse perfecta.* Ibidem. Eãdẽ *uim obtinet interrogatio,quã negatio:ut idẽ, Continuo'ne sit ille stultè cogitauit, nobis quoq; stultè dicendũ est,id est,num ideo? Cuius significationis mutatæ hæc causa est, ꝙ non planè recessũ est à prima illa eius,et naturali:quasi dicatur, nũ? aut,nõ propter hanc solã, & se primò offerentẽ rationẽ.* Seruius *non est usus hac re elegãter in ea parte, ubi abest negatio:nõ quia mulier,statim & ancilla:si autẽ ancilla, statim & mulier est.* Tollendũ *enim erat posterius statim.* Protinus*(ut interpretor)pro simul,siue etiã aliquãdo accipitur:ut* Verg.-Quin *ꝓtinus omnẽ* Perlegerẽt.Quin. Aeneid.6. *Traxerat ex firmitate mẽtis magnã protinus & in membra constantiam.*Etenim *quod statim fit,quasi simul fit.*

De Tantum abest,Tantumq́ue non. CAP. XXXI.

T*Antum abest,aut unũ* Vt, *post se habet,aut duplex.* V*nũ sic:*Cic.de Offi. Tantũ *abest ab officio, ut nihil officio magis possit esse contrariũ.*Idẽ pro Marcel. Tan*tum abes à perfectione maximorũ operũ, ut fundamenta nondũ quæ cogitas,ieceris.*Duplex *sic:*idẽ pro lege Ma*nilia:* Tantũ *abest ut aliquã bonam gratiã quæsisse mihi uidear,ut multas etiã simultates,partim occultas,partim apertas subeundas mihi esse intelligã.* Quem *modum loquendi à* Græcis *mutuati sumus.* Hos *autẽ duos,quos attigi modos, idẽ significare ex hoc liquebit, quòd alterũ in alterũ conuertere licet:sic,* Tantùm *abest,ut officium sit, ut nihil officio magis possit esse contrariũ.*Item, Tantùm *abes ut maxima opera perfeceris, ut fundamenta nondũ, quæ cogitas,ieceris.*Rursus, Tãtũ *absum à cõparatione alicuius bonæ gratiæ,ut multas etiã simultates,et cætera*

Quin quò planius huiuſmodi orationis ſenſus patefiat, reſoluamus per Non ſolũ: ut, Non ſolùm aliquã gratiã quæſiſſe nõ uideor, ſed etiã multas, & cætera. Itẽ, Nõ modo officium non eſt, uerũ etiã nihil magis officio poteſt eſſe contrariũ. Et, Non tantùm abes à perfectione maximorũ operũ, ſed fundamenta quoq; nondũ, quæ cogitas, iecisti. Poteſt et in nedũ reſolui, ut ſuprà docuimus: ſed hoc faciendum legentibus relinquimus. Aliquãdo Tantùm abeſt, et ſine geminatione illa, et ſine ablatiuo reperimus, ſed perquàm rarò: ut in Callidiũ Cic. Tantũ abeſt ut inflammares noſtros animos, ſomnum iſto loco uix tenebamus. Apud Quint. hæc exẽpla nõ inueni, ſed tale genus loquẽdi: Si ultra hoſtiũ affectus, qui cæſos acie ſæpe tumularunt, ultra tyrãnos, ultra latrones, parũ habet nõ ſepelire, niſi aliorũ quoq; officia præciderit, tantũq; nõ petita ex fluctibus aqua reſtinguit ignẽ. Et alibi: Hoc triſte ſpectaculũ, et tantùm nõ ipſi qui fecerat miſerandũ. Et iterũ: Tantumq; nõ durum, ac ruſticũ, & parũ meretricijs artibus quæratur educatum. Id eſt, tantùm abeſt ut reſtinguat ignẽ: tantùm abeſt ut ipſe miſereatur, tãtùm abeſt ut queratur durũ, ac ruſticũ, ac parũ meretricijs artibus educatũ. Valerius in primo: Tantùm nõ ſuis manibus deducit ſiue propè adeſt, uel propè eſt. Id quod etiam è Græco ſumus mutuati.

In Bruto.

Declam. 6.

De Simul, Vnà, pariter. CAP. XXXII.

SImul geminatum non memini me reperiſſe apud Cic. apud poſteriores ſæpe: ut Quin. Simul ut pleniore obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne uulgarẽ uiã ingreſſus, alienis demum ueſtigijs inſiſterem. Verg.

In procem. Inſtit. orato.

Obſtupuit ſimul ipſe, ſimul perculſus Achates. Et iterũ:

Aeneid. 1.

Accelerat ſimul Aeneas, ſimul agmina Troum.

Aeneid. 5.

Cic. tamen rarò pro Simul dixit Vnà, in Verrem actione ſecun

ſecunda: Vnà & id, quod facio, probabit: unà & in hac cauſa profectò neminem præponendũ mihi eſſe exiſtimabit. Simul non geminatum, & pariter, apud Quintil. ſæpe: ut, Homo fortis ſimul & ſapiens: uel, Homo fortis, pariter & ſapiens. Rarò cum Et geminata: ut Horatius,

Aut ſimul & iucũda, & idonea dicere uitæ. Cic. pro Roſc. *Perditiſſimi eſt igitur hominis ſimul et amicitiã diſſoluere, & fallere eum qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.* De Art. poët.

De Nudiuſtertius, Nudiuſquartus, Pridie, & Poſtridie. CAP. XXXIII.

NVdiuſtertius, & Nudiuſquartus, nec ultrà progreditur ſicut Biduo, Triduo Quatriduo: & Binoctio, et Trinoctio, Quadrinoctio, et nõ amplius: niſi putamus ſine menda ſcriptũ eſſe in Philipp. Nudiuſtertiuſdecimus. Plautus (ut ſolet) licenter inquit, nudiuſtertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptim⁹, octauus, et adhuc deinceps: ut etiã ad milleſimũ fuerit proceſſurus. Sed cur quẽadmodũ habemus Biduo, et Binoctio, nõ etiã habemus Nudiuſſecũdus? nẽpe quia adeſt aliud uocabulũ, & quidẽ magis propriũ, quod eſt, Heri. De die autẽ, qui præceſſit heſternũ, dicimus Nudiuſtertius: & de ſuperiore adhuc, Nudiuſquartus: ſcilicet nũc die tertio, uel quarto. De ſequẽti, Cras: de huic proximo, Perẽdie. Cic. ad Attic. lib. XII. *Scies igitur cras, ad ſummũ pendie.* Vnde dies perẽdinus, dies abhinc tertius. Cæſ. in Cõmentar. *Qui, ſi per te liceat, perendino die cũ proximis hybernis coniuncti, cõmunem cũ reliquis belli caſum ſuſtineãt.* Et Comperẽdinare, differre in longum de die in diẽ. Pridie, et Poſtridie ſimilimã obtinẽt ſignificationẽ ei, cuius ſunt Heri, et Cras. Eſt enĩ Pridie, quaſi heri, nõ tamẽ præſentis diei, et Poſtridie quaſi cras, non præſentis diei, ſed cuiuſdam alterius, aut præteriti, Epiſt. 26.

aut futuri. Præteriti, sic: Pridie quàm intrarẽ mare, lux serena fulsit. Futuri sic: Pridie quam intres patriã, sacrificiũ facito. id est, die præcedẽti, quo aut mare intrasti, aut patriã intrabis. Itẽ postridie quam pater mortẽ obijt, epulũ feci. Et, Postridie quàm uxorẽ duxero, nauigandũ mihi est. Vel cũ genitiuo sic: Pridie illius diei. &, Postridie illius diei, quo aut hæc feci, uel faciã, Vel sine Quã & sine diei, sic: Venit ad me Chremes postridie clamitãs. supple illius diei, quo hæc gesta sunt. Et, Cùm intraui urbẽ, audiui hominẽ pridie recessisse. Dicimus tamẽ, Quũ has literas dabã, erat pridie Calẽdas Augusti: uel, postridie Nonas: &, hodie est pridie ludorũ Circẽsium: cras erit postridie nundinarũ. Refertur enim tale tẽpus non ad hodiernũ crastinũq; diẽ, sed ad aliũ quẽdam, ueluti ad eum, quo hæ literæ legentur. Ideoq; errauit, qui scripsit sic: Quũ Romæ domũ eius loquẽdi gratia adissẽ, orauit me, dicẽs, Postridie ad me redeas: Dicendũ erat, cras: aut sic, Postridie ut redirẽ orauit. Rursus nõ rectè dixisset sic, Cras ut redirẽ orauit, sed Postridie. Atq; ut nõ dicimus Nudiussecundus, ita nec Secũdo Calendas, secũdo nonas, secũdo Idus: sed Pridie Calẽdas, Pridie nonas, Pridie Idus. Itẽ, ut non dicimus Nudiusprimus, ita ne primo quidẽ Calend. primo Nonas, primo Idus: sed Calẽdis, Nonis, Idib. Præterea ex his duobus alterũ format ex se denominatiuũ, alterũ uerò minimè. Ex Pridie fit pridianus, ex Postridie nõ fit postridianus, aut in usu nõ est: sed pro eo abutimur Crastinus, per quod significatur non modò dies sequens hodiernum, sed etiam quẽlibet alium. Verg. Georg. primo:

Sin uerò ad solem rapidum, lunasq; sequentes
Ordine respicies, nunquàm te crastina fallet
Hora, neq; insidijs noctis capiere serenæ.

Eodem

Eodem quoq; modo abutimur Hesternus *pro pridianus.* *Terēt.Ex iure hesterno panē atrū uorent.Cicero: Videre uideor alios intrātes,alios exeūtes, quosdā ex uino uacillātes,quosdā hesterna è potatione oscitantes.Nō de hesterno die loquitur,quia(ut sic dicā)ab illo heri nō fuerat factum,quum hæc diceretur. Vtimur frequētius hoc per abusionē,quàm illo naturali,& proprio, quo & ipso frequēter utimur.Sueton.in uita Tiberij:Solēnibus ipse cœnis pridiana sæpe & semesa obsonia apposuit.Itē in uita* Caij: *Marcēte adhuc stomacho pridiani cibi onere.Bartolus cū leguleis suis accipit* Postridie,*pro post tres dies: unde cōsequēs fuit dicere,*Pridie *ꝑ eo quod est,prioribus & proximis diebus.Nā ita uulgò loquuntur,* Pridie *emi domū,quum dicendū sit* Nuper, *de quo nunc disseramus.* In Eunucho act.5.scen.4. cap.34. cap.56.

De dudum,Nuper,& Pridem,compositisque. CAP. XXXIIII.

DVdum,*&* Iandudū, *de paruo tempore unius horæ, aut semihoræ,aut duarū horarum,aut certè breuissimi temporis:*Nuper *siue* Pridē,*&* Iampridē,*de longiore tempore,decē,aut uiginti dierū, aut mensis mensium'ue, & nonnunquā annorū,pro conditione materiæ. Itē* Dudum,*&* Nuper,*seu* Pridē,*de re,siue actione, quæ nō insistit,sed statim trāsit.*Iandudū,*&* Iampridem,*de re,siue actione,quæ insistit, & immoratur.Illa præteritum utiq; postulant, hæc frequētius præsens, nonnunquā etiā præteritū.*Dudū intraui,et,Iandudū te expecto. *Id est hora, aut semihora est.uel duæ,uel tres,uel (ut multū) quatuor ex quo intraui,& ex quo te expecto.Sed ipsa actio intrādi nō īsistit,sed statim desinit: secus autē expectādi actio. Itē* Nuper ex Sicilia redij: et Iāpridēex Sicilia absū:uel, Iampridē ex Sicilia redij:*idest,superioribus diebus,mēsibus'ue*

sibus'ue ex Sicilia redij: & ,iã multi dies sunt: uel, aliquot mẽses, ex quo absum ex Sicilia: uel, ex quo ex Sicilia redij. hîc continuatio intelligitur tẽporis, illhic minime: hîc significatur mora, qua ĩ hoc loco immoratus sum: illhic momentũ illud applicationis. Cæterũ *quia dixi* Nuper, et Iãpridẽ *nõ modo mẽses cõplecti, uerùm etiã annos pro conditione materiæ, tale exẽplũ sit:* Nuper *inuẽta est machina, quã* Bombardã *uocãt: id est, nõ multo tẽpore abhinc.* Iampridẽ *bõbarda in usu est, hoc est, iam aliquãto abhinc tẽpore in usu est.* Cic. de Diuinat. Neq; *ante philosophiã patefactã, quæ nuper inuẽta est, hac de re cõmunis uita dubitauit.* Idem de Amicit. Neq; *enim assentior his, qui nuper hæc disserere cœperũt, cum corporibus simul animas interire, atq; oĩa morte deleri.* Quid *attinet plura hîc exempla repetere, quũ nemo aliter locutus sit?* Forsã *aliquãdo poëtæ, apud quos legimus* Iãdudũ *pro cõtinuò, sed ferè in psona loquẽte, & alios ut maturent hortante: ut* Verg.

Aeneid. 2. — Iãdudũ *sumite pœnas.* R*arius* Iãpridẽ: *ut fecit* Lucanus:

Lib. 1 — *Tollite iampridem uictricia, tollite, signa.*

Nisi *iãpridẽ uictricia dicamus.* Quare Boëthius *uidetur male uoluisse imitari unũ locũ* M. Tullij *in rhetoricis, dicentis:* Aliquãdo *respondendũ est primùm his, quæ aduersarius nuperrime dixerit, quũ in commẽtarijs dialecticis*

Lib. 7. cap. 13. *inquit:* Hoc *autẽ quod nuper diximus, quũ dicere debuisset ultimò, aut nouißimè, aut postremò, aut proximè.* In Saturnalib. *quoq;* Macrob. Iandudũ, *inquit, hæc quæstio*

Cap. 1. de ieiunis uinum bibentibus. *ab* Aristot. & *proposita est, et soluta.* Quũ *dicere debuisset* Iampridẽ, *aut potius,* Iã olim. Plin. *etiam maior (si uerè scriptũ est) lib.* XXIII. *sic inquit:* Somno *accõmodatũ, ac securitatibus.* Iamq; *dudũ hoc fuit, quod* Homerica *illa* Helena *ante cibum ministrauit.* Et *iterum lib.* XIX. Iandudum

dudum ex eadem Hispania Zelicũ uenit in Italiam plagis utilissimũ. Et Liu. lib. XLI. In eo captiuorũ numero fabri qui dudũ fuere assueti apud Pœnos mercede opus in arce Locrorũ facere. Pridẽ autẽ, & nuper idẽ significant. Est autẽ Nuper nõ longo tẽpore à nunc, interdũ nõ lõgo tempore à tũc: ut Curtius, Qui nup ab Alexãdro missi erãt. Titus Liuius: Tunc hæc ipsa indignitas agebat animos, nõ in retinẽdis modò publicis agris, quod ut teneret, pertinacem nobilitatẽ habere, sed ne uacuum quidẽ agrũ nuper ex hostibus captũ plebi diuidere. Cic. de Orat. lib. II. Quã multa de balneis, quas nuper ille uendiderat. Pridẽ uerò rarum est. Plin. lib. VII. naturalis historiæ: Ipsi uerò pridẽ uidimus eadẽ ferme omnia præter pubertatẽ in filio Cornelij Taciti equitis Romani. Paulus Iurecõsultus: Et non est mirũ, si peculium quoq; defuncti pridem filij defer tur patri. Vlp. Tenetur eum ordinẽ tenere, quem pridem habuit. Modestinus: A literis pridem sibi editis. Sæpius cum negatione, & cũ Quàm, & cum Ita. Plin. libr. XV. Medica nõ pridem uenere in Italiã. Cic. pro Rosc. Comœdo: Quàm pridem nomen Fannij in aduersaria detulisti? Idem in Brut. Fuit enim regnante iã Græcia, nostra autẽ ciuitate non ita pridem dominatu regio liberata. Papinianus: Idem in uectigalibus non ita pridem constitutum est, ut sui temporis singuli periculum præstarent. Idem intelligitur in dudum, quod in pridem: ut quàm dudum hic sedes? respondebis, non ita dudum, uel iamdudum.

Cap. 16. Cap. 14. de diuersis malorũ generibus loquens.

De Olim, & Diu, eorumq́ue compositis. CAP. XXXV.

OLim, & Iã olim, siue Olim iã, Diu, & Iãdiu, et Tandiu, habẽt aliquid cũ superioribus affinitatis. Quorum primũ apud Cic. rarissimum, apud Quint. frequens, qui lib. VIII. sic ait: Sed in foro tamẽ illam iam facilitatem

olim

olim desideramus.id est,iam olim.Et alibi:Olim iam imperator inter fulgẽteis uirtutes tuas liuor locum quærit. hoc est,iam olim:quod est,iam à lõgo tempore. Olim pro futuro non apud poëtas tantùm,ut Vergil.

Aeneid.1. Hunc tu olim cœlo spolijs Orientis onustum

Accipies.sed apud oratores quoq;:ut idem Quint.Sũt clari quoq; hodie eiusdem operis autores, qui olim nominabuntur.Poëtæ etiam pro aliquando:ut idem Verg.

Georg.1. Ac olim seras posuit quã uinea frondes. Nonnunquã etiã pro iamdudũ accipitur:ut Curt.lib.VIII.Olim enimuero mero sensibus uinctis,ex lecto repẽtè cõsurgit. Diu uerò nihil aliud significat,nisi per longũ tẽpus:Diu naui gaui,diu equitaui:nõ autẽ,Diu receßi,aut diu equũ ascendi.Sed nuper receßi,aut dudũ, & Dudum equũ ascendi. Quidã tamẽ,sic loquutur:Iandiu est quòd receßi, utẽtes aduerbio ꝓ nomine.Eadẽ ratio est in Iandiu, & Tandiu. Ideoq; cauẽdũ est,ne uerba quæ momẽtaneã actionẽ significant,his aduerbijs applices:quale est,Iãdiu publicaui opus:Iãdiu duxi uxorẽ:sed Impridẽ; licet rectè dicatur, Iandiu est opus publicatũ, & Iãdiu uxor mihi ducta est: nõ aliter,q̃ si dicatur,Opus iãdiu est publicatũ,adhuc tamẽ elimare nõ desino:&, Vxor mihi iandiu ducta,adhuc tamẽ uirgo est. Significatur enim hic cõtinuatio tẽporis, quo opus quidẽ publicatũ est, uxor uerò ducta manet,ac perseuerat:qđ in illo superiore nõ fit.Ideoq; Tuba dudũ, aut iandudũ sonuit:non iandiu sonuit,Iandiu mortuus est, non iandiu animam emisit,sed Dudũ:& idem in cæteris.

De Velut,Sicut,Quasi,Tanquam, & similibus. CAP. XXXVI.

Velut,et Veluti,et Vti,tria hæc similiora sunt ĩ significatione illis tribus,Quasi, Tanquã, Ceu, quã alijs tribus,

tribus, Sicut, Sicuti, Vt. Ea enim sex superiora imaginẽ innuunt, hæc tria posteriora similitudinẽ: quanquàm Vt, potest uideri generale, & cõmune cũ omnibus, necnon Vti, cuius propriè significatio est, quæ Vt. Tu irasceris tãquã leo, quasi canis, uelut ursus: est metaphora. Tu irasceris sicut, uel sicuti leo: cõparatio est. Ibi enim dico te leonẽ, hìc aũt leoni similẽ: quod hinc probatur, quòd illud resoluitur per uerbũ substãtiuũ, hoc per idẽ uerbũ. Tu irasceris tanquã leo: id est, tanquã leo esses. Irasceris sicut leo: id est, sicut leo irascitur. Atqui quomodo hoc ipsum probatur, ꝙ ita hæ orationes resoluãtur potius, quàm è cõtrario? Nem pe quòd cũ huiusmodi uerbis coniunctas inuenimus: ut, Tu incedis uelut esses rex. nõ autẽ, sicut esses rex. Rursus, Tu incedis, sicut incedit rex. nõ autẽ, uelut incedit rex. ita in similibus. Ego sentio sicut Plato. supple sẽtit: nõ, sicut Plato essem. Ego dico sicut anteà. supple dixi: nõ, sicut anteà fui. Possunt tamẽ illa, quæ dixi, resolui ꝑ idẽ uerbũ, sed nõ in ĩdicatiuo: ut Tu incedis, uelut ĩcederet rex. Adeò illa, quæ habẽt præpositionem, uix aliter resolui possunt. Ego uenio ad te tãquã ad Deũ: non est dicendum, tanquã Deus esses, sed tanquã ad Deum accederem. Deniq; hæc subiunctiuum postulãt, illa indicatiuũ. Seruius pro Sicut posuit Velut, x I. Aeneidos: Nã diadema, uelut aliarũ Italarum gentium reges, non habebãt. Si uelim afferre exempla uiuentiũ, plura possem ineleganter dicta: sed unum interim afferã, qui ita è Græco interpretatur: Nã ueluti iustũ est in eos animaduertere, qui aliqd perperã patrarũt: ita his, qui nos beneficio fouerũt, referre gratiã decet. Veluti pro Sicuti posuit. Sed deceptus est, quia Græci ista nõ distinguũt. Aliquãdo ne nos quidẽ distinguimus, utiq; cũ quædã enumerãtur, posteà aliquid exẽpli subiungimus: ut apud

Seu. in illud II. Aen. Et sellam regni, trabeam que insignia nostri.

Ciceronem Officiorũ primo: Tamen ex singulis certa offi ciorũ genera nascuntur, uelut ex ea parte, quæ prima descripta est. Idem de Natura deorũ: Aut quid tam temerarium: tamq; indignum sapientis grauitate, atq; constantia, quã aut falsum sentire, aut quod nõ satis explorate perceptum sit, & cognitũ, sine ulla dubitatiõe defendere? uelut
Cap.56. hac quæstione. Plinius naturalis historiæ libro scd'o: Præter hæc inferiore cælo relatũ in monumẽta est, lacte, sanguineq; pluisse, M. Attilio, M. Porcio cõsulibus: & sæpe aliâs carne, sicut L. Volũnio, C. Sulpitio cõsulibus: ex eaq;
Ca.103.eiusd. li. non perputruisse, qđ nõ diripuissent aues. Et iterũ: Quidã uero amnes odio maris ipsa subeũt uada, sicut Arethusa fons Syracusanus, ĩ quo redduntur iacta in Alpheũ, qui per Olympiã fluẽs, Peloponnesiaco litori infunditur. In hoc igitur solo modo loquẽdi, Velut cum Sicut similitudinem habet: cũ reliquis illis, quæ iã enumeraui, dissimilitunem, quæ nequaquam licet ponere in tali genere sermonis. Significant enim imaginem, id est, non ipsam plane ueritatem: aliquando tamen prope ipsam quoq; ueritatẽ, tum affirmando, tũ uero negãdo: ut, Pater, tu non amas me quasi filium, Imo te fili amo quasi filium. Ego nõ amplector illũ ueluti filiũ. licet mihi filius sit. Ille diligit me tanquam filium, licet non attineã. hic plane imago est. Habet autem quasi quiddam propriũ, quale est: Obijcis mihi, quod uxorem repudiauerim, quasi tu idẽ nõ feceris: uel, quasi uero. Quæ exempla nusquam non plurima sunt: Vti etiã accipi
Aeneid.1. solet pro Vt, & hæc duo, pro Quod. Vergilius:

Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum,
Hac fugerent Graij. Quintil. Neq; ego grauissimũ patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut hæredẽ filium scriberet. Ceu, magis est poẽtarũ, sed quo multi, & præfert

præsertim Plinius *utuntur. Quidam indoctè his temporibus utitur pro Sicut.*

De Non quia, & Non quòd, de Quò, & Vt Quia, & Vt quod. CAP. XXXVII.

NOn quia negẽ hoc bene esse cõpositũ, sed quia legẽ hanc esse componẽdi in omnibus principijs recusem. Iterum idem Quintil. Et febrem quiete, & abstinẽtia, nõ quia rationẽ uidebat, sed quia ualetudo ipsa coẽgerat, mitigauit. Iterũ: Quod ego non idcirco potißimũ in hac parte tractare sum aggressus, quia nõ in cæteris quoq; doctoribus idem hoc examinandũ quàm diligentißimè putem, sed quòd magis eius rei necessariã mẽtionẽ facit ætas ipsa discentiũ. Iterũ: Nõ quia prodesse unquã satis sit, sed quia hoc prospicere debet, ne quid peius, quàm fecerit, faciat. Ex his exemplis uidere licet, nunc bis Quia repeti: nunc unũ Quia esse, & unũ Quòd: & ubi est Quia, ibi semel, bis'ue posse esse Quòd. Præterea in secũdo membro nunc subiunctiuũ esse, nunc indicatiuũ, nunquàm tamẽ idẽ repeti uerbũ, præsertim modo uerbi mutato, ut fecit quidam, qui ait: Nõ quia amicus nõ esses, sed quòd ita amicus eras: Quũ dicere debuisset, Nõ quia non amicus, sed quia: uel, sed quòd ita amicus esses. In quo illud obseruatiõe dignũ, de causa efficiẽte dicẽdũ esse Quia, & Quòd: de finali, Quò uel Vt: de duobus priorib. exẽpla inspeximus, de posterioribus Cic. in Philip. Nõ ut proficerẽ aliqd, siue non quò proficerẽ aliqd. Quidã ignari huius differẽtiæ, scribunt nõ rarò Quò, pro Quòd: ut apud eundẽ, & eodem in loco: Primum igitur acta Cæsaris seruãda censeo, non quò probẽ, cùm scribẽdũ sit Quòd, pro eo, qd' est Quia. Quid signi? certè q; in altero membro est Quia, quũ dicit: Sed quia rationẽ habẽdam censeo pacis, atque otij. Et Lib.2.cap.18.

nemini dubiũ est, Quòd, resolui per Quia: & Quò, per Vt: & hoc in loco à Cicerone significari causam efficientem, cui competunt Quòd, & Quia: non finalem, cui cõpetunt Quò, & Vt: quod liquidè probatur, quum in eadem sententia de utraq; causa fit mentio. Quale est, Non castigo te, quòd odio habeã, sed quò meliorem efficiam. In primo membro est causa efficiens, in secũdo causa finalis. Mutemus iterũ causas sic: Castigo te, nõ quòd odio habeã, sed quòd amem. Rursus, Nõ castigo te, quò uoluptatem ex cõtumelia tua contraham, sed quò meliorem reddam. Vbi est Quòd, illhic posse poni Quia: & ubi Quò, illhic Vt, uel duplex, uel simplex, iam dictum est.

De facio ut, & Committo ut. CAP. XXXVIII.

Cicero de senectute. Ad Herẽ. li. 3. In procemio lib. 4. Inst.

INuitus feci, ut C. Flaminium de Senatu eijcerẽ. Et alibi idẽ Cic. Faciẽdũ puto, ut paucis rationẽ nostri consilij demus. Et Quint. Quòd si nemo miratur poëtas maximos sæpe fecisse, ut in principijs operum suorũ Musas inuocarent. Discrimen habet hic loquẽdi modus ab altero. Alibi nãq; fit aliud propter aliud, ut quũ quis inuigilat diligentius faciendæ mercaturæ, cur id faciat interrogatus, ut liberi mei honestius uiuãt, respõdebit. Aliud est ergo, quod ipse facit: aliud propter quod hoc ipsum facit. Nõ ita in exemplis à me modò recitatis. Quid Cato fecit, ut Flaminiũ eijceret de Senatu? Nẽpe id ipsum quod fecit. Quid faciũt poëtæ, ut musas inuocẽt? Nẽpe nil aliud, nisi ꝙ musas inuocãt. Idẽ est igitur in genere huiusmodi principiũ

Lib. 3. Offic.

& finis: siue opera, & effectus. Idẽ fecit Cic. quodã in loco, i uerbo. Cõmitto: Qui secũdũ naturã uiuere uolet, nũquã cõmittet, ut alienũ appetat: & qđ alteri detraxerit, sibi assumat. Idẽ est hoc, ac si dixisset: Qui secũdũ naturã uiuere uolet, nunquàm alienũ appetet, ut in superioribus,

Inuitus C. Flaminium Senatu eieci: & , paucis ratio nostri consilij est reddenda: & ita in cæteris.

De Quòd, & Quum. CAP. XXXIX.

QVòd, & Quũ, quiddã peculiare in oratione exhibent: ut in Bruto Cic. Augebat etiã molestiã, quòd magna sapientium, ciuiũq; bonorũ penuria iam in ciuitate esset. Idem ad Plancũ: Quo in periculo nonnihil me cõsolatur, quum recordor hæc me tũ uidisse. Quid est, quod augeat Ciceroni molestiã? aut quid eũ cõsolatur? uel quòd magna penuria sapientum esset, uel quũ recordaretur suæ prouidẽtiæ? Nẽpe hoc ipsum, quòd magna penuria sapientum esset, & quòd illud suũ consilium recordaretur. Idẽ est igitur id, in quo molestiã, consolationem'ue capit, & propter quod ipsam molestiam, ac consolationem capit. Epist. 14. li. 5. fam.

Qua de causa, Vt, Tamen, & similia abiiciuntur. quandoque ab oratione. CAP. XL.

SAepe admirari soleo, quòd nunquàm tibi grauẽ senectutẽ esse senserim. Quid miraris Scipio te nõ sensisse, quod sentire nõ posses? Quippe quod nũquàm fuit. Miraris, quòd nunquàm senseris me fuisse luscũ, qui nunquã fui? Mirãdũ potius foret, si sensisses me luscũ, aut grauiter tolerantẽ senectutẽ. Verùm sic locutus est Scipio cum Catone, quasi diceret. Miror senectutẽ tibi, ut sentio, non esse grauẽ. Et alibi idẽ Cicero: Declarat autẽ studiũ bellicæ gloriæ, ꝙ statuas quoq; uidemus ornatu ferè militari. Nõ ꝙ uidemus, sed ut uidemus, ꝙ sunt statuæ ornatu ferè militari, declaratur studiũ bellicæ gloriæ. Et alibi: Nõ tã me ista fama delectat, falsa præsertim, quàm ꝙ spero amicitiæ nostræ memoriã sempiternam fore, pro eo, quod est, Quàm quòd amicitia nostra (ut spero) sempiterna erit. Et alibi: Nũ etiã cõtẽnitis, ꝙ sensistis tam charã populo Romano Cic. in Cato. Maio. Lib. 1. Offic. c. de magnanimitate. In Lælio. Philip. 1.

Romano Auli Hirtij uitam fuiſſe? pro eo quod eſt, Quòd, ut ſenſiſtis, tam chara uita Hirtij pop. Rom. fuit. Et alibi: Et eò ſtudioſius hoc negotiũ ſuſcepimus, ꝙ te nõ ſine cauſa uelle cognoſcere rhetoricã intelligamus, pro eo quod eſt, Vt intelligo, non ſine cauſa uis cognoſcere rhetoricã.

Ad Heren. in procem.

Cap. 18. Quintil. in 11. Sicut Polycratem quũ Buſirim laudaret, & Clytemneſtram, quanquàm is, quod diſsimile non eſt, cõpoſuiſſe orationẽ, quæ eſt habita cõtra Socratẽ, dicitur. Nõ eſt hoc, Quòd cõpoſuiſſe dicitur orationẽ contra Socratẽ, ſimile illi, Quòd laudauit Buſirim & Clytemneſtrã, ſed hoc ipſum, ꝙ cõpoſuit orationẽ, ut dicitur. Nãq; dũ fortius opus permiſit ætas, terrã manibus ſubegit, & difficultatẽ labore perdomui, & inuito ſolo nõnihil tamẽ fœcundi tatis expreſsi, ſubintellige quãuis: ſic, Quãuis ſolum eſſet inuitũ, tamẽ nonnihil expreſsi fœcunditatis. Et, In his priſtinæ fortunæ reliquijs miſeris, & afflictis, tamẽ haberet quoſdã quorũ animos ne ſupplicio quidẽ ſuo ſatiare poſſet, id eſt, quãuis reliquiæ priſtinæ fortunæ miſeræ ſint, & afflictæ, tamẽ haberet quoſdã, &c. Illud hoc loco non omittamus, quærentes ubi eſt quãuis, licet, etſi, quanquàm, ſimiliaq;, et tamẽ, unde incipiẽda ſit cõſtrui oratio? Vtrinq; prohiberis. Sed nimirũ à uerbo cui adhærebat tamẽ, ipſo tamẽ excuſſo: quod idcirco in ligatura, & quaſi iunctura orationis incertũ eſt, quia oratio unde nõ debuerat, inceperat. Vt, Etſi uereor iudices, & cætera. Quòd ſi à principali uerbo cœpiſſet, ſuperuacuũ fuiſſet inſerere tamẽ. Nũc igitur quũ rectè inchoatur, illã dictionẽ ut ſuperfluam, quaſi functam officio ſuo debemus abijcere.

Cic. pro Milone.

De Duntaxat. CAP. XLI.

Duntaxat, licet idẽ ſignificet qđ Solùm, tamẽ ferè ſolet aliter ĩ oratiõis ſerie diſponi, nec recipere poſt ſe

illud, sed etiam: ut solùm, ut tantùm, ut modò faciũt. Cicero pro Deiotaro: Quod ipsum etsi non iniquũ est in tuo duntaxat periculo. Et de Oratore: Ita loquamur, ut ei tradamus ea dũtaxat, quæ nos usus docuit. Quintilianus ĩ undecimo: Ergo quũ iudex ĩ priuatis, aut præco ĩ publicis dicere de cã iusserit, leniter cõsurgẽdũ, tũ componenda toga, uel (si necesse erit) de integro inijciẽda, dũtaxat ĩ iudicijs: apud principẽ enim, & magistratus, ac tribunalia, nõ licebit. Paulò pòst: Narratio magis prolatam manũ, amictũ recidentẽ, gestũ distinctum, uocem sermoni proximam, & tamen acriorem, sonũ simplicẽ frequentissime postulabit in his dũtaxat, qualia hæc sunt. Caius tamẽ, & Paulus præter morẽ hac dictiõe sunt usi. Alter enim ait sic: Fabros lignarios dicimus non eos duntaxat, qui ligna dolant, sed omnes, qui ædificant. Alter sic: Quũ tutor non rebus duntaxat, sed etiam moribus præponatur, in primis mercedes præceptoribus, nõ quas minimas poterit, sed pro facultate patrimonij, pro facultate natalium cõstituet. Semel quoq; T. Liuius lib. XLVI. Nec animũ uobis duntaxat fidelẽ ac bonũ præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis. Cap. 3. Eod. lib. & ca.

De Quandoquidem, Quando, Quatinus, & Quatenus. CAP. XLII.

QVandoquidẽ, & Quando, idem significant: & significant Quoniã. Cicero, et Vergilius frequẽtius superiore utũtur, Quintilianus posteriore. Cicero igitur de Oratore: Quæ sunt ĩ hominũ uita, quãdoqdẽ ĩ ea uersatur orator, atq; ea est ei subiecta materia, oĩa quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, cognita esse debẽt. Vergilius: Aeneid. 10.

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris.

Sine Quidẽ: Hic tibi (fabor enĩ) quãdo hæc te cura remordet. &c. Mirorq; cur Priscian. illud Vergilianũ Quãdo, Aeneid. 1. Prisc. lib. 15.

 pro

pro Aliquando exposuerit:

Aeneid.10. *Aspera queis natura loci dimittere quando*
Suasit equos. quod accipiedũ est pro Quoniã: ut alibi:

Aeneid.2. *-His se, quando ultima cernunt,*
Extrema iam morte parant defendere telis.

Lib.12.cap.1. *Quintilianus: Quando igitur orator est uir bonus (is aũt citra uirtutẽ intelligi non potest: uirtus etiãsi quosdã impetus ex natura sumit, tamẽ perficiẽda doctrĩa est) mores ante omnia oratori studijs erũt excolẽdi. Eiusdẽ significati est Quatinus apud seculũ duntaxat Quintiliani. Is ita ait: Sed quatinus luctus nostri in ius uocatur, et fleti dispu tandũ est, & orbitati suæ mater irascitur, superemus, quã exorare nõ possumus. Et eius discipulus Plinius Iunior: Et quatinus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixisse testemur. Quatenus autẽ significat inquãtum, sicut Eatenus intantum. Cicer. in Lælio: Videndũ est quatenus amicitiæ tribuendum est. Seculum autẽ Quintiliani, quod dixi, à Liuio, Vergilio, Horatio exordior: quorum ultimus in Sermonibus sic ait:*

Declam.6. Si uerum elegantiarũ Vallæ codicẽ nactus fuisset Mancinellus, non hîc suam in eũ exercuisset limam.

Epist.7. lib.1.

Satyr.5. lib.2.

Surrentina uafer, qui miscet fœce Falerna
Vina, columbino limum bene colligit ouo,
Quatinus ima petit uoluens aliena uitellus.

De Igitur, Ergo, Quare, Quamobrem, Quapropter. CAP. XLIII.

IGitur, atq; Ergo breuioribus adhibẽtur cõclusionibus: Quare, Quamobrẽ, Quapropter, maioribus: nisi ita dicas, Nescio quare sic loquaris, Intelligo quãobrẽ sic facias. Illud aũt primũ, qđ protuli, sæpe ad significãdã coniunctionẽ partiũ orationis adhiberi solet, & ferè post aliquam rẽ interiectam, quasi in hunc sensum, Vt autem continuem; aut ut pergã ad sequẽtia, Ac ne sim lõgus in exẽplo,

plo, ut necesse foret, afferam breue ex poëta sumptum.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum: Ver. eclog. 7.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo:
Alterius igitur contendere uersibus ambo Cœpere.

Ergo, etsi rarius, tamē nōnūquā, & hoc modo usurpatur.

De Adeò, Vsqueadeò, Vsque eò, & Tantùm. CAP. XLIIII.

ADeò exponūt pro ualde: ut Terēt. Adolescētē adeò *nobilē*. In Eunnch. act. 1. scen. 2. *Significat etiā* Intantum, *nonnunquā sequente* Vt, *nonnunquā non sequente: ut apud* Quintilianum: *Cuncta (si uidetur) iura percurrite, nusquā adeò pro nobis solicita lex est, ut qd' præstat extorqueat. Dedit cæco talionis actionē, nō manus recusantis impellit: iniuriarum, cædis agere permisit, sed non cogit inuitos: adeò penè leuius est ultionē perire, quàm potestatē. Genus seruitutis est coacta libertas.* Hic eadē sentētia fuerit, si dixero: *Adeò ut penè leuius sit ultionē perire, quā potestatē.* Nā *sæpe hoc modo legimus adeò positū cum uno uerbo, non cum duobus, quale fuerat exemplum superius: ut apud eundem,* At *quum protinus respondēdū est, omnia parari nō possunt, adeò ut paulò minus promptis etiā noceat scripsisse, si alia ex diuerso, quàm opinati fuerint, occurrerīt.* Licuisset *hoc etiā sic dicere,* Adeò *paulò minus prōptis etiam nocet scripsisse.* Idem *efficit usq; adeò, & usq; eò, ut apud eundem:* Hinc *rumor, & uana de se persuasio, usq; adeò ut illo disci pulorū tumultu inflati, si parum à præceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant.* Sine *ut, & per indicatiuū apud* Ciceronē: *Ne siquando ei dicēdum erit de iustitia, de fide,* De Ora. li. 1 *mutuetur à* Platone, *qui quū hæc exprimēda uerbis arbitraretur, nouam quandam finxit in libris ciuitatē, usq; eò illa, quæ de iustitia dicēda putabat, à uitæ cōsuetudīe, et à*

ciuitatum moribus abhorrebant. Multi ad hunc ipsum modum usurpant Tantùm.

De Quin, & Quinetiam. CAP. XLV.

Aeneid.1. QVin, pro Quinetiam, siue Atq; etiam. Vergilius.

– Quin aspera Iuno,

Quæ mare nunc, terrasq́; metu, cœlumq́; fatigat,

Consilia in melius referet.

Quin, pro Vt non, ubi desideratur utiq; subiunctiuũ uerbum, idemq́; non principale: ut idem lib. III. Aeneidos:

Hîc tibi nequa moræ fuerint dispendia tanti, &c.

Et paulò pòst,

Quin adeas uatẽ, precibusq; oracula poscas. Quin pro Cur non, semper interrogatiuè, & per indicatiuum. Idẽ:

Eclog.1. *Quin tu aliquid saltem potius, quorũ indiget usus,*

Viminibus, mollíq; paras detexere iunco?

Nescio quid uiderit Seruius, qui hunc locũ exposuit per Quinetiam. Sed duo priores sensus uulgò sunt noti, in carmine, & in prosa frequentes, et obuij. De tertio afferã ex oratoribus quoq; exemplum. Cic. pro Rabirio: Quin cõpescitis istam uocem indicem stultitiæ, testem prauitatis?

Declam.15. circa fin. *Quintilianus in paupere amatore: Quin potius iuuenis admittis consilij rationem?*

De Secundum præpositione. CAP. XLVI.

Georg.3. SEcundum, nonnũquam pro iuxta, & post. Vergilius:

Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum.

Declam.1. *Flumina. – Quintilianus in pariete palmato: Tu iaces*

Epist.12.li.4. *secũdum occasionẽ, & expeditũ tibi in proximo facinus*

Epist.fa.Cic. *est. Sulpitius: M. Marcellũ post cœnæ tẽpus à Magio Chilone familiari eius pugione pcussum esse, & duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterũ in capite secũdum aurem. Hîc iuxta significat. Itẽ quod ab altero secũdũ est, id iuxta*

iuxta est, atq; post. Ideoq; Secundum pro post accipitur, quasi secundo loco. Idē Quintilianus in Gladiatore: Nā quod unū mihi secundū patrem fortuna uidebatur parasse præsidium, id ego sperare in illa sorte nō poterā. Cicero: Proxime autem, & secundū Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Idem appellat L. Annium, qui erat institutus secundū filiā. Liuius lib. I x. Hetrusci belli fama exorta est: nec erat ea tempestate gens alia, cuius secundū Gallicos tumultus arma terribiliora essent. Secundum etiam accipitur pro eo, quod est Pro: ut Secundum te litem do: Secundum me iudica: Secundum se iudicium des uult: id est, pro me, pro te, pro se. Et pro In: ut, Secundum quietem: id est, in quiete somni. Secundum autem Platonē, secundum Pythagoram, sensus hic notißimus est. Declam. 9. De Off. li. 2.

De Iam, & Iamiam. CAP. XLVII.

IAm, eleganter usurpari solet, aliquādo quasi pro Tūc: ut Cicero, Ipsa uerba cōpone: et quasi coagmēta (quod ne Græci quidem factitarunt) iam neminem anteponas Catoni. Quintilianus: Quòd si satis prudenter ea uiderint, iam propè consummata fuerint præcipientis opera. Aliquando significat Præterea, quasi nodus quidam inter sententias: ut Vergilius: De clar. orat.

Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum, Georg. 3.

Iam uarias pelagi uolucres. Huiusmodi exēpla sunt crebra. Idem efficiet iunctū cū Vero: Iā uerò urbibus constitutis, &c. Iamiā de futuro, palàm est, quid significet: ut, Iamiā aderit. Et de præsenti, licet ad futurum resoluatur: Georg. 1.

–Iamiāq; manu tenet, et premit hasta, quasi nūcnūc tenebit. Nonnunquā figuratè per indignationē, miserationem'ue accipitur: ut idē Verg. *–Iamiā nec maxima Iuno,* Aeneid. 2. Aeneid. 4.

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Cicer

Cicer.in Verrē: Iamiam Dolabella neq; me tui, neq; tuorum liberorum, quo te aliqui innocentem putant, casus mi seret. Quintilianus: Iamiam malo uenena, ferrum, subitos ictus, improuisamq; mortem: qui incestum non credit, torquere non debet: qui credit, statim debet occidere. Et hæc per indignationē. Per miserationē uerò, Sallust. in Iugurtha: Iamiam animo meo charissime frater, quanquam tibi immaturo, & unde minimè decuit, uita erepta est, tamē læ tandum magis, quàm dolendum puto casum tuū. Per exhortationem quoq;: ut apud Quintil. Iamiam commilito quicunq; casus manet, etiamsi te Imperator damnaturus est, habes solatium, satius est, quàm à patre occidi.

De Tantisper, Paulisper, Aliquantisper, Parumper, & similibus. CAP. XLVIII.

TAntisper, ferè postulat post se Dum pro Donec, siue Quandiu. Nam & Donec duobus modis accipitur. Dabo operā uoluptatibus donec moriar: i. usq; ad mortē: & Dabo operam uoluptatibus donec uiuo: i. quandiu uiuo. Eiusdē naturæ est Dū. Ideoq; in priore sensu amat subiunctiuum: in posteriore indicatiuū more Donec: ut apud Cic. Deinde est in carcerē deductus, ut ibi esset tātisper, dū culeus, in quē cōiectus deferretur, compararetur. Terent. Ego te meū esse dici tantisper uolo, Dum quod te dignum est, facies. Sunt tamē qui pro Tantūmodo accipiāt. Sunt qui etiam pro Intereà. Cætera quoq; sic à Per, cōposita, ad tēporis breuitatē referuntur: Parūper, Paulisper, Aliquātisper. Sunt qui per imperitiam hæc accipiunt pro suis primitiuis, quæ sunt Parum, Paulum, Aliquantulum.

De Inuē. li. 2.

In Heauton. act. 1. sce. 1.

De ferè, & Temerè. CAP. XLIX.

FErè, significationē habet nō omnibus notā, nisi quādo significat Penè, cuius significatio est, Paulū abfuit

quin

quin:ut Penè, siue ferè in manus hostiũ incidi, id est paulũ abfuit, quin in manus hostiũ inciderem. Altera significatio est, quũ subintelligitur aliqua uniuersalitas: ut Quint. Hæ sunt ferè emẽdatè loquẽdi, scribendiq; partes, i. ferè omnes. Ideoq; ferè omnes adiũgitur: ut idẽ, Nam in omnibus ferè minus ualent præcepta, quàm experimẽta. Similiter de loco, de tẽpore, similibusq;: ut, Vtor ferè hac ueste in faciẽdis sacris, i. in omni ferè tẽpore. Ferè Romani orbem subegerũt, id est, ferè totum orbẽ. Ferè fit, ut iuuenes ament, id est, ferè ubiq;. Cuius significationis imperiti corruperũt illud Ciceronis de Amicitia: Memini illum in eũ sermonẽ incidere, qui tũ ferè multis erat in ore, quũ scribẽdũ sit, Qui tũ ferè erat in ore, id est, ferè omnibus. Pro Ferè accipitur Temerè apud omnes post Ciceronem natos: ut Quintil. Illud ingeniorum uelut præcox genus non temerè unquã peruenit ad frugẽ. Lib.1.cap.4. Sunt enim quædã, quæ sequens, ac proximũ M. Tullio seculum adiungẽda existimauit: ut Procul dubio, Obiter pro specialiter, tali causa, uel pro statim: Quoties pro quãdo. Nã Cic. ferè nunquàm utitur, nisi addat toties. Citra pro sine: ut ibi, Plusq; si separes, usus sine doctrina, q̃ citra usum doctrina ualeat, Quintil. li.2. cap.6. Interim pro aliquãdo. Meo nomine, Tuo nomine, Hoc nomine, pro mea, tua, hac causa, siue hoc respectu: ut ibi, Minus est ꝙ flendũ meo nomine, quàm quòd illius gaudendũ est. Et alibi: Ago ãnimo gratias hoc solo nomine crudelissimis fatis, quòd maximũ facinus nõ in prima æui mei parte posuerũt. Quintil. in procem. li.6. Instit. Cicero rarissimè: ut in Bruto, At uerò inquã ego tibi Brute nõ soluã, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminẽ, cuius petitio sit, petiturũ. Et pro Sylla: An cũ tãto imperio, tantaq; potestate nõ dicis fuisse regẽ, nũc priuatũ regnare dicis? quo tandẽ nomine? Sed hoc declinabile

nabile est. Nunc autem de indeclinabilibus agimus, qualia & hæc sunt: Alioqui, Aliâs, Nihilominus, Super, *&* Supra, *diuersius aliquantulum à Ciceronis usu.* De qua *differentia in commentarijs à me in huius orationes, & illius declamationes componendis differetur.*

De Périnde, Próinde, Súbinde, Identidem, Itidem, & Item. CAP. L.

PErinde, *flagitat post se* Ac si, *uel* Atq; si, *quum significatio eius sit* Ita: *ut,* Fac perinde, ac si tua res esset: *id est, ita quasi. Cũ negatione uerò etiam* Quàm: *ut* Sueton. Cap.5. *de uita* Domitiani, *Nulla tamẽ re perinde motus, quàm responso, casuq; Ascletarionis mathematici. Quòd si nõ sequatur nec* Ac si, *nec negatio, accipitur pro æquè: ut* Pli- Epist.1. lib.2. *nius* Iunior, *Funus Virginij Rufi maximi, & clarißimi uiri, & perinde felicißimi.* Pro ita, *id est, multùm: ut idem* Cap.13. *Suetonius de uita Galbæ, Quare aduẽtus eius nõ perinde gratus fuit.* Proinde *idẽ est quod* Ideo, *uel potius* Ideoq;: *semper enim dependet à superiore sententia. Quidã, quorum est* Lucretius, *accipiũt* Proinde *in eam significationem quã dedimus perinde: ubi* Proinde *duas syllabas habere facit.* Subinde *reperitur pro,* Inde, *uel* Deinde, Statim: *ut* Tit.Liu.lib.III. *Subinde acceptus à* Publio Numitorio Spurius Oppius. *Et* Horat. *ad* Cel. *epist.* VIII. *li.*I.

Lucret. lib.4. Porrò omnes quæcũque ci bum capiunt animãtes, Vt sunt dissimiles extrinsecus, & generatim, Extima membrorum circum textura coërcet, Proinde & seminibus constant, uariãtque figura.

Si dicet rectè, primùm gaudere, subinde
Præceptum auriculis hoc instillare memento.

Etiam pro Idẽtidem, *siue* Frequẽter *cum quodã interuallo: ut si iter faciẽs crebrò ad comitem respiciam, an me sequi poßit, dicã,* Subinde respicio. Cice. *autẽ diceret* Idẽtidem. *Nam* Subinde *uti nõ solet, ne æquales quidem eius,* Varro, Sallustius, Cæsar: *licet illi utantur* Nouißimò *pro ultimò, multiq; alij, quod* Cice. *non facit.* Itidẽ, & Item,

signific

significãt id, quod Similiter. Hæc omnia ab Inde cõposita Priscianus, multiq́; alij pronũtiari uolũt accentu in antepenultima syllaba, qualia sunt (ut eidẽ placet) cõposita à Quando, Aliquãdo, Síquãdo, Néquãdo, Núnquando. Est enim hoc ultimũ & ipsum cõpositum, ideoq́; per n, in tertia litera scribendũ est, nõ per m, pro eo quod est Num aliquãdo. Est autẽ huius monosyllabæ significatio penè eadẽ quæ An, subintelligitq́; utiq; negationẽ. Vt, Nũ ego te spoliaui? quasi dicat, Ego te non spoliaui. At quoties per negationẽ interrogamus, subintelligitur affirmatio: ut, Nõ ego te spoliaui? quasi dicat, Ego te spoliaui. Affirmatiua autẽ respõsio hæc propria est, Etiã. Vt uidisti me hodie? si uidi te, respõdere debeo, Etiã, uel Sic. Plinius ad Tacitũ: Studes inquam? respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Vulgò autem respondemus, Ita: neque hoc sine autoritate. Simo apud Terentium dicenti Dauo, Mihíne? respondit, Ita. Prisc. lib 15. Epi. 13. lib. 5. Terent. in And. sce. 2. act. 5.

De Nunc. CAP. LI.

NVnc, solet usurpari sine significatione tẽporis: ut de Diuinatione Cicero: Quæ quidẽ multò plura euenirent, si ad quietẽ integri iremus: nũc onusti cibo, & uino, cõfusa, et perturbata cernimus. Et de Oratore: Et si in huiusmodi genere nihil esset nisi falsum, atq; imitatione simulatum, maior ars aliqua eßet requirenda: nũc ego quid dicam? Et in eodem: Nam si ita diceres, & cætera. Nunc uerò fateris, & cætera. Lib. 1.

De Bene, Male, Peius, Pessime. CAP. LII.

BEne, nõnunquã accipitur pro Valde: ut Cice. Habetis sermonẽ bene longum. Quintil. Quũ multa discertè, summisq́; clamoribus, quæ neq; ad iudicẽ, neq; ad declamationem pertinẽt, decãtauerunt, bene sudãtes, beneq; comitati per forũ reducũtur, Huic simile quiddam habet Male, De Ora. li. 2. Lib. 12. cap. 8.

ut

ut Comici frequēter utūtur. Male mihi timeo: pro eo quod est Valde timeo. Cicero in Bruto: Addebat etiā, idq́; ad rē pertinere credebat, scriptores illos male mulctatos. id est, ualde, & quasi bene mulctatos, sed in malū illorū: ideoq́; nō benè dixit mulctatos, sed malè. Neq; id solū ī positiuo aduerbio, sed in superlatiuo quoq;: ut Peßimè mulctatos. Atq; adeò in cōparatiuo, sed frequētius cū uerbo Odi: ut idē in Philip. Quo neminē ueterani peius oderūt. Peius, quasi magis, & ualidius. Idem ad Mariū: Oderam multò peius hunc, quàm illum ipsum Clodium: Illum enim oppugnaueram, hunc defenderam. Nec tantùm per comparatiuum cum hoc uerbo, uerùm etiā per positiuum. Vt Terēt. in Adelphis: Illud rus nulla alia causa tam male odi, nisi quia Propè est. tam male, pro eo quod est, Tam ualde. Per aliud autem uerbum, ut Ouidius Heroidum:

Epist. 2. lib. 7. fam. epi.

Act. 4. scę. 1.

Epi. Phæd. ad Hippoly.

Peius adulterio turpis adulter obest.

De Super, Supra, Intra, Infra, Subter. CAP. LIII.

SVper, & *supra, licet in eodē loco sedere poßint, tamē in hoc plerūq; differūt, quòd illud contiguum est, hoc interiecto spatio. Vt, Sedeo super lapidē, magis quā supra lapidem. Rursus, Aquila uolat, uel, nubes pēdēt supra nos potius, quā super nos. Nō tamē sic semper: ut apud Quint. Nec ulla est supra terras adeò rabiosa bellua, cui nō imago sua sancta sit.* Et *Liuiū lib.* XLIIII. *Vbi circa muros subter terrā p dies quindecim pugnatū est.* Intra, & *infra etiā differunt: quia* Intra *ad numerum, & spatiū refertur: ut,* Intra *uiginti dies: &,* Intra *muros: nō aūt infra uiginti dies: uel, infra muros.* Infra *ad dignitatē, et ad locū: ut,* Infra *dignitatē meā est: &,* Infra *tectum, id est, subter tectum.* Deniq; Intra *habet relatiuū* Extra: Infra *uerò* Supra. Subter *quoq; relatiuum habet* Super: *ideoq́; tactum*

rei

rei ferè significat. Vt, Hic urinator mirifice natat, duratq; subter aquam.

De Sicut, Ita, Itaque, & Sic. CAP. LIIII.

Sicut, habet nõnunquam uenustatẽ magnã, atq; utilitatem in disponẽdo, quoties antecedẽtem annectit cũ sequente sententia: ut apud Quintil. Sunt & alia ingenita quidẽ quæ adiuuãt, uox, latus patiẽs laboris, ualetudo, cõstantia, decor; quæ si modica obtigerũt, possint ratione ampliari. Sed nõnunquã ita desunt, ut bona etiã ingenij, studiaq; corrũpant: sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci legendi, scribẽdi, dicẽdi, multa, & cõtinua exercitatione per se nihil prosunt. Plin. li. VII. Ferũt Crassum auũ Crassi in parthis interẽpti nũquam risisse, ob id ἀγέλαστον uocatum, sicut nec flesse multos. Seruius grãmaticus hac dictione et bene, et frequẽter utitur. Possumus eodẽ modo, quo Sicut, usurpare duo alia, Quẽadmodũ, & Quomodo, aut si qd aliud est eiusmodi naturæ. Habet & aliã naturã Sicut, ut nõ modo res similes copulet (qđ est frequẽtissimũ) sed diuersas quoq;, et sæpe cõtrarias: ut idẽ Quint. Sed hæc eloquẽdi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita nõ satis ad uim dicẽdi ualent, nisi illis quædã facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. Quod licet dicere etiã per Vt, & quidẽ frequentius: ut idẽ, Quod ut optimũ, ita longè difficilimũ. Sed in hoc genere sermonis bonã sibi partẽ uẽdicat illud, Ita. De quo hoc etiã addã. ꝙ nonnunquã accipitur pro Itaq;, sed hac differẽtia, ut nunquã ipsum antecedat in eadem sententia altera dictio. Cicero in Tuscul. Ita nobilissima ciuitas Græciæ, et olim potẽtissima sepulcrũ ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. Possumus ꝑ Itaq; sic dicere, Itaq; ciuitas, uel ciuitas itaq;, eodẽ modo quo Sic,

Lib. I. procœ.

Cap. 19.

nemini dubiũ est, Quòd, resolui per Quia: & Quò, per Vt: & hoc in loco à Cicerone significari causam efficientem, cui competunt Quòd, & Quia: non finalem, cui cõpetunt Quò, & Vt: quod liquidè probatur, quum in eadem sententia de utraq; causa fit mentio. Quale est, Non castigo te, quòd odio habeã, sed quò meliorem efficiam. In primo membro est causa efficiens, in secũdo causa finalis. Mutemus iterũ causas sic: Castigo te, nõ quòd odio habeã, sed quòd amem. Rursus, Nõ castigo te, quò uoluptatem ex cõtumelia tua contraham, sed quò meliorem reddam. Vbi est Quòd, illhic posse poni Quia: & ubi Quò, illhic Vt, uel duplex, uel simplex, iam dictum est.

De facio ut, & Committo ut. CAP. XXXVIII.

Cicero de senectute. Ad Heré. li. 3. In procemio lib. 4. Inst.

INuitus feci, ut C. Flaminium de Senatu eijcerẽ. Et alibi idẽ Cic. Faciẽdũ puto, ut paucis rationẽ nostri consilij demus. Et Quint. Quòd si nemo miratur poëtas maximos sæpe fecisse, ut in principijs operum suorũ Musas inuocarent. Discrimen habet hic loquẽdi modus ab altero. Alibi nãq; fit aliud propter aliud, ut quũ quis inuigilat diligentius faciendæ mercaturæ, cur id faciat interrogatus, ut liberi mei honestius uiuãt, respõdebit. Aliud est ergo, quod ipse facit: aliud propter quod hoc ipsum facit. Nõ ita in exemplis à me modò recitatis. Quid Cato fecit, ut Flaminiũ eijceret de Senatu? Nẽpe id ipsum quod fecit. Quid faciũt poëtæ, ut musas inuocẽt? Nẽpe nil aliud, nisi ꝙ musas inuocãt. Idẽ est igitur in genere huiusmodi principiũ & finis: siue opera, & effectus. Idẽ fecit Cic. quodã in loco, ĩ uerbo. Cõmitto: Qui secũdũ naturã uiuere uolet, nũquã cõmittet, ut alienũ appetat: & qđ alteri detraxerit, sibi assumat. Idẽ est hoc, ac si dixisset: Qui secũdũ naturã uiuere uolet, nunquàm alienũ appetet, ut in superioribus,

Lib. 3. Offic.

Inuitus

Inuitus C. Flaminium Senatu cieci: & , paucis ratio nostri consilij est reddenda: & ita in cæteris.

De Quòd, & Quum. CAP. XXXIX.

QVòd, & Quũ, quiddã peculiare in oratione exhibent: ut in Bruto Cic. Augebat etiã molestiã, quòd magna sapientium, ciuiũq; bonorũ penuria iam in ciuitate esset. Idem ad Plancũ: Quo in periculo nonnihil me cõsolatur, quum recordor hæc me tũ uidisse. Quid est, quod augeat Ciceroni molestiã? aut quid eũ cõsolatur? uel quòd magna penuria sapientum esset, uel quũ recordaretur suæ prouidẽtiæ? Nẽpe hoc ipsum, quòd magna penuria sapientum esset, & quòd illud suũ consilium recordaretur. Idẽ ẽst igitur id, in quo molestiã, consolationem'ue capit, & propter quod ipsam molestiam, ac consolationem capit. Epist. 14. li. 5. fam.

Qua de causa, Vt, Tamen, & similia abiiciuntur. quandoque ab oratione. CAP. XL.

SAepe admirari soleo, quòd nunquàm tibi grauẽ senectutẽ esse senserim. Quid miraris Scipio te nõ sensisse, quod sentire nõ posses? Quippe quod nũquàm fuit. Miraris, quòd nunquàm senseris me fuisse luscũ, qui nunquã fui? Mirãdũ potius foret, si sensisses me luscũ, aut grauiter tolerantẽ senectutẽ. Verùm sic locutus est Scipio cum Catone, quasi diceret. Miror senectutẽ tibi, ut sentio, non esse graue. Et alibi idẽ Cicero: Declarat autẽ studiũ bellicæ gloriæ, quod statuas quoq; uidemus ornatu ferè militari. Nõ quod uidemus, sed ut uidemus, quod sunt statuæ ornatu ferè militari, declaratur studiũ bellicæ gloriæ. Et alibi: Nõ tã me ista fama delectat, falsa præsertim, quàm quod spero amicitiæ nostræ memoriã sempiternam fore, pro eo, quod est, Quàm quòd amicitia nostra (ut spero) sempiterna erit. Et alibi: Nũ etiã cõtẽnitis, quod sensistis tam charã populo Cic. in Cato. Maio. Lib. I. Offic. c. de magnanimitate. In Lælio. Philip. I.

Romano Auli Hirtij uitam fuisse? pro eo quod est, Quòd, ut sensistis, tam chara uita Hirtij pop. Rom. fuit. Et alibi: Et eò studiosius hoc negotiũ suscepimus, ꝙ te nõ sine causa uelle cognoscere rhetoricã intelligamus, pro eo quod est, Vt intelligo, non sine causa uis cognoscere rhetoricã.

Ad Heren. in procem.

Cap. 18.

Quintil. in 11. Sicut Polycratem quũ Busirim laudaret, & Clytemnestram, quanquàm is, quod dißimile non est, cõposuisse orationẽ, quæ est habita cõtra Socratẽ, dicitur. Nõ est hoc, Quòd cõposuisse dicitur orationẽ contra Socratẽ, simile illi, Quòd laudauit Busirim & Clytemnestrã, sed hoc ipsum, ꝙ cõposuit orationẽ, ut dicitur. Nãq; dũ fortius opus permisit ætas, terrã manibus subegit, & difficultatẽ labore perdomui, & inuito solo nõnihil tamẽ fœcunditatis expreßi, subintellige quãuis: sic, Quãuis solum esset inuitũ, tamẽ nonnihil expreßi fœcunditatis. Et, In his pristinæ fortunæ reliquijs miseris, & afflictis, tamẽ haberet quosdã quorũ animos ne supplicio quidẽ suo satiare posset, id est, quãuis reliquiæ pristinæ fortunæ miseræ sint, & afflictæ, tamẽ haberet quosdã, &c. Illud hoc loco non omittamus, quærentes ubi est quãuis, licet, etsi, quanquàm, similiaq;, et tamẽ, unde incipiẽda sit cõstrui oratio? Vtrinq; prohiberis. Sed nimirũ à uerbo cui adhærebat tamẽ, ipso tamẽ excusso: quod idcirco in ligatura, & quasi iunctura orationis incertũ est, quia oratio unde nõ debuerat, inceperat. Vt, Etsi uereor iudices, & cætera. Quòd si à principali uerbo cœpisset, superuacuũ fuisset inserere tamẽ. Nũc igitur quũ rectè inchoatur, illã dictionẽ ut superfluam, quasi functam officio suo debemus abijcere.

Cic. pro Milone.

De Duntaxat. CAP. XLI.

Duntaxat, licet idẽ significet qđ Solùm, tamẽ ferè solet aliter ĩ oratiõis serie disponi, nec recipere post se

illud,sed etiam:ut solùm,ut tantùm,ut modò faciũt.Cicero pro Deiotaro:Quod ipsum etsi non iniquũ est in tuo duntaxat periculo.Et de Oratore:Ita loquamur,ut ei tradamus ea dũtaxat,quæ nos usus docuit.Quintilianus ĩ undecimo:Ergo quũ iudex ĩ priuatis,aut præco ĩ publicis dicere de cã iusserit,leniter cõsurgẽdũ,tũ componenda toga, uel(si necesse erit)de integro inijciẽda,dũtaxat ĩ iudicijs: apud principẽ enim,& magistratus,ac tribunalia,nõ licebit.Paulò pòst:Narratio magis prolatam manũ,amictũ recidentẽ,gestũ distinctum,uocem sermoni proximam, & tamen acriorem,sonũ simplicẽ frequentißime postulabit in his dũtaxat,qualia hæc sunt.Caius tamẽ,& Paulus præter morẽ hac dictiõe sunt usi.Alter enim ait sic:Fabros lignarios dicimus non eos duntaxat,qui ligna dolant,sed omnes,qui ædificant.Alter sic:Quũ tutor non rebus duntaxat,sed etiam moribus præponatur,in primis mercedes præceptoribus,nõ quas minimas poterit,sed pro facultate patrimonij,pro facultate natalium cõstituet. Semel quoq; T.Liuius lib.XLVI.Nec animũ uobis duntaxat fidelẽ ac bonũ præstitit,sed omnibus interfuit bellis,quæ gesßistis. Cap.3. Eod.lib.&ca.

De Quandoquidem,Quando,Quatinus, & Quatenus. CAP. XLII.

QVandoquidẽ,& Quando,idem significant: & significant Quoniã.Cicero,et Vergilius frequẽtius superiore utũtur,Quintilianus posteriore.Cicero igitur de Oratore:Quæ sunt ĩ hominũ uita,quãdoqdẽ ĩ ea uersatur orator,atq; ea est ei subiecta materia,oĩa quæsita,audita,lecta,disputata,tractata,cognita esse debẽt.Vergilius:

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris. Aeneid.10.

Sine Quidẽ:Hic tibi(fabor enĩ)quãdo hæc te cura remordet.&c.Mirorq; cur Priscian.illud Vergilianũ Quãdo, Aeneid.1. Prisc.lib.15.

pro Aliquando expoſuerit:

Aeneid.10. *Aſpera queis natura loci dimittere quando*
Suaſit equos.quod accipiēdū eſt pro Quoniā: ut alibi:
Aeneid.2. *-His ſe,quando ultima cernunt,*
Extrema iam morte parant defendere telis.

Lib.12.cap.1. *Quintilianus: Quando igitur orator eſt uir bonus (is aūt citra uirtutē intelligi non poteſt: uirtus etiāſi quoſdā impetus ex natura ſumit,tamē perficiēda doctrīa eſt) mores ante omnia oratori ſtudijs erūt excolēdi.* Declam.6. *Eiuſdē ſignificati eſt Quatinus apud ſeculū duntaxat Quintiliani. Is ita ait: Sed quatinus luctus noſtri in ius uocātur,et flēti diſputandū eſt,& orbitati ſuæ mater iraſcitur,ſuperemus, quā exorare nō poſſumus. Et eius diſcipulus Plinius Iunior: Et quatinus negatur nobis diu uiuere, relinquamus aliquid, quo nos uixiſſe teſtemur. Quatenus autē ſignificat inquātum,ſicut Eatenus intantum. Cicer. in Lælio: Videndū eſt* Epiſt.7. lib.1. *quatenus amicitiæ tribuendum eſt. Seculum autē Quintiliani,quod dixi,à Liuio, Vergilio, Horatio exordior: quo*Satyr.5.lib.2. *rum ultimus in Sermonibus ſic ait:*

Si verum elegantiarū Vallæ codicē nactus fuiſſet Mancinellus, non hîc ſuam in eū exercuiſſet limam.

Surrentina uafer,qui miſcet fæce Falerna
Vina,columbino limum bene colligit ouo,
Quatinus ima petit uoluens aliena uitellus.

De Igitur, Ergo, Quare, Quamobrem, Quapropter. CAP. XLIII.

IGitur,atq; Ergo breuioribus adhibētur cōcluſionibus: Quare, Quamobrē, Quapropter, maioribus: niſi ita dicas, Neſcio quare ſic loquaris, Intelligo quāobrē ſic facias. Illud aūt primū,qđ protuli,ſæpe ad ſignificādā coniunctionē partiū orationis adhiberi ſolet,& ferè poſt aliquam rē interiectam,quaſi in hunc ſenſum, Vt autem continuem; aut ut pergā ad ſequētia, Ac ne ſim lōgus in exēplo,

plo, ut necesse foret, afferam breue ex poëta sumptum.

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum: Ver. eclog. 7.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo:
Alterius igitur contendere uersibus ambo Cœpere.

Ergo, etsi rarius, tamē nōnūquā, & hoc modo usurpatur.

De Adeò, Vsqueadeò, Vsque eò, & Tantùm. CAP. XLIIII.

ADeò exponūt pro ualde: ut Terēt. Adolescētē adeò nobilē. *Significat etiā Intantum, nonnunquā sequente Vt, nonnunquā non sequente: ut apud Quintilianum: Cuncta (si uidetur) iura percurrite, nusquā adeò pro nobis solicita lex est, ut qđ præstat extorqueat. Dedit cæco talionis actionē, nō manus recusantis impellit: iniuriarum, cædis agere permisit, sed non cogit inuitos: adeò penè leuius est ultionē perire, quàm potestatē. Genus seruitutis est coacta libertas. Hic eadē sentētia fuerit, si dixero: Adeò ut penè leuius sit ultionē perire, quā potestatē. Nā sæpe hoc modo legimus adeò positū cum uno uerbo, non cum duobus, quale fuerat exemplum superius: ut apud eundem, At quum protinus respondēdū est, omnia parari nō possunt, adeò ut paulò minus promptis etiā noceat scripsisse, si alia ex diuerso, quàm opinati fuerint, occurrerit. Licuisset hoc etiā sic dicere, Adeò paulò minus prōptis etiam nocet scripsisse. Idem efficit usq; adeò, & usq; eò, ut apud eundem: Hinc rumor, & uana de se persuasio, usq; adeò ut illo discipulorū tumultu inflati, si parum à præceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Sine ut, & per indicatiuū apud Ciceronē: Ne siquando ei dicēdum erit de iustitia, de fide, mutuetur à Platone, qui quū hæc exprimēda uerbis arbitraretur, nouam quandam finxit in libris ciuitatē, usq; eò illa, quæ de iustitia dicēda putabat, à uitæ cōsuetudie, et à* In Eunuch. act. 1. scen. 2. De Ora. li. 1

ciuitatum moribus abhorrebant. Multi ad hunc ipsum modum usurpant Tantùm.

De Quin, & Quinetiam. CAP. XLV.

Aeneid. I. QVin, pro Quinetiam, siue Atq; etiam. Vergilius.

– Quin aspera Iuno,

Quæ mare nunc, terrasq; metu, cœlumq; fatigat,

Consilia in melius referet.

Quin, pro Vt non, *ubi desideratur utiq; subiunctiuũ uerbum, idemq; non principale: ut idem lib.* III. *Aeneidos:*

Hîc tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti, &c.

Et paulò pòst,

Quin adeas uatẽ, precibusq; oracula poscas. Quin pro Cur non, *semper interrogatiuè, & per indicatiuum. Idẽ:*

Eclog. I. *Quin tu aliquid saltem potius, quorũ indiget usus,*

Viminibus, mollíq; paras detexere iunco?

Nescio quid uiderit Seruius, qui hunc locũ exposuit per Quinetiam. Sed duo priores sensus uulgò sunt noti, in carmine, & in prosa frequentes, et obuij. De tertio afferã ex oratoribus quoq; exemplum. Cic. pro Rabirio: Quin cõpescitis istam uocem indicem stultitiæ, testem prauitatis?

Declam. 15. circa fin. *Quintilianus in paupere amatore: Quin potius iuuenis admittis consilij rationem?*

De Secundum præpositione. CAP. XLXI.

Georg. 3. SEcundum, *nonnũquam pro* iuxta, & post. *Vergilius:*

Saltibus in uacuis pascant, & plena secundum Flumina. – Quintilianus in pariete palmato: Tu iaces

Declam. I. Epist. 12. li. 4. Epist. fa. Cic. *secũdum occasionẽ, & expeditũ tibi in proximo facinus est. Sulpitius: M. Marcellũ post cœnæ tẽpus à Magio Chilone familiari eius pugione pcussum esse, & duo uulnera accepisse, unum in stomacho, alterũ in capite secũdum aurem. Hîc iuxta significat. Itẽ quod ab altero secũdũ est, id*

iuxta

iuxta est, atq; post. Ideoq; Secundum pro post accipitur, quasi secundo loco. Idē Quintilianus in Gladiatore: Nā quod unū mihi secundū patrem fortuna uidebatur parasse præsidium, id ego sperare in illa sorte nō poterā. Cicero: Proxime autem, & secundū Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. Idem appellat L. Annium, qui erat institutus secundū filiā. Liuius lib. IX. Hetrusci belli fama exorta est: nec erat ea tempestate gens alia, cuius secundū Gallicos tumultus arma terribiliora essent. Secundum etiam accipitur pro eo, quod est Pro: ut Secundum te litem do: Secundum me iudica: Secundum se iudicium des uult: id est, pro me, pro te, pro se. Et pro In: ut, Secundum quietem: id est, in quiete somni. Secundum autem Platonē, secundum Pythagoram, sensus hic notißimus est. Declam. 9. De Off. li. 2.

De Iam, & Iamiam. CAP. XLVII.

IAm, *eleganter usurpari solet, aliquādo quasi pro Tūc: ut Cicero, Ipsa uerba cōpone: et quasi coagmēta (quod ne Græci quidem factitarunt) iam neminem anteponas Catoni. Quintilianus: Quòd si satis prudenter ea uiderint, iam propè consummata fuerint præcipientis opera. Aliquando significat Prætereà, quasi nodus quidam inter sententias: ut Vergilius:* De clar. orat.

Iam maris immensi prolem, & genus omne natantum, Georg. 3.

Iam uarias pelagi uolucres. Huiusmodi exēpla sunt crebra. Idem efficiet iunctū cū Vero: Iā uerò urbibus constitutis, &c. Iamiā de futuro, palàm est, quid significet: ut, Iamiā aderit. Et de præsenti, licet ad futurum resoluatur: Georg. 1.

—Iamiāq; manu tenet, et premit hasta, quasi nūcnūc tenebit. Nonnunquā figuratè per indignationē, miserationem'ue accipitur: ut idē Verg. —Iamiā nec maxima Iuno, Aeneid. 2. Aeneid. 4.

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Cicer

Cicer.in Verrē: Iamiam *Dolabella neq; me tui, neq; tuorum liberorum,quo te aliqui innocentem putant,casus mi seret.* Quintilianus: Iamiam *malo uenena,ferrum, subitos ictus,improuisamq; mortem:qui incestum non credit,torquere non debet:qui credit,statim debet occidere.* Et hæc per indignationē. Per miserationē uerò, Sallust.in Iugurtha: Iamiam *animo meo charißime frater, quanquam tibi immaturo,& unde minimè decuit,uita erepta est,tamē lætandum magis,quàm dolendum puto casum tuū.* Per exhortationem quoq;: ut apud Quintil. Iamiam *commilito quicunq; casus manet, etiamsi te* Imperator *damnaturus est,habes solatium,satius est,quàm à patre occidi.*

De Tantisper, Paulisper, Aliquantisper, Parumper,& similibus. CAP. XLVIII.

TAntisper,ferè postulat post se Dum pro Donec, siue Quandiu. Nam & Donec duobus modis accipitur. Dabo operā uoluptatibus donec moriar:i. usq; ad mortē: & Dabo operam uoluptatibus donec uiuo:i. quandiu uiuo. Eiusdē naturæ est Dū. Ideoq; in priore sensu amat subiunctiuum: in posteriore indicatiuū more Donec: ut apud

De Inuē.li.2. Cic. *Deinde est in carcerē deductus, ut ibi esset tātisper, dū culeus,in quē cōiectus deferretur, compararetur.* Terent.

In Heauton. act.1,sce.1. *Ego te meū esse dici tantisper uolo,Dum quod te dignum est,facies.* Sunt tamē qui pro Tantūmodo accipiāt. Sunt qui etiam pro Intereà. Cætera quoq; sic à Per,cōposita,ad tēporis breuitatē referuntur: Parūper, Paulisper, Aliquātisper. Sunt qui per imperitiam hæc accipiunt pro suis primitiuis,quæ sunt Parum, Paulum, Aliquantulum.

De ferè,& Temerè. CAP. XLIX.

FEre,significationē habet nō omnibus notā, nisi quādo significat Penè, cuius significatio est, Paulū abfuit quin

quin:ut Penè, siue ferè in manus hostiũ incidi, id est paulũ abfuit, quin in manus hostiũ inciderem. Altera significatio est, quũ subintelligitur aliqua uniuersalitas: ut Quint. Hæ sunt ferè emẽdatè loquẽdi, scribendiq́; partes, i. ferè omnes. Ideoq́; fere omnes adiũgitur: ut idẽ, Nam in omnibus ferè minus ualent præcepta, quàm experimẽta. Similiter de loco, de tẽpore, similibusq́;: ut, Vtor ferè hac ueste in faciẽdis sacris, i. in omni ferè tẽpore. Ferè Romani orbem subegerũt, id est, ferè totum orbẽ. Ferè fit, ut iuuenes ament, id est, ferè ubiq;. Cuius significationis imperiti corruperũt illud Ciceronis de Amicitia: Memini illum in eũ sermonẽ incidere, qui tũ ferè multis erat in ore, quũ scribẽdũ sit, Qui tũ ferè erat in ore, id est, ferè omnibus. Pro Ferè accipitur Temerè apud omnes post Ciceronem natos: ut Quintil. Illud ingeniorum uelut præcox genus non temerè unquã peruenit ad frugẽ. Lib. 1. cap. 4. *Sunt enim quædã, quæ sequens, ac proximũ M. Tullio seculum adiungẽda existimauit: ut Procul dubio, Obiter pro specialiter, tali causa, uel pro statim: Quoties pro quãdo. Nã Cic. ferè nunquàm utitur, nisi addat toties. Citra pro sine: ut ibi, Plusq́; si separes, usus sine doctrina, q̃ citra usum doctrina ualeat,* Quintil. li. 2. cap. 6. *Interim pro aliquãdo. Meo nomine, Tuo nomine, Hoc nomine, pro mea, tua, hac causa, siue hoc respectu: ut ibi, Minus est ꝙ flendũ meo nomine, quàm quòd illius gaudendũ est. Et alibi: Ago q̃nimo gratias hoc solo nomine crudelißimis fatis, quòd maximũ facinus nõ in prima æui mei parte posuerũt.* Quintil. in proœm. li. 6. Instit. *Cicero rarißimè: ut in Bruto, At uerò inquã ego tibi Brute nõ soluã, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminẽ, cuius petitio sit, petiturũ. Et pro Sylla: An cũ tãto imperio, tantaq́; potestate nõ dicis fuisse regẽ, nũc priuatũ regnare dicis? quo tandẽ nomine? Sed hoc declinabile*

nabile eſt. Nunc autem de indeclinabilibus agimus, qualia & hæc ſunt: Alioqui, Aliâs, Nihilominus, Super, *&* Supra, *diuerſius aliquantulum à* Ciceronis *uſu.* De qua *differentia in commentarijs à me in huius orationes, & illius declamationes componendis diſſeretur.*

De Périnde, Próinde, Súbinde, Identidem, Itidem, & Item. CAP. L.

PErinde, *flagitat poſt ſe* Ac ſi, *uel* Atq; ſi, *quum ſignificatio eius ſit* Ita: *ut,* Fac perinde, *ac ſi tua res eſſet: id eſt, ita quaſi. Cũ negatione uerò etiam* Quàm: *ut* Sueton.
Cap.5. de uita Domitiani, *Nulla tamẽ re perinde motus, quàm reſponſo, caſuq;* Aſcletarionis *mathematici. Quòd ſi nõ ſequatur nec* Ac ſi, *nec negatio, accipietur pro æquè: ut* Plinius Iunior, *Funus* Virginij Rufi *maximi, & clariſſimi* (Epiſt.1. lib.2.)
uiri, & perinde feliciſſ. Pro ita, *id eſt, multùm: ut idem*
Cap.13. Suetonius *de uita* Galbæ, *Quare aduẽtus eius nõ perinde gratus fuit.* Proinde *idẽ eſt quod* Ideo, *uel potius* Ideoq;:
Lucret. lib.4. *ſemper enim dependet à ſuperiore ſententia. Quidã, quorum eſt* Lucretius, *accipiũt* Proinde *in eam ſignificationem quã dedimus perinde: ubi* Proinde *duas ſyllabas habere facit.* Subinde *reperitur pro,* Inde, *uel* Deinde, Statim: *ut* Tit. Liu. lib. III. *Subinde acceptus à* Publio Numitorio Spurius Oppius. Et Horat. *ad* Cel. *epiſt.* VIII. *li.* I.

Si dicet rectè, primùm gaudere, ſubinde
Præceptum auriculis hoc inſtillare memento.

Porrò omnes quæcũque cibum capiunt animãtes, Vt ſunt diſsimiles extrinſecus, & generatim, Extima membrorum circum textura coërcet, Proinde & ſeminibus conſtant, uariãtque figura.

Etiam pro Idẽtidem, *ſiue* Frequẽter *cum quodã interuallo: ut ſi iter faciẽs crebrò ad comitem reſpiciam, an me ſequi poſſit, dicã,* Subinde *reſpicio.* Cice. *autẽ diceret* Idẽtidem. Nam Subinde *uti nõ ſolet, ne æquales quidem eius,* Varro, Salluſtius, Cæſar: *licet illi utantur* Nouiſſimò *pro ultimò, multiq; alij, quod* Cice. *non facit.* Itidẽ, *&* Item,

ſignific

significãt id, quod Similiter. Hæc omnia ab Inde cõposita Priscianus, multiq; alij pronũtiari uolũt accentu in antepenultima syllaba, qualia sunt (ut eidẽ placet) cõposita à Quando, Aliquãdo, Siquãdo, Nequãdo, Nunquando. Est enim hoc ultimũ & ipsum cõpositum, ideoq; per n, in tertia litera scribendũ est, nõ per m, pro eo quod est Num aliquãdo. Est autẽ huius monosyllabæ significatio penè eadẽ quæ An, subintelligitq; utiq; negationẽ. Vt, Nũ ego te spoliaui? quasi dicat, Ego te non spoliaui. At quoties per negationẽ interrogamus, subintelligitur affirmatio: ut, Nõ ego te spoliaui? quasi dicat, Ego te spoliaui. Affirmatiua autẽ respõsio hæc propria est, Etiã. Vt uidisti me hodie? si uidi te, respõdere debeo, Etiã, uel Sic. Plinius ad Tacitũ: Studes inquam? respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. Vulgò autem respondemus, Ita: neque hoc sine autoritate. Simo apud Terentium dicenti Dauo, Mihi'ne? respondit, Ita.

Prisc. lib 15. Epi. 13. lib. 5. Terent. in And. sce. 2. act. 5.

De Nunc. CAP. LI.

NVnc, solet usurpari sine significatione tẽporis: ut de Diuinatione Cicero: Quæ quidẽ multò plura euenirent, si ad quietẽ integri iremus: nũc onusti cibo, & uino, cõfusa, et perturbata cernimus. Et de Oratore: Et si in huiusmodi genere nihil esset nisi falsum, atq; imitatione simulatum, maior ars aliqua eßet requirenda: nũc ego quid dicam? Et in eodem: Nam si ita diceres, & cætera. Nunc uerò fateris, & cætera.

Lib. 1.

De Bene, Male, Peius, Pessime. CAP. LII.

BEne, nõnunquã accipitur pro Valde: ut Cice. Habetis sermonẽ bene longum. Quintil. Quũ multa disertè, summisq; clamoribus, quæ neq; ad iudicẽ, neq; ad declamationem pertinẽt, decãtauerunt, bene sudãtes, beneq; comitati per forũ reducũtur, Huic simile quiddam habet Male, ut

De Ora. li. 2. Lib. 12. cap. 8.

rei ferè significat. Vt, Hic urinator mirifice natat, duratq; subter aquam.

De Sicut, Ita, Itaque, & Sic. CAP. LIIII.

SIcut, habet nõnunquam uenustatẽ magnã, atq; utilitatem in disponẽdo, quoties antecedẽtem annectit cũ sequente sententia: ut apud Quintil. Sunt & alia ingenita quidẽ quæ adiuuãt, uox, latus patiẽs laboris, ualetudo, cõstantia, decor; quæ si modica obtigerũt, possunt ratione ampliari. Sed nõnunquã ita desunt, ut bona etiã ingenij, studiaq; corrũpant: sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci legendi, scribẽdi, dicẽdi, multa, & cõtinua exercitatione per se nihil prosunt. Plin. li. VII. Ferũt Crassum auũ Crassi in parthis interẽpti nũquam risisse, ob id ἀγέλαστον uocatum, sicut nec flesse multos. Seruius grãmaticus hac dictione et bene, et freqũeter utitur. Possumus eodẽ modo, quo Sicut, usurpare duo alia, Quẽadmodũ, & Quomodo, aut si qd aliud est eiusmodi naturæ. Habet & aliã naturã Sicut, ut nõ modo res similes copulet (qđ est frequẽtißimũ) sed diuersas quoq;, et sæpe cõtrarias: ut idẽ Quint. Sed hæc eloquẽdi præcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita nõ satis ad uim dicẽdi ualent, nisi illis quædã facilitas, quæ apud Græcos ἕξις nominatur, accesserit. Quod licet dicere etiã per Vt, & quidẽ frequentius: ut idẽ, Quod ut optimũ, ita longè difficilimũ. Sed in hoc genere sermonis bonã sibi partẽ uẽdicat illud, Ita. De quo hoc etiã addã, ꝙ nonnunquã accipitur pro Itaq;, sed hac differẽtia, ut nunquã ipsum antecedat in eadem sentẽtia altera dictio. Cicero in Tuscul. Ita nobilißima ciuitas Græciæ, et olim potẽtißima sepulcrũ ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinatæ didicisset. Possumus ꝑ Itaq; sic dicere, Itaq; ciuitas, uel ciuitas itaq;, eodẽ modo quo Sic,

Lib. I. proœ.

Cap. 19.

pro Sicq;. Quintil. ubi de adolescente in opere duro, ac uirili se exercente dixisset, intulit: Sic effectum est, ut quemadmodum aliqui putant, posset citò militare. Accipi-
Philip.1. tur etiam Ita pro ualde, ut Cic. Nec ita multò pòst edictũ Bruti affertur et Caßij. Quintilianus: Nec res est ita magni temporis, ac laboris.

De Nam, Nanque, Nam quòd, Quòd autem, & Quòd uerò. CAP. LV.

NAm, & Nanq; quiddam simile habent, quod Ita, & Itaq;: quippe cùm Nanq; soleat & primũ locũ sortiri, et secundum, aliquãdo etiã tertium: Nam, non solet, sed prima semper est dictionũ. Praetereà hoc aliquãdo accipitur, pro Autem, ad distinctionẽ sentẽtiarum: ut in Sallustium Cic. Nam quòd in uxorem, atq; filiam meam tam petulanter inuectus es. Idem ualet, ac si dixisset, Quòd autem in uxorem, & caetera: siue, Quòd uerò: ueluti saepe incipere solemus, ut idem: Quòd autẽ scribis, quid de exitu belli sentiam, magis cõsilium petere possum, quàm
Lib.1. ipse alijs dare. Idem de Orat. Quòd uerò uiros bonos iure ciuili fieri putas, quia legibus & praemia ꝓposita sint uirtutibus, & supplicia uitijs, equidem putabam uirtutẽ hominibus (si modò tradi ratione poßit) instituendo, & persuadendo, non minis & ui, ac metu tradi.

De Iterum, Antehac, Posthac, Deinceps, & Rursus. CAP. LVI.

ITerum, refertur etiã ad primam uicẽ, nõ tantùm ad posteriorẽ: nam, Iterum uoco te. i. iterata uice, usitatũ est. Iterum uocaui te. i. praeter hanc uicẽ, minus est usitatum. Cic. pro leg. Manil. Quum tantam multitudinẽ cũ tanto studio uideremus, quantam non iterum in eodem homine praeficiendo uidimus. Antehac, & Posthac huic similia sunt: hoc est, ante hoc, uel post hoc tempus. Aliquando tamen

men reperimus Ante illud, uel Post illud tēpus. Sallustius: Sic erat accensa libidine, ut sæpius peteret uiros, q̃ peteretur: sed ea sæpe antehac fidē prodiderat, creditū abiura uerat. Suet. in Domit. uita: Pari arrogantia cùm procuratorum suorū nomine formalē dictaret epistolā, sic cœpit: Dominus, & Deus noster sic iubet fieri. Vnde institutū posthac, ut ne scripto quidem, ac sermone cuiusquā appellaretur aliter. Deinceps, similiter accipitur pro Dehinc, & pro Deinde, atq; etiam pro Gradatim. Cic. in Tuscul. Omnes qui deinceps accubarent, ad lyrā canerent. Et ad Thermum: Sed tamen tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolim habere iratos, quos uideo deinceps Tribunos plebis per triennium fore. Sed redeamus ad Iterum, quod aliquid nouitatis exhibet, quū dicitur: -Iterumq; ad tarda reuerti Corpora. Quomodo iterum? nūquid semel anteà redierant? minimè. Quid ergo? Aut accipiendum est quomodo Rursus, pro econtrario: Cic. Offi. li. III. Neq; me doloribus dedi, quibus essem confectus, nisi restitissem, nec rursus indignis homine docto uoluptatibus. Aut Reuerti, Redireq; pro uenire: ut idem de Fato, Ad Chrysippi laqueos reuertamur. quū nihil de Chrysippo meminisset. Quintil. Si uerum est post uetusta secula, & innumerabiles annos reddi rursus alijs corporibus animas, fortasse in me renatus sit aliquis ex illis. Reddi quasi dari: nam idem hoc uerbū efficeret. Et alibi: Sed ad illos iam perfectis, constitutisq; uiribus reuertamur: quod in cœnis grandibus sæpe facimus, ut quum optimè satiati simus, uarietas tamen nobis ex uilioribus grata sit. Non ait reuertendum ad uiliores libros, quasi ab his incipiendum sit, sed quum satiati fuerimus bonis libris tanquā cibis, posteà nos ad uiliores conuertamus.

In Catil.

Cap. 13.

Epi. 17. lib. 14.

Aeneid. lib. 6.

De Vltro citroque, Huc, Illhuc, Sursum, Deorsum, Vltro, & Sponte. CAP. LVII.

Declam. 2. *VLtro citroq́;, in factis, & in dictis* Quintil. *in* Caeco: *Caecus quoq́; inuētus in limine est, sicut solet, ultro citroq́; cōmeare.* Cic. *lib.* VI. *de* Rep. *Multisq́; uerbis ultro citroq́; habitis, ille nobis consumptus est dies. Quū ego te alloquor, tūc uerba ultro, quasi ultrà eūt: quū te alloquentem audio, tūc uerba citrò, quasi citrà ueniūt: sicut pedes, quum à loco recedo, tunc ultro eunt: quū redeo, tūc citro.* Nec *elegans esset*, Huc *atq́; illhuc commeabat, nisi errabundum, & incertū iter significes. Quidam tamen* Sursum *&* deorsum *utuntur, opinor, imitantes* Teren. *qui in*

Act. 2. sce. 2. Eunu. *ait:* Sex *ego te totos* Parmeno *hos menses quietum reddam, Ne sursum deorsum cursites.* Nescio *an de* Athenis *hoc dictū sit, quibus portus in imo, urbs uerò editiori loco sita est: fortè sic loqui deceat p* Sursum deorsumq́;, *si de fortunae mutabilitate dicatur, quae nūc tollit, nūc deprimit.* Vltro *tamen à sponte sic uidetur (ut breuiter dicam) differre, quòd* Vltro *est quasi sine requisitione: ut,* Vltro *ad te ueni: id est, à te nō requisitus ueni:* Spōte *ad te ueni: id est, meo consilio: licet ad res inanimatas transferimus: ut,* Multae *arbores sua sponte nascuntur: id est, per se.*

De Et, Ac, Que, cum suis compositis. CAP. LVIII.

ET, *multifariā solet in usu accipi, cuius conditionis est,* Que, *& ab eo cōposita negatiua* Neq́;, *& per* Apo

Eclog. 9. *copen* Nec. Verg. *Audieras, & fama fuit.* Mart.

Lib. 14. epi. 9. *Quòd nummos cernis, mitti nos credis amicae:*

Libr. I. cap. I. *Falleris, & nummos ista tabella rogat.* Quint. *Has primum audiet puer, harū uerba effingere imitando conabitur: & natura tenacißimi sumus eorū, quae rudibus annis percepimus.* Et, *pro* q *a accipiendū est.* Ouid. *in* Fastis.

Nil

Nil aliud Vestam, quàm puram intellige flammam, Lib. 6.
Natáq; de flamma corpora nulla uides. Que pro Quia, siue nãq;. Similiter Cic. *Non solũ nobis nati sumus* Lib. 1. Offic.
ortusq; nostri partẽ sibi patria uendicat, partẽ amici. Duplicãtur interdũ hæ cõiunctiones, sed in rebus diuersis ue nustius: ut, *Te admirantur & ciues, & hospites.* Verg.
–O qui res hominũq;, deûmq;. Id est, ô qui res & hominum, & deorũ. Sall. in Iugurt. *Seq;, uobisq; dignũ est,* Aeneid. 1.
id est, & se, & uobis dignum est. Rarò tamen in prosa, in carmine uerò frequentius. Quintil. *Nihil otiosum pati, quodq; in inuẽtione, quodq; in elocutiõe annotandũ erit.* Quare de Nec, & de Neq;, & de Siue, similibusq;, quoties geminãtur (quũ facilia inuentu sint) omitto exempla. Et, quoq; initijs sententiarũ cõpetit, ut idem lib. 1. *Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc profeßio pollicetur.* Eiusdẽ naturæ est Ac, et Atq;. Cic. *Ac si uolumus eius rei, quæ uocatur eloquentia, siue artis, siue studij, siue exercitationis cuiusdã à natura profectæ considerare principiũ,* & cætera. Idẽ: *Atq; cæteri Imperatores, qui de illo triumpharũt,* & cætera. Interdũ etiam, Et, affectui seruit: ut idem, pro Mil. *Et sunt qui de uia Appia loquãtur, taceant de Curia?* Et in Phil. *Et ad eum legatos de pace mittemus qui pacis nũtios repudiauit?* Idẽ: *Et postea miramur, quare ferat molestè pop. Rom.* Interdũ neq; copulã, neq; affectũ significat, ut si hoc modo loquar: *Superaui illũ in palæstra, & est tam uastus, & sum tã pusillus.* Vt idẽ de Senectute: *Defendi legẽ Voconiã magna uoce, bonisq; lateribus, & uidetis annos meos.* Ac si dixisset, *Defendi legẽ Voconiã iuuenili uoce, atq; lateribus, et sum ita senex.* Interdum etiã tali modo: *Defendi fortißimè illã legẽ: & hoc in tam prouecta ætate:* uel, *Et id in tã prouecta ætate.* Vel

per Que,*siue* ꝑ *idq́;:sic,* Idq́; *in tã prouecta ætate.* Repudiaui *uxorem,idq́; autore patre eius.* Itẽ *per negationẽ:* Duxi Paulam *uxorẽ,neq; hoc:uel,neq; id sine prudẽtum hominũ autoritate:uel,*Nec *id sine consilio:uel,*Et *hoc nõ sine cõsilio.*Quæ *exẽpla & mihi relatu longiora sunt,et legentibus(ut suprà dixi)facilia inuentu.* Illud *nõ indiget admonitione,*Que ꝓ Et, & Quoq; ꝓ Etiã *debere accipi:ut alterũ quasi mẽbra cũ mẽbris, alterũ quasi corpora cũ corporibus copulet,aliter absurdum esset.*Hoc *admonendũ est,*Et,*pro* Etiam *apud* Cic. *nusquã reperiri,sicut in cæteris illo posterioribus,ut à* Ver.*incipiamus:ut,* Na

Lib.6.Aene. *tus & ipse dea.*Quint.Tamẽ *si quid aduersus te ipse cõmisit adolescẽs,sit hostis & meus.*Cic.*dixisset,* Sit *hostis etiã meus:uel,*Meus *quoq;.*Idẽ *inquit:*Quod *inter omnes cõstat,nisi inter eos,qui ipsi quoq; insaniunt, insanißimũ.* Quint.*(id est seculũ ab illo proximũ) dixisset tũ illo modo,tũ etiã sic:*Nisi *inter eos,qui & ipsi insaniũt.*Simili *ratione de* Nec,*pro* Nec *etiã.*Vt *idẽ:*Persolui *gratia nõ po*

Declam.5. *test,nec malo patri.*Cicer.*& superiores omnes dixissent,* Nec *malo quidẽ patri.*Interdũ *miscemus* Et,atq;, Nec, *nũc ab hoc,nũc ab illo principiũ sumentes:ut,*Et *pacẽ respuis,nec bellũ geris:uel,*Nec *bellũ geris, & tamẽ respuis pacẽ:uel sic,*Et *pacẽ non uis,nec tamen bellũ geris:uel,*Et *pacẽ non uis,& bellũ gerere nõ potes.*Nam *in* Nec, *siue in* Neq;*(de utroq; enim loquor)inclusa est* Et,*uel* Que,*in quæ resolui potest:& ubi est* Nec,*uel* Neq;, *id resolui potest per* Et *non,uel,*Que *non.* Poëtæ *etiam maiorẽ in his sibi licentiã permittũt.* Nec,& Neq;,*sequẽte* Enim, *aut* Verò,*pro simplici, non pro composita negatione accipiuntur.*Siquidem *idem est* Nec *enim,siue* Neq; *enim,quod* Non *enim,nisi ita resoluimus,* Non *etenim;* Neque *uerò,*

idem

idem quod non uerò, si modò Non uerò dicere licet.

De Vicissim, Inuicem, Mutuò. CAP. LIX.

VIcißim, non memor sum usquam esse apud Cicer. & Quintil. & ferè maximos quosq; autores, nisi pro Secundo loco, siue E diuerso, uel E contrario. Vergil. tantũ semel, neq; id apertè, uidetur usus pro Inuicẽ, & Mutuò: -Quid poßit uterq;, uicißim Experiamur. Quod imitatus est Sueto. & alij plures. Cic. semper (quod ego quidem sciã) sic: Id acciperet ab alio, uicißimq; redderet. Et iterũ: Sed ego admiratione quadã uirtutis eius, ille uicissim opinione fortasse nõnulla quã de moribus meis habebat, me dilexit. Itidẽ Quintil. apud quẽ, & cæteros illius ætatis, nõ modò Inuicem tali modo usurpatur, quale est in Declamationibus: Inuicẽ sustinẽtes, Inuicẽ innixi. i. alter alterũ sustinẽs, & uterq; alteri innitens, sed etiã in sensu, cuius est Vicißim, ut in lib. x. Tam cõtumeliosos in se ridet inuicẽ eloquentia, & qui stultis uideri eruditi uolunt, stulti eruditis uidẽtur. Et iterũ: Neq; enĩ uideo quæ iustior acquirẽdi ratio, quàm ex honestißimo labore, & ab ijs de qbus optimè meruerũt, qui si nihil inuicẽ præstent, indigni fuerunt defensione. Plin. posterior: Habes res urbanas inuicẽ rusticas scribe. In eadẽ significatione est Mutuò, de quo modo attigi, nõ solùm in hac, qualis est, Inuicẽ se amãt, & Mutuò se amãt, & Mutuus amor, sed in ea de qua disputaui. Idem Quintil. in eodem statim pòst loco: Ac ne pauper quidem tanquã mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur, id est, respõdente. Cicero: Fac ua leas, meq; mutuo diligas, hoc est, mihi ĩ amore respõdeas.

Eclog. 3. De Amic. Declam. 7. Cap. 7. Lib. 12. cap. 7. Epist. 15. li. 10

De Scilicet, & Videlicet. CAP. LX.

SCilicet, et Videlicet uidẽtur significare idẽ qđ Certè. Sed usum suũ habẽt, & præcipuũ, per amaritudinem

Aeneid.4. *quãdam cum derisu permistam apud Verg. Scilicet is superis labor est.* In And.act.1 scen.1. *Et apud Teren. Id populus curat scilicet.* Declam.12. *Et apud Quintil. Haec uidelicet expectasti, ut ne captiosum esset officio tuo, maturius redisse, ex industria tẽpus triuisti. Nonnunquam sine hac amaritudine, & irrisione, ut apud eundem: Sed est uidelicet ultima quaedam calamitatum rabies, et nouissimè in furorẽ uota ipsa uertuntur. Nonnunquam post relatiuum, sicut solet poni Quidem, nonnunquã et ante, uel sine relatiuo. Et hi sunt ferè modi utẽdi his duabus dictionibus apud doctissimos: apud quos uix reperias illũ uulgo usitatissimũ modum, cùm ea quae confusè dicta sunt, per singula postea exponimus: quale esset. Quatuor sunt uirtutes, scilicet, uel, uidelicet prudẽtia, iustitia, fortitudo, modestia.*

Sic tamen apud Suet. reperiri uidetur in Augu. capit. 35. Ait enim: Sãxit ne plusquàm bis in mense legitimus Senatus ageret, scilicet calendis, & idibus.

FINIS.

LAVRENTII VALLAE IN TERTIVM LIBRVM ELEGANTIARVM PRAEFATIO.



PERLEGI *proximè quinquaginta Digestorũ libros ex plerisq; Iuriscõsultorũ uoluminibus excerptos, et relegi cũ libẽter, tum uerò quadã cũ admiratione. Primùm, q nescias utrũ diligẽtia ne, an grauitas: prudentia, an aequitas: scientia rerũ, an orationis dignitas praestet, & maiori laude digna esse uideatur. Deinde q haec ipsa ita in unoquoq; illorũ omnia sunt egregia & perfecta, ut uehemẽter dubites, quẽ cui praeferendum putes. Cui simile quiddã (ut de ultima tantùm parte, quae ad nos ptinet dicã) in Epist. Ciceronis admirari solebam,*

quae

quæ cùm à pluribus scribãtur, omnes tamẽ ab uno, eodẽq; (audacius dixerim) si personas sustuleris, ab uno Cicer. scriptæ iudicẽtur: ita uerba, ac sentẽtiæ, characterq; ipse dicẽdi ubiq; sui est similis. Quod eò magis in Iuriscõsultis est admirãdum, quòd illi eadem ætate cũcti extiterũt in eodẽ quasi ludo, ac schola instituti: hi uerò inter se etiã seculis distant. licet omnes post Cicer. Ideoq; quibusdã in uerbis ab eo differẽtes, quales omnes à Verg. usq; ad Liuiũ fuerunt. Nã Seruij Sulpitij, atq; Mutij Scæuolæ nihil extat. sed alterius Mutij recẽtioris. Et prisci illi quidẽ Iuriscon-sulti quales, quãtiq; in eloquẽdo fuerint, iudicare nõ possumus: quippe quorũ nihil legimus. His autẽ, qui inter manus uersantur, nihil est, mea sentẽtia, quod addi, adimi'ue posse uideatur, nõ tam eloquẽtiæ (quã quidem materia illa non magnopere patitur) quàm Latinitatis, atq; elegãtiæ, sine qua cæca omnis doctrina est, & illiberalis, præsertim in iure ciuili. Vt enim Quintil. inquit, Omne ius, aut in uerborum interpretatione positũ est, aut æqui, prauiq; discrimine. Et quãtum momẽti in uerborũ interpretatione sit, ipsi Iuriscõsultorũ libri maximè testãtur, in hac re præcipuè laborãtes. Vtinamq; integri forẽt, aut certè isti nõ forẽt, qui in locum illorũ, etiam Iustiniano uetante, successerũt. Nota sunt eorũ, & nimis nota nomina, ut superuacuũ sit ea per me recẽseri, qui uix quintã partẽ iuris ciuilis intelligunt: & ob imperitiæ suæ uelamẽtum aiunt nõ posse doctos euadere in iure ciuili facundiæ studiosos, quasi Iuriscõsulti illi aut rusticè locuti sint, id est, istorũ more, aut huic sciẽtiæ nõ planè satis fecerint. Quid de illis loquor? ego mediocri ingenio, & mediocri literatura præditus, profiteor me omnes qui ius ciuile interpretantur, ipsorũ scientiã edocturũ. Quòd si Cicero ait, sibi homini uehe-

Quintil. li. 12 cap. 3.

Cic. pro Murena.

menter occupato, si stomachum moueant, triduo se Iurisconsultum fore: non'ne & ipse audebo dicere, si Iurisperiti (nolo dicere iurisimperiti) stomachũ mihi moueant, aut etiam sine stomacho, me glossas in Digesta triennio conscripturũ, longè utiliores Acursianis? Merẽtur enim, merẽtur summi illi uiri nãcisci aliquẽ, qui eos uerè, riteq́; exponat, uel certè à malè, & Gotthicè potius, quàm Latinè interpretãtibus defendat. Gotthi isti, quidni & Vandali existimãdi sunt? Nã postquã hæ gẽtes semel, iterũq́; Italiæ influẽtes Romã cœperũt, ut imperium eorũ, ita linguam quoq; (quẽadmodum aliqui putant) accepimus, & plurimi forsan ex illis oriũdi sumus. Argumẽto sunt codices Gotthicè scripti, quæ magna multitudo est: quæ gens si scripturã Romanã deprauare potuit, quid de lingua, præsertim relicta sobole, putandũ est? unde post illorum aduẽtum primũ, alterumq́;, omnes scriptores nequaquam facundi. Ideoq; prioribus multò inferiores fuerũt. En quò literatura Romana recidit. Veteres admiscebant linguæ suæ Græcam: isti admiscent Gotthicã. Neq; uerò hoc dico ut iuris studiosos carpã, imò ut adhorter potius, persuadeamq́; sine studijs humanitatis non posse, quam cupiunt, assequi facultatem: malintq́; Iurisconsultorum, quàm legulcorum similes esse. Nam (ut Vergiliano uersu utar)

Georg. 2. *O' fortunatos nimium, bona si sua norint Agricolas.*


Ita ego appellem iuri operã dãtes fortunatos, si norint sua bona. Quæ enim disciplina, scilicet, quæ publicè legitur, tã ornata, atq; (ut sic dicã) tam aurea, ut ius ciuile? An (ut hinc incipiã) ius Põtificum (qđ canonicũ uocãt) quod ex maxima parte Gotthicũ est? An Philosophorũ libri, qui ne à Gotthis quidẽ, aut Vãdalis intelligerẽtur? quos ego ob hoc maximè errare, q; loquẽdi facultate caruerunt, in

libris

libris meis de Dialectica ostendo: quos iã edidissem, nisi amici me hos potius edere coẽgissent. An Grammaticorũ quorum propositũ uidetur fuisse, ut linguam Latinam dedocerent? An deniq; Rhetoricorũ, qui ad hanc usq; ætatẽ plurimi circunferebantur, nihil aliud docẽtes, quã Gotthicè dicere? Vna supererat Iuris ciuilis scientia adhuc inuiolata, & sancta, & quasi Tarpeia arx urbe direpta. Hanc etiã isti Gotthi, non Galli, per speciem amicitiæ polluere, atq; euertere tentauerunt, euertereq; pergunt. Hanc ipse (quantũ in me erit) ut M. Mãlius Torquatus protegam, imò omnes qui hoc nomen profitentur, protegere debent. Quod si fecerint (ut spero, & opto) nõ legulei, sed Iurisconsulti euadẽt. Quod ad meũ autẽ hoc opus attinet, non fraudabo iuris cõditores debita laude. Tantũ igitur deberi puto huius facultatis libris, quantũ illis olim qui Capitolium ab armis Gallorũ, atq; insidijs defenderunt: per quos factum est, ut non modò tota urbs non amitteretur, uerùm etiã ut tota restitui posset. Itaq; per quotidianã lectionem Digestorũ, & semper aliqua ex parte incolumis, atq; in honore fuit lingua Romana, & breui suam dignitatem, atq; amplitudinẽ recuperabit. Sed ad reliqua pergamus.

De hoc Liui. lib. 5. ab urbe condita.

De Tanti, & Quanti, cum suis compositis: deque Pluris & Minoris. CAP. I.



TQVE ut ab eo potißimum incipiam, quod nec ab aliquo (quod sciam) traditũ, & traditu dignißimũ est: duo, Tanti, & Quãti, cõpositaq; ab eis Tãtidẽ, Quantilibet, & Quanticunq;: totidẽq; comparatiua Pluris, et Minoris: prætereà nulla alia nec cõparatiua, nec nõia, nec dictiões queũt ĩ genitiuo casu adiũgi his uerbis, Emo, Vendo, Venũdo, Veneo, Mercor, Cõparo,

Aestimo

Aestimo, Taxo, Liceor, Addico, Distraho, Metior pro aestimo, Cōstat, Cōduco, Loco, Fœneror, Paciscor, Pango pepigi, Cōdemno, Postulo, et si qua sunt alia similis horū significationis. Neq; enim audiuimus dici unquā, Vēdidit patriā hic auri: aut, Achilles uēdidit corpus Hectoris auri
Aeneid.6. Priamusq; illud redemit magni pōderis auri: sed p ablati-
Aeneid.1. uum sic: Vendidit hic auro patriā, & c. Exanimūq; auro
Cap.4. corpus uēdebat Achilles. Haec Verg. Valer. quoq; lib.5. Magno ubiq; pretio uirtus aestimatur. Quanti uerò, & Tanti, caeteraq; (ut dixi) genitiuū nō mutāt, ut Teren. in
Act.1. sce.1. Eunu. Quid agas? nisi ut te redimas captū quàm queas minimo: & si nequeas paululo, at quāti queas. id est, tanti te redimas, quanti queas. Cur nō dixit Quāto, ut cōgrueret cū illis Minimo, & Paululo? aut minimi, & Pauxilli, ut cōgrueret cū hoc Quanti? nisi quia Tanti, & Quāti mu
Declam.12. tare nō licet, & ab eis, quae dixi cōposita. Quin. in Pasto cadauere: Hoc unū supererat, ut deuectū tantidem uende-
Satyr.7. res. Et in Verr. Cic. Aiebat te tantidē aestimasse, quāti sa-
In ead. Saty. cerdotem. Iuue. Quāticunq; domus cōstet. Idē (quod ad praedicta cōparatiua pertinet) Balnea sexcētis, et pluris porticus empta. Cur non dixit, Et pluribus, ut copularet coniunctio eosdē casus? T. Liu. lib. XLVIII. Mancipia minora annis uiginti, quae post proximū lustrum decē millibus aeris, aut pluris uenissent, ea quoq; decem tāto pluris quàm quāti essent, aestimarētur. Adeo ut interrogati per eūdē saepe casum respōdere nequeamus, ut Plau. in Epid.
Satyr.3. lib.2 Quāti eā emit? uili. quot minis? quadraginta minis. Hora.
De Ora. li.2. Quanti emptae? paruo. quanti ergo? octußibus. heu heu. Nā illud apud Cic. Quanti addictus? mille nummûm. non est illud mille genitiui, sed ablatiui casus, ut mox docebo: quasi millenario nummûm. id est, nummorū. Et haec quidē

interrog

interrogatio est per genitiuũ, responsio autem per ablatiuum. Aliquando è diuerso: ut, Emisti'ne decẽ minis istum equũ? Imò pluris. Aliquando hi duo casus iuxta idẽ uerbum hærent: ut, Emisti istum equũ decem minis, an pluris? Quòd si aduerbia forẽt (ut nõnulli existimare solent) cur potius dictũ est Tãti, & Quanti, Pluris, & Minoris, nõ Tãto, et Quanto, Pluri, et Minori, quũ huiusmodi uerba utiq; ablatiuũ desiderent? Cur non idem fit in cæteris comparatiuis, quæ palàm aduerbiãtur? Nõ enim dicitur, Emi equũ uilioris, carioris'ue, quàm tu: ne Viliori, cariori'ue quàm tu: sed, Vilius quã tu: aut carius: neq;, Vendidi ædes melioris, peioris'ue, q̃ tu: sed melius, peius'ue quã tu. Cur deniq; (quod non minus mirandum est) hæc ipsa quæ nominaui, quoties substantiuis maritantur, formam naturalem, & legem uerborum custodiũt? excepto Tantidem, quia est substantiuum, quod ablatiuum, datiuumq́; nõ agnoscit Tantodem: solasq́; has uoces habet Tantundem, & Tantidem. Dicendumq́; erit, Quãta pecunia istũ equum emisti: sicut quot minis, Iuuenal. -Quanto Satyr. 9.

Metiris pretio, quòd ni tibi deditus essem,
Deuotusq; cliens, uxor tibi uirgo maneret.

Liuius lib. XXII. Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captiuos copia fieret. Itaq; genitiuos illos Tanti emi equum, quanti potui: sic exponere non possumus, Tanti pretij, & quanti pretij potui: sed sic, Tanto pretio, quanto potui. Et per comparatiuum: ut illud Ciceronis, Non pluris uendo quàm alij, fortasse etiam minoris. Officior. 3. *Cùm aliquem doces, nõ ita exponas, Pluris, id est, pretij: & Minoris, id est, pretij. Nam huiusmodi expositio fecit ut plериq; fallerentur: sed hic, Pluris, id est, pluri pretio: Minoris, id est, minori summa.*

De Mea, Tua, Sua, & Cuia. CAP. II.

NOn tantũ in his causis, quas ostendi, nonnunquã aliter respõdemus, quàm quo modo interrogati sumus sed etiã in illis tribus pronominibus, de quibus proximo libro disputaui, tã primitiuis, quàm deriuatiuis: quorũ diuersam cõuincimus naturã esse: et præter hæc unũ, Cuius cuia, cuiũ: quod à ueteribus nõ inter nomina, sed inter pronomina numerabatur, ut Meus mea meũ. Nec Græci relatiuũ, unde hoc nomẽ descẽdit, inter nomina, sed inter articulos collocant: & nos pronomina quædã articularia solemus appellare. Ideoq;, ut dicimus, Mea est, tua est, sua est: & Mea, tua, sua interest: ita Cuia est, et cuia interest. Plaut. in Epid. Ego illũ conueniã, atq; adducã ad te, cuia est fidicina. Cic. pro Mur. Ea cædes potißimũ crimini datur ei, cuia interfuit: non ei, cuia nihil interfuit. Igitur interrogati, Cuius hominis est hoc opus? respõdebim⁹ Meũ, non mei. Cuius domini hic fundus? Tuus, aut suus: nõ Tui, aut sui. Rursum, Meum'ne fundũ poßides, an tuũ? respondebo Neutrius, uel illius. Interrogamus adhuc, respondemusq; per uarios casus: Meum'ne prædiũ est, an illius? respondebo, Illius certè, nõ tuũ. Similiter de Cuius nominatiui casus, ad quod nunquã respondeas per eundẽ casum, nisi in tribus pronominibus deriuatiuis: ut, Cuiũ pecus? respondeas Meum, uel illius. Interrogatur etiam p diuersos casus: ut Cuiũ pecus? tuum'ne, an Melibœi? sed per talẽ dictionem nunquàm respondetur: nisi dicas, Est cuiũ est: uel, Est cuium esse debet. & si quid est simile.

Vt à Diomede lib. I.

Verg. eclo. 3.

De Tanti, Quanti, Magni, Parui, cum Interest. CAP. III.

EAdẽ Tanti, & Quãti, positiua quoq; duo, Magni, et Parui, sola ĩ genitiuo iũgũtur cũ illis geminis uerbis,

Intereſt, et Refert. Cætera autẽ, uel aduerbialiter, uel uoce nominatiui, ſiue accuſ. & in primis horũ cõparatiua, ſuplatiuaq; Magis, et Minus, Maximè & Minimè, atq; horũ germana, Multùm, Plus, Plurimũ, Parũ, Paululùm Paulùm, Pauxillùm, Nihil, Aliquid, & ſi qua ſunt alia. Tãti intereſt, Quãti intereſt, Magni refert, Parui refert ac Multũ refert, Plurimũ ĩtereſt, Maximè refert, Magis refert, Paulũ refert. Minus refert, Parũ refert. Quinetiã nõ modò quatuor hæc noĩa id naturæ habẽt cũ his duob⁹ uerbis, uerũ etiã cũ multis alijs: ut, Magni æſtimo, Parui facio, Parui pẽdo, Quãti facis, Tãti facio. ſed cũ huiuſmodi uerbis nõnũquã alia noĩa iungũtur, ut Plurimi æſtimo.

De Mille, & Millia. CAP. IIII.

ATq; (ut promiſſum exoluã) illud Ciceronis Mille nũmûm ſingul. numeri eſſe, tum exemplo eiuſdem, tum præcepto M. Varronis cõprobabo. In Philip. Inuentus eſt, qui L. Antonio mille nũmûm ferret expẽſum? Et pro Milon. In qbus propter inſanas iſtas ſubſtructiones facilè mille hominũ uerſabatur. Qualia exẽpla plura repeterem, niſi Varronis præceptio ſatis eſſet, q̃ in libris de Analogia inquit. Cùm peruẽtum eſt ad millenarium, aſſumit ſingulare neutrum, q̃d dicitur hoc mille denariûm, à quo multitudinis numerus fit millia denariûm. Et paulò pòſt: ut ſit utrũq; ſine caſibus uocis, dicemus ut hoc mille, huius mille: ita hoc decies hui⁹ decies. Hæc hactenus. Illud quoq; præter hæc addamus, Mille hominũ dici, et Millia hominũ. Iterũ Mille hoĩes dici, Millia uerò hoĩes nõ dici. cuius rei cauſa eſt, ꝙ propriè dicimus Mille homines, ut cẽtum homines, Millia hominũ, ut cẽtenaria, uel turbæ hominũ. Hoc ſubſtantiuũ eſt, illud uerò adiectiuum. Itaq; non licet dicere Millia homines, quia duo ſubſtantiua non cohærẽt

Philip. 6.

Lib. 2.

ſine

sine copula: neq; in his ullus certus inesset sensus. Mille ho minũ licet dicere, qa mille substãtiuatur. ut Multum homi num, pro multi homines. Itẽ Mille hominũ, pro mille ho- mines: idemq; erit, qđ Milliũ hominũ, si millia singulare haberet milliũ, quod nõ habet, nisi pro milliario, quod cõ stat ex mille paßibus: uel pro feminis genere; uel more Varronis, qa dicimus hoc mille, uel qa (ut maximè reor) nec adiect. planè, nec substan. est, sicut Hic, hæc, hoc: Iste, ista, istud, & nõnnulla alia pronomina. Nã cætera adiecti ua nõ patiũtur sibi ita adhærere adiectiua, ut pronomina. Dicimus enim, Hic robustus messor, Ista robusta mulier. Nec dicimus, Antiquus rubustus messor, Antiqua robusta mulier. At nomina numerorũ sunt istis pronominibus si- milia: ut, Centũ aureæ pateræ, Mille armatæ naues. Ergo Latinè dicetur Mille ex hominibus, sicut dicetur, Isti ex illis. Quæ locutio idẽ est, ꝙ Mille hominũ. Cætera noĩa numeralia, siue substant. siue adiect. sint, inter se iũgi re- cusant, qa nec duo substãtiua, nec duo adiec. sola esse pos- sunt: ut Duo centũ, Tria mille: quũ præsertim sint sua pro pria noĩa, ut Ducẽta, Trecẽta, & supra mille est Millia, qđ planè substãtiuũ est. Ideoq; dicimus, Mille hominum: Duo Millia hominũ, nõ duo mille: Tria millia, Quatuor millia hominum, & deinceps. Nec (ut dixi) Tria aut qua tuor mille. sed bis mille, Ter mille: Bis cẽtũ, & Ter cẽtũ, nõ Duo cẽtũ, Tria centũ: aut (ut aliqui indocti loquũtur) Ducentum, Tricentum, sed Ter centum. Vergilius:

Georg. 1. *Ter centum niuei tondent dumeta iuuenci. Et alibi:*

Aeneid. 1. *Hic iam ter centum totos regnabitur annos. Reperi mus tamen apud ecclesiasticos sæpe hoc modo dici, quale est: Debebat decem millia talenta: & Duodecim millia si gnati. Quod defendi nõ potest, nisi resoluas sic: Signati,*

duodecim millia talenta, decẽ millia: quasi dicatur, numero duodecim millia, & numero decẽ millia, & subintelligatur entia: sic, Debebat talenta entia decẽ millia. Signati entes duodecim millia. Nisi interponas uerbũ substantiuũ: sic, Signati erant duodecim millia, quod in altero exẽplo fieri nequit. Quo certè modo ipse nõ loquerer, sed potius Duodecim millia signatorũ, aut Duodecim millia signata: & Decẽ millia talentorũ, & Duodecim millia drachmarũ argẽti. Cuius erroris (si error est) causa (ut opinio mea fert) hinc fluxit, quòd sæpe legimus Decẽ millia põdo argenti, quasi illud Pondo sit nominatiui, aut accusatiui casus, & nõ potius genitiui. Sæpe decẽ millia quingẽti pedites: nõ Peditũ. Ita cùm numerus posterior defuerit, putãt rectè dici posse, Decẽ millia pedites: quod falsum est. Nam cùm dicimus, Decem millia quingẽti pedites, sic intelligimus, Decẽ millia peditũ, & quingẽti. Quo sæpe modo loquimur, nec aliter loqui possumus. Atque ut nunc ad hoc Quingẽti, subintelligimus Pedites, ita ad illud Millia, sub intelligimus Peditũ. Quale esset in superioribus exẽplis, Duodecim millia et ducẽti signati, uel Duodecim millia signatorũ et ducẽti: et ita ĩ cæteris. Rarius aũt reperit Mille, ꝓ millia. Nã illud: Quicunq; te angariauerit mille passus, uade cũ illo et alia duo: subĩtelligit millia passuũ. Alioqui dixisset Alios duos, nõ alia: uel potius, Alios bis mille. Matth. 5.

De Numeralibus. CAP. V.

ET quoniã de numeris cœpimus, de ipsis aliqua dicere prosequamur. Et primũ hoc admoneamus, in quo plériq; falluntur, Treceni scribendũ esse, nõ Trecenteni, nec Triceni, quũ significat trecentenariũ numerũ, quod syncopatũ est, sicut cætera. Dicimus enim Duceni, pro ducenteni: Treceni, pro trecenteni: Quadringeni, Quingeni,

Sexceni, Septingeni, Octingeni, Nongeni, uel Nonigeni, pro quadringēteni, quingēteni, sexcēteni, septingenteni, octingēteni, nongēteni, uel noningēteni. Centeni autē, & Milleni non syncopātur, quia nō sunt prælōgæ dictiones, sicut superiores. Triceni autē caret syncopa, sed immutauit g, in c: sicut Viceni, pro uigeni, & Triceni, pro trigeni. Sunt enim simillimæ uocis c, & g, quēadmodū d, & t: propter quod dicimus Quadringēti, pro quatrincēti. In quo nomine & t, in d, & c in g, mutatū est. Atq; quoniā dixi quosdā falli similitudine uocū, recēseamus hæc ipsa infra cētū, ut supra cētū fecimus. Dicimus igitur Singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, septeni, octeni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, quaternideni, quinideni, senideni: uel deniquaterni, deniquini, deniseni, denisepteni, deniocteni, deninoueni: uiceni, uicenisinguli, uicenibini, uiceniterni, uel (ut postea ostēdemus) singuli & uiceni, bini & uiceni, & ita deinceps. Tū triceni, quadrageni, quinquageni, sexageni, septuageni, octogeni, non octuageni (octoginta enim dicimus, nō octuaginta) nonageni, uel nōgeni, nō nouageni: deinde cēteni. Ideo autē hæc nomina in plurali protuli, q; in prosa scribētes ferè plurali utuntur, in carmine frequēter etiā singulari. Et singularē quidem horum nominū numerū non prosa oratione scribentium,

Prisc. lib. 2. *ait Priscianus esse, sed poëtarum. Vt Lucanus lib. VIII.*

Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis.

Veruntamen non tantùm poëtarū uideo esse, sed nonnunquam etiā aliorū: ut Pli. lib. XVII. Traduces Gallica cul

Cap. 23. *tura binis utriq; laterib. Si pars quadrageno distet spatio*

Cap. 8. *quaternis, uiceno inter se obuiį miscētur. Et ī XXV. Altera maior, folijs laterū modo inclusa, quæ q̄ septena sunt.*

Cap. 10. *Et in XXVI. Prodigiosa sunt, quæ circa hoc tradit Theo phrastus*

phrastus autor alioqui grauis, septuageno coitu durare libidinē contactu herbæ, cuius nomen speciemq; non posuit. Septuageno, id est, septuaginta coitibus per singulas noctes. Nam ita hæc nomina exponūtur: ut, Creabantur olim bini cōsules, id est, per singulos annos duo. Vtuntur ergo oratores legitima significatiōe horū nominū: Binus enim, siue Bini, significat singulis duo: Ternus, siue terni, singulis tres: Quaternus, siue quaterni, singulis quatuor. At poëtæ nō ita. Septenus enim gurges nō est singulis septē, sed septē tantū uni flumini Nilo. Nec in singulari modò significatione hac abutūtur, uerūetiā in plurali. Vt Verg.

Per duodena regit mundi sol aureus astra. Georg. 1.

Duodena astra, pro duodecim astra. At hoc Septeno, Priscianus exponit septenario: quod mihi nō placet, quū inauditum sit flumē aliquod habere septenariū alueū, & fontem edere septenariū riuum. Siquidē hæc nomina numerum aliarū rerum, quæ non nominātur, indicant, nō multiplicationē sui ipsorū: ut, Lapis centenarius, non quòd sit centuplus lapis, sed centū librarū: Homo centenarius, non quòd sit centū geminus, sed quòd habet centū annos: Grex centenarius, non quòd sint centū greges, sed grex centum capitū. Rursus non dicimus Centenariam librā, sed centuplam: nec Centenariū annum, sed centuplum annorū. Tamen dicimus Centenariū, Septenarium, Duodenariū numerū. Siquidē Numerus omnia cōplectitur, siue Centenarius, siue Decenarius, siue alius quiuis numerus cæterarū rerum, librarū, annorū, similiumq;. Ideoq; rectè dicimus Centenarium numerū annorum ingressus est: non autem, Centenariū annū: &, Millenariū numerū portat pondo: non autē, Millenaria pōdo. Potuisset igitur Prisciā. commodius exponere, Septeno gurgite, p septenarij numeri Prisc. lib. 2.

gurgite. Qua expositiõe uti solemus in illis numeralibus, quæ ultimũ numeri eius significãt: Decimus, Vndecimus, Centesimus, Millesimus, *id est, qui ultimus est ex decẽ, ex undecim, ex cẽtũ, ex mille. Aliquãdo etiã sic:* Hoc aruum attulit centesimũ, illud uerò saxagesimũ, tuum uerò trigesimũ fructũ: *id est, cẽtenarij numeri, sexagenarij, tricenarij fructũ, uel cẽtuplũ, sexagẽtuplum, tricẽtuplũ.* Plinius

Cap.16. *lib.* XVIII. *Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinẽ eius, & tñ sic quoq; ingratissimũ est uentri: nascitur qualicunq; solo cũ centesimo grano: ipsumq́; pro lætamine est.* Non *ultimũ granũ è cẽtenario numero intellexit, sed grana centenarij numeri, siue granũ centuplũ, siue cẽtenum, eo modo quo idem autor dixit uiceno.* Hac *etiã ratione appellata est* Quadragesima, *quòd quadraginta dies continet: quo uocabulo eloquentissimi* Christianorum *utuntur.* Quidã *etiã* Quĩquagesima, Sexagesima, Septuagesima. Atq; *(ut ad rẽ redeã) utimur superioribus illis noĩbus crebrius ĩ plurali numero,* Singuli, Bini, Terni. Trinũ *igitur cũ habeat singularẽ numerũ, apparet nõ esse naturæ istorũ.* Quinimò *nõ memini cõperisse me illud in plurali, licet & singulare perrarũ sit, ut* Trinum nũdinũ. Promulgari *enim debebat antiquitus rogatio apud* Roman. *trino nũdino: quòd (ut opinor) aut tribus in locis uno die, aut tribus diebus uno in loco celebrabatur: ut* Trimus *triũ anno*

Prisc.lib.7. *rum, ita* Trinus *trium dierũ, aut triũ locorum.* Priscianus *autem ait* Trinũdinũm *pro trinundinarũ,* Ciceronis *exẽplo pro* Cornelio: Primò ex promulgatiõe trinũdinũ dies ad ferendũ potestasq; uenisset. Quod *si ita esset, à tris cõpositũ esset, nõ à trinũ, ut ait* Priscianus, *sicut* Trinoctiũ: *sed forsan per apocopen dicimus* Trinundinũ, *pro trinũ*

Cap.4. *nundinũ, aut planè trinundinũ.* Quintil. *lib.* 11. Siue non

trino

trino fortè nundino promulgata, siue non idoneo die, siue cõtra ĩtercessionẽ, uel auspicia, aliud'ue qđ legib. obstet, dicitur lata esse uel ferri. Titus Liuius lib. III. Postquã uerò comitia decemuiris creãdis ĩ trinũdinũ indicta sunt. Idẽ lib. v. (nisi editioni mẽda inest) ait: Anteà trina loca cũ cõtẽtione summa patritios explere solitos, nũc iã octoiuges ad imperia obtinenda ire. Donatus tamen hoc noĩe utitur, & discipulus eius, nõ tamẽ magistro indoctior, Hieronymus, cùm alibi, tũ ad Marcellã: Et Trinam negationem, trina postea confeßione deleuit: id est, triplici. Cæteri quoq; eodẽ nomine utũtur. Vnde dicta est Trinitas, triũ personarum una diuinitas. Seruius super illud Vergilianum,

–Terna arma mouẽda: ait, Figura poëtica: nam Trina debuit dicere. Arma enim sunt tantũ numeri pluralis. Sed hæc ratio Seruij, quã sit efficax, ipse uiderit, qui uult hoc nomẽ aptũ esse nominibus numeri pluralis: quod etiã reperimus coniunctũ cum nominibus singularẽ numerum habẽtibus. Et quid præterea dixisset, si apud Vergiliũ foret Quaterna arma? nũquid legendũ esset quatrina? Verùm non est Trinũ de numero eorum, de quibus disputauimus, quorũ singularem non frequẽtari ab oratoribus diximus, sed à poëtis, & quidẽ impropriè. Etiam nonnunquam impropriè pluralem, quod aliquando ipsi quoq; oratores faciunt, sed neceßitate in his noĩbus quæ singulari carẽt. ut Codicilli (licet Iustinianus utatur) ut Liberi, ut Pugillares, ut Nuptiæ, ut Arma, ut Castra, Aut si nõ carẽt, suntq; uel diuersi generis, ut Nũdinũ, & Nũdinæ, Delicium, & Deliciæ: uel diuersæ significationis, ut Hæc ædes & hæ ædes: uel diuersi, & generis, & significati, ut Epulum, & Epulæ. Necessariũ est aũt dicere Binos codicillos, & ternos; & quaternos, nõ Duos, tres, quatuor, rõne dictante. Lib. 8. Aen.

Quid enim si de diuersis codicillis dicẽdũ mihi sit, quomodò dicã, duos codicillos scripsit pater, unũ ad me, alterũ ad uxorẽ? illud enim Vnũ, & illud Alterũ ad quid refertur? ad codicillũ, quod nõ reperitur? Dicendũ est ergo Vnos. Quòd si Vnos, ergo et Binos dicendũ erit, quod ex Cice. exemplo liquebit: Duplices similitudines esse debent, unæ rerũ, alteræ uerborũ. Quòd si dixisset duplex similitudo, subiũxisset, Vna rerũ, altera uerborũ: uerùm quia in plurali locutus est, nõ putauit alteri numero locũ esse oportere. Dicamus ergo Binos codicillos, nõ duos. Rursus Duo testamẽta, nõ bina. De cuius naturæ noĩbus quibusdã nominatim faciamus mẽtionẽ: si tamẽ illud monuerimus ex prædictis colligi, utroq; modo posse dici: Relinquo filijs meis testamẽto singulis, siue cuiq;, si multi: siue utriq;, si duo fuerint, dena prædia: uel Singulis, siue unicuiq;, siue utriq; decem prædia: cùm ego & fratres mei ex bonis paternis habuerimus singuli, siue unusquisq;, siue uterq;, unũ prædiũ: uel singuli, siue unusquisq;, siue uterq; singula prædia: quæ etiã uno loco cõiũxit Cice. in Paradoxis: Capit ille ex suis prædijs sexcẽta sestertia, ego cẽtena ex meis. Nõ dixit aut sexcẽta & centũ. aut sexcena, & cẽtena, quæ tamẽ diuersa sunt: ut ĩtelligamus ab illo sexcẽta capi uno anno, nõ singulis annis, ab hoc cẽtena non uno anno sed singulis annis. Ego tamẽ puto scribendũ esse, Sexcena, nõ sexcẽta. Multa hîc, & multifariã uitiose dicta repetere liceret, sed uereor tantos uiros carpere. Vnum tantũmodo dixerim ex tertio lib. Regum: Septena retinacula in capitello uno, et septena retinacula in capitello altero: quũ dicendũ esset, Septẽ in uno, & septẽ in altero: aut Septena ĩ singulis: aut Septena ĩ utroq;. Et si fuißẽt plura duobus. Septena in unoquoq;. Cuius cõditionis est illud in eodẽ lib. Quod abscõderim

Ad Heren. libro 3.

derim de prophetis domini centũ uiros, quinquagenos & qnquagenos in ſpelũcis, hoc modo nõ rectè dicitur, ſed eo modo, quo paulò antè dictũ erat. Tulit ille cẽtũ ꝓphetas, & abſcõdit eos quinquagenos in ſpelũcis, i. in ſingulis ſpeluncis quinquaginta. Quidã iuris ſtudioſi accipiũt Dena, pro uiginti, nõ intelligẽtes ſignificari ſingulis duorũ decẽ: de quorũ imperitia quid multis dicendũ, cùm putẽt recte dici Vna quinq; quaſi Vnà ſit nomẽ, & nõ aduerbiũ. Ne illud quidẽ obticebo (quẽadmodũ ſuperius oſtẽdi) illa nomina ſupra centũ ſyncopari, infra uerò centũ minime. Ita è diuerſo aduerbia infra centũ ſyncopari, ultra, nõ ſyncopari: ut Vicies pro uiginties, Tricies pro triginties, deinde Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, nõ octuagies, nonagies nõ nouagies. Cætera nõ ſyncopãtur, Quinquies, Sexies. Septies, Octies, Nouies, Decies, Cẽties, Ducẽties, Trecẽties, Quadringẽties, Septingẽties, Octingẽties, Noningẽties, Millies: deinde Bis millies, Ter millies, Quater millies, Quinquies millies, Decies millies, Vicies millies, et deinceps cætera, Nũc ad inſtitutum redeamus, ab hoc potiſſimũ nomine incipiẽtes.

De Litera, & Epiſtola. CAP. VI.

Litera in ſingulari numero ſignificat elemẽtum ipſum, ut A, & B: uel manũ ſcribẽtis: ut ad Attic. Cicer. Nam Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinẽ tuæ literæ. In plurali uerò epiſtolam, præterquàm apud poëtas, qui pro epiſtola, uerſus gratia, in ſingulari ſemper utuntur. Vt Ouid. Epiſt. 2. lib. 7.

Quam legis à rapta Briſeide litera uenit. Epiſt. Briſ. ad Achil.

Nam quòd Cicero ad Caninium ſcribit, ad ſe nullã literã Bibulum miſiſſe: ita ait, quaſi nullum uerbũ miſiſſet: quod ut uehemẽter extenuaret, non dixit uerbum, aut ſyllabã, Epiſt. 16. li. 2.

sed literam. Frequentißimum igitur est Literæ, pro epistola: inter quæ duo nomina hæc elegantiæ differentia est: Quòd dicimus Vnā epistolam, Vnas literas: Duas, tres, quatuor, quinq; epistolas: Binas uerò literas, ternas, quaternas, quinas, senas, septenas, octonas, nouenas, denas, nunquàm aliter: quale esset, Vnas, binas, ternas epistolas: Duas, tres, quatuor literas. In hoc tamē coueniūt, ut dicamus, Dedi singulis, uel unicuiq;, uel utriq;, siue singulas literas, siue singulas epistolas. Itē in maiori numero nō conueniunt: ut, Dedi singulis duas literas, uel binas epistolas: sed Binas literas, & duas epistolas: nō autē secus, de quo iā dixi. In quo obseruādum est de cæteris quoq; uocabulis: ut si dicas, Accepi abs te binas literas, nō subiūgas, Quarū alteri respondi per proximū tabellariū, alteri nunc respōdeo, sed Alteris. De Epistola uerò apertum est: ut, Accepi duas epistolas, quarū alteri iam respōdi, alteri nūc respōdeo. Cicero uerò ferè ait, Accepi literas, accepi epistolas. Plinius frequenter etiam Recepi, nisi libri mendosi sint.

De Aedes, & eius deriuatiuis. CAP. VII.

AEdes in plurali tātùm, accipitur pro domo, nec unquā aliter: ut, Aedes meas nō proscribā. In singulari, atq;
Cic. in princ. Philip. 1. *adeò in plurali pro tēplo: ut Cic. in Philip. li. 1. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo tēplo, (quātum in me fuit) ieci fundamenta pacis. In quo tēplo, id est, in qua æde Telluris. Sed hac in re differt à tēplo, quod semper in utroq; numero habet adiectionem, ut in æde Iouis, Mercurij, Mineruæ: in æde Cōcordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis: in æde sacra, et in plurali sacras ædes: ædes Deorū, ædes Nympharū. Nam quum ait Lucretius de Ioue lo*
Lib. 2 *quens —Et ædes Sæpe suas disturbet, perinde est, ac si dixisset, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus Duas, tres,*

quatuor

quatuor deorũ ædes, Duas sacras ædes: pro domo, Binas, ternas, quaternas, priuatas ædes. Aeditui autẽ ab ædibus sacris, quas tuentur, appellati sunt, nõ à priuatis. Aediles quoq; magis à sacris ædibus dicti sunt, quibus curãdis præpositi erant. Aedificare autem magis ad domos hominum spectat, quàm deorum: nec domos tantùm, uerùm etiam naues: ut Cic. Qui posteaquàm maximas ædificasset, ornassetq; classes. Neq; hoc indignũ est admonitione, eũ cui domus ædificatur, dici Aedificare, ut idẽ de cõsulari uiro inqt: Qui quũ ædificasset ĩ palatio plenã dignitatis domũ. Similiter in cæteris uerbis: ut Horatius de prædiuitibus: Pro leg. Manil.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Epist. 1. lib. 1.

De Liberi, Pugillares. CAP. VIII.

Liberi pro filijs singularẽ non agnoscit, cuius natura à superioribus dissentit. Nã ut dicã, Lego Titio ternas ædes, unas in foro, alteras in Ianiculo, tertias in Suburra: ita non dicã, Ex ternis liberis meis, unos, alteros, tertios: sed Ex tribus liberis meis unũ in alienã familiã dedi, alterum abdicaui, tertiũ hæredẽ institui. Cuius rei causa est, quòd quum dico Vnũ, alterũ, tertiũ, adiungi solet Filium: & Tres liberos, quasi tres filios: quod ita nõ fit in Aedes, & in Literas, nisi subintelligas domum, & epistolam. Sed quid facies in cæteris? ut in Nuptias, & in Pugillares? absurdũ sit dicere, Vnã nuptiã, Vnum pugillarẽ. Pugillares autem significat tabellas cereas, siue ligneas, siue alterius materiæ, in quibus stylo scribimus. Liberũ tamẽ pro filio & apud Quintilianũ, & apud Paulum, Caiũq; reperio.

Apud Modestinum ti. de pac. ff. l. ius autem. & Vlpianum ti. de reg. iur. l. nemo prædo. leges liberũ singulariter pro filio.

De Hortus. CAP. IX.

Hortus quoq; eiusdem naturæ est. Nã in singulari, plurali q; ꝑ hortis olitorijs accipitur, id est, olera producẽtibus. Est enim Olus, omnis herba satiua, qua uescimur,

& cuius folijs, ut caule in edulium utimur. Horti *uerò in plurali tantùm, arboribus consiti dicuntur, & uoluptatis, amœnitatisq́; causa parati.* In *superiore igitur significatione dicemus,* V*nũ hortũ, duos, tres hortos.* In *posteriore,* V*nos, binos, ternos, quaternos hortos, nisi alicuius autoritas aliud sibi uendicauerit.*

De Odor.

O*Ddor huic simile est, qua uoce notũ est quid in utroque numero significetur: in plurali uerò tãtùm, odoramenta: ut odores ex* Arabia *sunt.* H*oc tamen nomen rarò cum numeralibus iungitur, sed cum alijs adiectiuis.*

De Commeatus. CAP. X.

C*Ommeatus autem, & si qua sunt similia, nõ recipiũt talem ambiguitatem.* S*iquidẽ superiora in uno sensu habent utrunq; numerũ, in altero tantũ pluralem: hoc uerò in altero tantum singularẽ.* E*st enim* Commeatus *in singulari tantùm, pro facultate ad tẽpus à militia, ab alio'ue ministerio recedẽdi (quã præbet militi* Imperator, *præpositus'ue inferiori) eundiq́; quò uelit ad præscriptũ diẽ reuersuro.* L*icet* Liu.*lib.* XXIII.*aiat:* M*agna pars sine cõmeatibus dilabebatur.* In *utroq; autẽ numero pro cibarijs ad alimoniam* R*eipub.aut exercitus, aut alicuius multitudinis.* I*nterdum etiam priuatim.*Cic.*pro lege* Manil. *Iã commeatu & priuato, & publico prohibebamur.*

De usu Pluralis pro singulari, & de Reditu parenthesis. CAP. XI.

E*X his, quæ dixi, colligi potest, nõ uerũ esse, qđ aliqui uolunt, quoties autor in numero plurali loquitur, declarari dignitatẽ quãdã, et (ut sic dicã) magisteriũ.* Q*uid enim causæ est, cur hæc nomina pluraliter, nõ singulariter efferantur? quid* Athenæ *potius, quàm* Athena? *qđ* Roma *potius*

potius, quàm Romæ? Sed ne in re aperta dicam pluribus, huic opinioni repugnat cùm ipsa rhetorica ars, quæ iubet nos uti modò plurali, ꝓ singulari numero, modò singulari, pro plurali: tum plurima exēpla, adeò ut uno atq; eodē loco de se orator in utroq; numero loquatur. Vergilius.

O' Melibœe, deus nobis hæc otia fecit. Eclog. 1.
Nanq; erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues. Hic de se loquens Tityrus *nunc nos, nunc me ait.* Homerus quoq; Iliados XIII.

Ἔρχομαι ἔτι τοι ἄρχος ἐνὶ κλισίῃσι λελεῖπται
Οἰσόμενος, τόνυ γὰρ κατεξάμενα ὃ πέρ ἔχεσκον.

Et in prosa, ut Quint. in Aegro redēpto: *Vtinā hoc saltē* Declam. 5. *mihi serò fata præstarent, ut residuū laborantis animæ in tuo poneremus amplexu.* Et Cic. *in* Philip. *quod exēplū in* Philip. 7. *aliū etiā usum uolo afferre prolixius: ait igitur, Itaq; ego ille, qui semp autor pacis fui, cuiq; pax, præsertim ciuilis, quanq̃ omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Omne enim curriculū industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratū est. Hinc honores amplißimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatē, si quā habemus, cōsecuti sumus. Ego itaq; pacis (ut ita dicā) alumnus, qui quātuscūq; sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuißē. Periculosè dico: queadmodum accepturi P.C. sitis, horreo. Sed ꝓ mea ꝑpetua cupiditate uestræ dignitatis retinēdæ, & augēdæ, quæso, oroq; P.C. ut primò, si erit uel acerbū dictu, uel incredibile à Marco Cicerone esse dictū, accipiatis sine offensione, qđ dixero: ne'ue id prius, q̃ quale sit explicauero, repudietis. Ego ille (dicā sæpius) pacis semper laudator, semper autor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Hæc in eū quoq; finē retuli, ut*

ostend

ostēderem oratores cùm incœptæ orationi aliquid lōgius inseruerūt, redire iterū ad id quod incœperāt. Aliquando etiā frequētius memoriæ iudicū reficiendæ gratia, uel eodem uerbo repetito, ut in proximo exemplo, uel quod idē

Philip.7. efficiat. Vt apud eundē, & in eodē opere: Collegam tuum aiūt ī hac sua fortuna, quæ bona ipsi uidetur, mihi (ne grauius quippiā dicam) auorum, & auunculi sui consulatū si imitaretur, fortunatior uideretur: sed eum iracundum audio factum. Aiunt, & audio, idem efficiunt.

De questubus & Quæstibus. CAP. XII.

QVestus in plurali pro querela, à Queror, unde fit Cōqueror, cuius datiuus & ablatiuus Questubus, ut portubus. Quæstus in utroq; numero, cuius ī plurali datiuus et ablatiuus est Quæstibus à Quæro, unde fit Cōqro, deriuatur per syncopē à supino Quæsitū, significatq; lucrū nūmariū. Nam Lucrū uocamus etiam nō nūmarium, uelut amicitiæ, gloriæ, scientiæ, cæterorumq; huiusmodi.

Offic.1. Quæstū quoq; nōnūquā recipi pro actione ipsa, atq; artificio lucrādæ pecuniæ: ut apud Ciceronē, Iam de artificijs,

In prœm.li.1.Instit. & quæstibus, q liberales habēdi, q sordidi sint. Et Quītilianū: Nā ut primū lingua esse cœpit in quæstu, institutūq; eloquētiæ bonis male uti. Quæstu dixit, quasi acquisitiōe.

De Scala, & Pondo. CAP. XIII.

SCala à quibusdam in singulari usurpatur. Sallustius cū alijs quibusdā ostēdit pluralē tantùm habere, quum dixit in Iugurthino: Deinde ubi unæ, atq; alteræ scalæ cōminutæ sunt, qui superstiterāt afflicti sunt. Nō dixit, una atq; altera. Pōdo aūt caret singulari numero, teste Foca. Dici

Cap.9. mus autē Duo pōdo, Tria pondo: nō, Bina pondo, Terna pondo. Quintil. in primo: Quid quòd quædā quæ singula procul dubio uitiosa sunt, iuncta sine repehēsione dicūtur?

Nam

Nam Duæ, & Tre, & pondo, diuersorũ generũ sunt barbarismi: at Dua pondo, & Trepõdo usq; ad nostrã ætatẽ ab omnibus dictũ est, & rectè dici Messala cõfirmat. Forsitan huius rei cã est, q sicut superius de liberis diximus, ita hic siquis ita loquatur, Relĩquo liberis meis duo põdo auri: alterũ signatũ, alterũ rude: intelligitur libram. Idem est enim Duæ, tres, quatuor libris, qđ Duo, tria, quatuor pondo, ut quidã uolũt, quod multi autores non probãt, ut Liuius lib. XXII. *Argẽti põdo bina, & sex libras in militem præstaret.* cùm legendũ sit selibras. Quidam etiã singularẽ huic nomini dant, & huius ipsius autoris (si editio uerax est) nonnulla exẽpla sunt. Quale est etiã Columellæ: *Scillæ aridæ pondo librã, & quadrãtem adijci oportere.* Sed nunc pro pondere uidetur accipi. Huiusmodi cõditionis est ludus, & Ludi. Sed hæc in alterum librũ reseruamus. Nunc aliquid etiam de numeris addamus.

De ordine numerorum. CAP. XIIII.

PLato uno & octogesimo anno scribẽs mortuus est. Isocrates quarto & octogesimo anno eũ librũ q Panathenaicus inscribitur, scripsisse dicitur: uixitq; quinquenniũ posteà: cuius magister Leõtinus Gorgias cẽtũ et septẽ cõpleuit annos. hæc Cic. Cuius ex uerbis datur ĩtelligi, ante cẽtũ præponi numerũ minorem, post centum uerò postponi: quod Quintilianus quoq; cõfirmat, quũ ait: *Artium autẽ scriptores antiqßimi Corax, & Thisias Siculi, quos insecutus est uir eiusdẽ insulæ Gorgias Leõtinus, Empedoclis (ut traditur) discipulus. Is bñficio lõgißimæ ætatis (nã centum & nouem uixit annos) cũ multis simul floruit.* Et paulò pòst: *Nã & Isocratis præstantißimi discipuli fuerũt in omni studiorum genere. Eoq; iam seniore (octauũ enim & nonagesimũ cõpleuit annũ) pomeridianis scholis Aristoteles*

Cicer. de Senectute.

Lib. 3. cap. 1.

Eodem cap.

ſtoteles præcipere artẽ oratoriam cœpit, Hoc tamẽ uidetur fieri intercedẽte copula. Nã ea ſublata, ut quiſq; numerus maximus eſt, ita primo loco ponitur, duntaxat citra centũ: ut, Maior uiginti quinq; annis, nõ autẽ Maior quinque uiginti annis. Etiã in illis quæ ſuprà tractaui, numeralibus, Viceni ſinguli, Vicenibini, Viceniterni: aut Singuli & uiceni, Bini & uiceni, Terni & uiceni. Supra centum naturalem ordinẽ ſequimur, ut ſuperiora exẽpla docent: Centũ et ſeptẽ cõpleuit annos, Centũ et nouẽ uixit annos.

Cap. 49. *Pliu. lib.* VII. *naturalis hiſtoriæ: Centũ & uiginti natos annos Parmæ tres edidere. Brixelli unũ* CXXV. *Parmæ duos* CXXX. *Placẽtiæ unũ* CXXXI. *Fauẽtiæ unã mulierem* CXXXII. *Bononiæ L. Terentiũ Marci filium, Arimini uerò M. Apomũ,* CL. *Tertulã,* CXXXVII. *Citra Placẽtiã in collibus oppidũ eſt Velleiaciũ, in quo* CX. *natos annos ſex detulere, quatuor cẽtenos uicenos. unũ* CL. *Marcus Mutius Marci filius, Gallerius Felix: ac (ne pluribus moremur in re cõfeſſa) in regione Italiæ octaua cẽtenûm annorũ cenſi ſunt hoĩes* LIIII. *centenũ denũ homĩnes* LVII. *centenũ uicenũ quinũ homines duo, centenûm tricenûm homines quatuor, centenûm tricenûm quinûm, aut ſeptenûm totidẽ, centenûm quadragenũ homines tres.*

Cap. 52. *Idem tamẽ Plinius paulò pòſt ait: Vt tamẽ in ſeptimũ & quinquageſimũ atq; centeſimũ uitæ duraret annũ. Ex quo apparet ſine copula maximũ quenq; numerũ præcedere: quũ copula nonnihil uariet, præſertim retrorſum eundo. Adhuc quæ diximus, & recitauimus exẽpla, intra numerum millenariũ ſunt, ſed in ipſo quoq; maximũ quenq; numerũ ſemper præponemus: ut, à natali ſaluatoris anni ſunt mille quadringẽti &* XXXVIII. *uel mille et quadringẽti ac triginta octo. Illud tamẽ notandũ eſt, in millibus eandem*

dem esse naturā, atq; in numeralibus citra centū: ut, Milites nostri sunt sex & uiginti millia: nō autē, Viginti & sex millia: uel, Milites nostri sunt uiginti sex millia: siue, Militū nobis sunt uiginti millia: siue Milites nostri sunt uicies mille: siue, Nobis singulis sunt decies mille milites, siue, Nobis singulis sunt dena millia militū: siue, Nobis singulis sunt decē millia militū. Omnia autem quæ locuti sumus, ultra uicesimū numerū intelligi uolo. Nā Decem & septē, Decē & octo, Decē & nouem, normam illam, quam dixi non tenent. His inferiora ne ipsa quidē seruāt suam legem. Illa enim coniunctionē habent interpositam, hæc non habent: uerūtamen nec habere possunt, quum sint composita, nec plura, sed singula nomina: Vndecim, Duodecim, Tredecim, Quatuordecim, Quindecim, Sexdecim: sicut illa quoq; cōposita atq; unica sunt nomina, Vndeuiginti, Duodeuiginti, Vndetriginta, Duodetriginta, Vndecētū, Duodecentū: hoc est, uno, aut duobus demptis de uiginti, de triginta, de centū. Vt ab incarnatione saluatoris sunt anni mille quadringēti duodequadraginta. Et p denominatiua: ut, ab incarnatione agitur annus millesimus quadringētesimus duodequadragesimus. Pli. li. xxxv. natural. Cap. 2. histor. Duodeuicesima Olympiade interijt Cādaules. Licet pleraq; exēplaria habeāt Duodeuiginti Olympiade. Idē proximo lib. Atq; adeò duodequadragenûm pedū Lu- Cap. 2. lib. 36. cullei marmoris ī atrio Scauri collocati. Duodequadragenū, pro duodequadragenorū. T. Liu. li. 1. Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius.

De Domus. CAP. XV.

Domus genitiuos duos habet, unum secūdæ, alterum quartæ declinatiōis, Domi, et Domus. Sed prior significat locū, ubi qs manet: posterior corpus ipsum, atq; ædificium

ficium,quod ex parietibus constat, & tecto:ut, Domi *maneo:non,domus:&* Partē *domus demolitus sum,* Superio*ra domus ascendi:nō,domi.* Nam illud, Domus *meæ imperiū teneo,non pro loco accipitur,sed pro familia,quæ continetur ædificio,figuratè continēs pro cōtēto.* Quod *etiā dicere licet* Domi *meæ:quasi,in domo mea.* Quòd *autem idē sit* Domi, & In *domo,notū est.* Vnū *tamen afferā exēplū:* Quintilianus *lib.v.* In *domo furtum factū ab eo, qui domi fuit.* Datiuus *tātùm quartæ est:* Accusatiuus *indifferēs:* Ablatiuus *secūdæ.* In *accusatiuo & ablatiuo, uel cum præpositione,uel sine præpositione loquimur: ut,* Reuer*tor domū,uel ad domū.* Exeo *domo,uel è domo: &,* Sum *in domo,uel domi:hoc grāmaticæ est,illud uerò* Latinita*tis, & elegantiæ.* Hunc *genitiuū secūdæ nō coniungimus nisi cū tribus,siue quinq; pronominibus.* Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, & *uno nomine* Alienæ:*ut,* Ego *uiuo domi meæ:* Nō *uiuo domi tuæ:* Erat *domi suæ,* Nostræ,*nō uestræ domi habitare uolo.* Cic.*in libris ad* Herenniū: Qui *cū ista ætate, & forma alienæ domi,nolo dicere.* Quidam *uolūt illud* Domi *aduerbiascere.* Sed *quomodo cōiungeretur cū adiectiuis? q, siquādo quinq; hæc pnomina adiectiua supprimātur, tamē subintelliguntur:ut* Domi *ero,i. meæ.* Domi *erimus,i. nostræ:* Domi *eris,eritisue,i.tuæ, aut uestræ:* Domi *erit,aut erūt,i.suæ: sicut in altero sensu, & in plerisq; nominib⁹: ut,* Partē *domus locaui, in altera parte ipse habito:i.ptē domus meæ.* Et, Pater *mihi iußit, mater te uocat, frater nos expectat: hoc est, pater meus, uel noster:mater tua,uel nostra,frater noster.* Quòd *aūt hic genitiuus secūdæ regat alterū genitiuū,siue pnomē, siue nomē,certū est:ut,* Ego *erā domi illius,domi huius,domi* Cæ*saris,domi* Pōpeij. Domi *aūt publicæ, domi priuatæ,domi honestæ,*

honestæ, domi infamis, domi paternæ, domi maternæ habito, & similia, non licere dicere, iam tradidimus.

De compositis à Quis, uel Qui. CAP. XVI.

QVisquis, & Quicunq; pro eodem accipi solent: ut, Quisquis es, huc uenias: et, Quicũq; es, huc uenias Quicquid, & Quodcunq; non accipiũtur pro eodẽ, quũ alterũ sit substantiuũ: ut, Quicquid festiuũ, qcquid molle, quicquid tenerũ, quicquid iucunditatis, quicquid gaudij, quicquid pecuniarũ: alterũ adiectiuũ: ut, Quodcũq; telũ, quodcunq; scutũ, quodcunq; iaculũ. Cuius differentiæ causa est, quòd uoces hæ in masulino conuenientes, in neutro posteà discordant. Erat *enim Quidcunq; & uox significato similior, si reperiretur eo mõ quo dicimus Quidq;, & Quicquid. Quodq; enim, siue* V*nũquodq; cõponitur à qđ: sed ut nõ reperitur Quidcũq;, ita nec Quodquod. Illud nanq; componitur ex Qui, quæ, quod: hoc autem ex Quis et quid. Caretq́; genere fœminino, quinetiã masculino ĩ accusatiuo casu, tantũq́; habet nominatiuũ Quisquis Quicquid, accusatiuũ Quicquid, ablatiuũ Quoquo, tum in masculino, tũ in neutro: nõnunquam etiam in fœminino Quaqua: ut apud* Suet. *de uita* Titi: *Galba mox tenente* Cap. 5. R*emp. missus ad gratulandũ, quaquà iret, cõuertit hoĩes quasi adoptionis gratia accerseretur.* In *accusatiuo quoque interdũ in alio genere q̃ neutro, sed uix apud oratores.* P*laut.in* Capt. *duo:* N*ã meus ballista pugnus est, cubitus catapulta, humerus aries, cũ genu ad quenq̃ iecero, ad terrã dabo: dentilegos omnes mortales faciam, quenquem offendero Quenquẽ, id est, quencunq;.* Sergius *autem* Do*natum cõmentans ait:* V*traq; parte declinatur hoc pronomẽ Quisquis, cuiuscuius, cuicui, quenquẽ, quisquis, à quoquo, quiqui, quorũquorũ, quibusquibus, quosquos, quiqui,*

n à qui

à quibusquibus. Noli putare hoc casu declinationis esse, ut apud Cice. remansit cuicui: Haec Sergius. Igitur quum sit compositum Quidquid ex quid, Quodcūq; ex quod, debuit illud esse substantiuū, ut Quid et aliquid: hoc adiectiuum, ut Quod et aliquod. Dicimus enim, Quid feci? nō autē, quod feci? Aliquid feci: nō autē, aliquod feci. Itē, Quod malū feci? nō autē, quid malū feci? sed, Quid mali? Et, Scio quid faciā, non autē, scio quod faciā: Video quid facis, sæpius quàm, Video quod facis. Ita & cætera ab his composita Quiddam, Quoddam. Nam Quiddam adhæret adiectiuo, Quoddā substantiuo: ut, Mirabile quiddā, obscœnū quiddam, quiddā maius: &, Quoddā templum, quoddam nemus, quoddam antrū, oppidū quoddā: in quo nulli ferè errāt, hîc autē multi, pro Quidq; ponentes Quodq;: ut, Optimū quidq;, honestißimū quidq;, saluberrimū quidq;: ubi nō liceret pōi Quodq;. Ex his liquet exēplis, Optimū quodq; prædiū, Honestißimū quodq; consiliū, Ex iumentis quæ cepi, decimū quodq; sit tuū. Nam substantiui natura est coniūgi cū adiectiuo, adiectiui uerò cū substantiuo, quasi connubio quodā. Ideo ubicunq; est substantiuū, desiderat adiectiuū quasi coniugē, impatiens alterius substantiui. Rursus adiectiuū sine substantiuo, tanquam sine uiro esse nō potest, cū altero adiectiuo nihil consortij habens, Eoq; factū est, ut hi quos dixi, erarrent, quòd quādoq; uidetur sine substantiuo esse Quodq;: ut, Reliqt mihi pater multa prædia, quorū optimū quodq; sublatū mihi est: uel, Ex meis multis prædijs optimū quodq; mihi sublatū est. Sed omnibus liquet subintelligi substantiuū, sic, Optimū quodq; prædiū. Quodq; autē idem esse quod Vnūquodq;, antè significaui. Quint. Nec causas cur quodq; eorū accidat, prosequi proposito operi necessarium est. Hoc quoq; addam

addamus, Quid solere usurpari pro, in quo: ut apud eundē: Quid tibi tantum mali feci? quid offendi? & alibi: Si *quid offendi.* Cice. *in Lælio: Quid enim indigens Africanus mei?* Eodē modo Nihil: *ut, nihil te offendi.* De *differētia autem inter Quidam & aliquis, siue Quispiam, siue Quisquā, quòd illud certū hominem, hoc unum quēlibet significat, in libris dialecticis disputauimus.* Hîc *tantū admonendū est, quosdam his posterioribus eo modo uti, quo ego nō uterer, pro illo superiore: ut* Hieronymus, *qui sic librum de* Hebraicis *quæstionibus exorditur: Qui in illis principijs librorū debeā secuturi operis argumentū proponere, cogor prius respondere maledictis,* Terentij *quippiam sustinens, qui comœdiarū prologos in defensionē sui dabat.* Ego *dixissem Quiddā potius, quàm Quippiā.* De *certo enim crimine loquitur, nō de incerto.* Idem *est enim Quippiam, quod aliquid.* Sed *de hoc in libris his, quos dixi, latius.* Sed *fortè* Hieronymus *scriptū reliquerat Quiddam, & librarij in Quippiam mutauerunt.* Declam. 6. Lib. 2. cap. 25.

De affinitate Genitiui, & ablatiui. CAP. XVII.

M*Agna autoritate est uir, uel* Magnæ *autoritatis (utroq; enim modo dicimus) sed rarò sine adiectiuo, duntaxat in genitiuo: nā in ablatiuo nunquā: ut* Cic. *in* Sallustiū, *Nūquid quos protulit* Scipiones, & Metellos *antè fuerūt aut opinionis, aut gloriæ? Cæterū in eadē oratione non est utendū genitiuo, & ablatiuo, nisi uelimus illud* Plinianū *ex lib. septimo naturalis historiæ sequi:* Choromandarū *gentem uocat* Tauron *syluestrē sine uoce, stridoris horrēdi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dētibus caninis.* Poterat *dicere,* Stridore *horrēdo.* Quanquàm *(quod ad elegātiā pertinet) ego pro lege accipio, quicquid magnis autoribus placuit, quorū ī primis est* Plin. Præsertim *quū* Cap. 2.

Quid enim si de diuersis codicillis dicẽdũ mihi sit, quomodò dicã, duos codicillos scripsit pater, unũ ad me, alterũ ad uxorẽ? illud enim Vnũ, & illud Alterũ ad quid refertur? ad codicillũ, quod nõ reperitur? Dicendũ est ergo Vnos.

Ad Heren. libro 3.

Quòd si Vnos, ergo et Binos dicendũ erit, quod ex Cice. exemplo liquebit: Duplices similitudines esse debent, unæ rerũ, alteræ uerborũ. Quòd si dixisset duplex similitudo, subiũxisset, Vna rerũ, altera uerborũ: uerùm quia in plurali locutus est, nõ putauit alteri numero locũ esse oportere. Dicamus ergo Binos codicillos, nõ duos. Rursus Duo testamẽta, nõ bina. De cuius naturæ noĩbus quibusdã nominatim faciamus mẽtionẽ: si tamẽ illud monuerimus ex prædictis colligi, utroq; modo posse dici: Relinquo filijs meis testamẽto singulis, siue cuiq;, si multi: siue utriq;, si duo fuerint, dena prædia: uel Singulis, siue unicuiq;, siue utriq; decem prædia: cùm ego & fratres mei ex bonis paternis habuerimus singuli, siue unusquisq;, siue uterq;, unũ prædiũ: uel singuli, siue unusquisq;, siue uterq; singula prædia: quæ etiã uno loco cõiũxit Cice. in Paradoxis: Capit ille ex suis prædijs sexcẽta sestertia, ego cẽtena ex meis. Nõ dixit aut sexcẽta & centũ. aut sexcena, & cẽtena, quæ tamẽ diuersa sunt: ut ĩtelligamus ab illo sexcẽta capi uno anno, nõ singulis annis, ab hoc cẽtena non uno anno sed singulis annis. Ego tamẽ puto scribendũ esse, Sexcena, nõ sexcẽta. Multa hîc, & multifariã uitiose dicta repetere liceret, sed uereor tantos uiros carpere. Vnum tantũmodo dixerim ex tertio lib. Regum: Septena retinacula in capitello uno, et septena retinacula in capitello altero: quũ dicendũ esset, Septẽ in uno, & septẽ in altero: aut Septena ĩ singulis: aut Septena ĩ utroq;. Et si fuißet plura duobus. Septena in unoquoq;. Cuius cõditionis est illud in eodẽ lib. Quod abscõderim

derim de prophetis domini centū uiros, quinquagenos & qnquagenos in ſpelūcis, hoc modo nō rectè dicitur, ſed eo modo, quo paulò antè dictū erat. Tulit ille cētū pphetas, & abſcōdit eos quinquagenos in ſpelūcis, i. in ſingulis ſpeluncis quinquaginta. Quidā iuris ſtudioſi accipiūt Dena, pro uiginti, nō intelligētes ſignificari ſingulis duorū decē: de quorū imperitia quid multis dicendū, cùm putēt recte dici Vna quinq; quaſi Vnà ſit nomē, & nō aduerbiū. Ne illud quidē obticebo (quēadmodū ſuperius oſtēdi) illa nomina ſupra centū ſyncopari, infra uerò centū minime. Ita è diuerſo aduerbia infra centū ſyncopari, ultra, nō ſyncopari: ut Vicies pro uiginties, Tricies pro triginties, deinde Quadragies, Quinquagies, Sexagies, Septuagies, Octogies, nō octuagies, nonagies nō nouagies. Cætera nō ſyncopātur, Quinquies, Sexies. Septies, Octies, Nouies, Decies, Cēties, Ducēties, Trecēties, Quadringēties, Septingēties, Octingēties, Noningēties, Millies: deinde Bis millies, Ter millies, Quater millies, Quinquies millies, Decies millies, Vicies millies, et deinceps cætera, Nūc ad inſtitutum redeamus, ab hoc potiſſimū nomine incipiētes.

De Litera, & Epiſtola. CAP. VI.

Litera in ſingulari numero ſignificat elemētum ipſum, ut A, & B: uel manū ſcribētis: ut ad Attic. Cicer. Nam Epiſt. 2. lib. 7. *Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedebat ad ſimilitudinē tuæ literæ. In plurali uerò epiſtolam, præterquàm apud poëtas, qui pro epiſtola, uerſus gratia, in ſingulari ſemper utuntur. Vt Ouid.* Epiſt. Briſ. ad Achil.

Quam legis à rapta Briſeide litera uenit.

Nam quòd Cicero ad Caninium ſcribit, ad ſe nullā literā Epiſt. 16. li. 2. *Bibulum miſiſſe: ita ait, quaſi nullum uerbū miſiſſet: quod ut uehemēter extenuaret, non dixit uerbum, aut ſyllabā,*

sed literam. Frequentißimum igitur est Literæ, pro epistola: inter quæ duo nomina hæc elegantiæ differentia est: Quòd dicimus Vnã epistolam, Vnas literas: Duas, tres, quatuor, quinq; epistolas: Binas uerò literas, ternas, quaternas, quinas, senas, septenas, octonas, nouenas, denas, nunquàm aliter: quale esset, Vnas, binas, ternas epistolas: Duas, tres, quatuor literas. In hoc tamẽ cõueniũt, ut dicamus, Dedi singulis, uel unicuiq;, uel utriq;, siue singulas literas, siue singulas epistolas. Itẽ in maiori numero nõ conueniunt: ut, Dedi singulis duas literas, uel binas epistolas: sed Binas literas, & duas epistolas: nõ autẽ secus, de quo iã dixi. In quo obseruãdum est de cæteris quoq; uocabulis: ut si dicas, Accepi abs te binas literas, nõ subiũgas, Quarũ alteri respondi per proximũ tabellariũ, alteri nunc respõdeo, sed Alteris. De Epistola uerò apertum est: ut, Accepi duas epistolas, quarũ alteri iam respõdi, alteri nũc respõdeo. Cicero uerò ferè ait, Accepi literas, accepi epistolas. Plinius frequenter etiam Recepi, nisi libri mendosi sint.

De Aedes, & eius deriuatiuis. CAP. VII.

AEdes in plurali tãtùm, accipitur pro domo, nec unquã aliter: ut, Aedes meas nõ proscribã. In singulari, atq; adeò in plurali pro tẽplo: ut Cic. in Philip. li. 1. Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo tẽplo, (quãtum in me fuit) ieci fundamenta pacis. In quo tẽplo, id est, in qua æde Telluris. Sed hac in re differt à tẽplo, q̃ semper in utroq; numero habet adiectionem, ut in æde Iouis, Mercurij, Mineruæ: in æde Cõcordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis: in æde sacra, et in plurali sacras ædes: ædes Deorũ, ædes Nympharũ. Nam quum ait Lucretius de Ioue loquens – Et ædes Sæpe suas disturbet, perinde est, ac si dixisset, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus Duas, tres, quatuor

Cic. in princ. Philip. 1.

Lib. 2.

quatuor deorũ ædes, Duas *sacras ædes:pro domo,*Binas, *ternas,quaternas,priuatas ædes. Aeditui autẽ ab ædibus sacris,quas tuentur,appellati sunt,nõ à priuatis.* Aediles *quoq; magis à sacris ædibus dicti sunt,quibus curãdis præpositi erant. Aedificare autem magis ad domos hominum spectat, quàm deorum: nec domos tantùm, uerùm etiam naues:ut* Cic. *Qui posteaquàm maximas ædificasset, ornassetq; classes.* Neq; *hoc indignũ est admonitione, eũ cui domus ædificatur,dici* Aedificare, *ut idẽ de cõsulari uiro inqt:Qui quũ ædificasset ĩ palatio plenã dignitatis domũ.* Similiter *in cæteris uerbis: ut* Horatius *de prædiuitibus:* Pro leg. Manil.

Diruit,ædificat,mutat quadrata rotundis. Epist.1. lib.1.

De Liberi,Pugillares. CAP. VIII.

Liberi *pro filijs singularẽ non agnoscit, cuius natura à superioribus dissentit.* Nã *ut dicã,* Lego Titio *ternas ædes,unas in foro,alteras in Ianiculo, tertias in* Suburra: *ita non dicã,*Ex *ternis liberis meis,unos, alteros, tertios: sed* Ex *tribus liberis meis unũ in alienã familiã dedi,alterum abdicaui,tertiũ hæredẽ institui.* Cuius *rei causa est, quòd quum dico* V*nũ,alterũ,tertiũ,adiungi solet* Filium: & Tres *liberos,quasi tres filios:quod ita nõ fit in* Aedes, & *in* Literas,*nisi subintelligas domum,& epistolam.* Sed *quid facies in cæteris?ut in* Nuptias, & *in* Pugillares? *absurdũ sit dicere,*Vnã *nuptiã,*Vnum *pugillarẽ.* Pugillares *autem significat' tabellas cereas,siue ligneas, siue alterius materiæ, in quibus stylo scribimus.* Liberũ *tamẽ pro filio & apud* Quintilianũ,& *apud* Paulum,Caiũq; *reperio.* Apud Modestinum ti. de pac. ff. l. ius autem. & Vlpianum ti. de reg. iur. l. nemo prædo. leges liberũ singulariter pro filio.

De Hortus. CAP. IX.

Hortus *quoq; eiusdem naturæ est.* Nã *in singulari,pluraliq; ꝑ hortis olitorijs accipitur,id est,olera producẽtibus.* Est *enim* Olus,*omnis herba satiua,qua uescimur,*

m 5 & cu

& cuius folijs, ut caule in edulium utimur. Horti uerò *in plurali tantùm, arboribus consiti dicuntur, & uoluptatis, amœnitatisq́; causa parati.* In *superiore igitur significatione dicemus,* Vnũ *hortũ, duos, tres hortos.* In *posteriore,* Vnos, *binos, ternos, quaternos hortos, nisi alicuius autoritas aliud sibi uendicauerit.*

De Odor.

ODdor *huic simile est, qua uoce notũ est quid in utroque numero significetur: in plurali uerò tãtùm, odoramenta: ut odores ex* Arabia *sunt.* Hoc *tamen nomen rarò cum numeralibus iungitur, sed cum alijs adiectiuis.*

De Commeatus. CAP. X.

COmmeatus *autem, & si qua sunt similia, nõ recipiũt talem ambiguitatem.* Siquidẽ *superiora in uno sensu habent utrunq; numerũ, in altero tantũ pluralem: hoc uerò in altero tantum singularẽ.* Est *enim* Commeatus *in singulari tantùm, pro facultate ad tẽpus à militia, ab alio'ue ministerio recedẽdi (quã præbet militi* Imperator, *præpositus'ue infiriori) eundiq́; quò uelit ad præscriptũ diẽ reuersuro.* Licet Liu. lib. XXIII. *aiat:* Magna *pars sine cõmeatibus dilabebatur.* In *utroq; autẽ numero pro cibarijs ad alimoniam* Reipub. *aut exercitus, aut alicuius multitudinis.* Interdum *etiam priuatim.* Cic. *pro lege* Manil. Iã *commeatu & priuato, & publico prohibebamur.*

De usu Pluralis pro singulari, & de Reditu parenthesis. CAP. XI.

EX *his, quæ dixi, colligi potest, nõ uerũ esse, qđ aliqui uolunt, quoties autor in numero plurali loquitur, declarari dignitatẽ quãdã, et (ut sic dicã) magisteriũ.* Quid *enim causæ est, cur hæc nomina pluraliter, nõ singulariter efferantur? quid* Athenæ *potius, quàm* Athena? *qđ* Roma

potius

potius, quàm Romæ? Sed ne in re aperta dicam pluribus, huic opinioni repugnat cùm ipsa rhetorica ars, quæ iubet nos uti modò plurali, p singulari numero, modò singulari, pro plurali: tum plurima exẽpla, adeò ut uno atq; eodẽ loco de se orator in utroq; numero loquatur. Vergilius.

O' *Melibœe, deus nobis hæc otia fecit.* Eclog.1.
Nanq; erit ille mihi semper deus, illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
Ille meas errare boues. Hîc de se loquens Tityrus

nunc nos, nunc me ait. Homerus quoq; Iliados XIII.

Ἔρχομαι ἤτι τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται
Οἰσόμενος, τόνυ γὰρ κατεάξαμεν ὃ πρὶν ἔχεσκον.

Et in prosa, ut Quint. in Aegro redẽpto: Vtinã hoc saltẽ *mihi serò fata præstarent, ut residuũ laborantis animæ in tuo poneremus amplexu.* Et Cic. in Philip. quod exẽplũ in *aliũ etiã usum uolo afferre prolixius: ait igitur, Itaq; ego ille, qui semp autor pacis fui, cuiq; pax, præsertim ciuilis, quanq omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Omne enim curriculũ industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratũ est. Hinc honores amplissimos, hinc mediocres opes, hinc dignitatẽ, si quã habemus, cõsecuti sumus. Ego itaq; pacis (ut ita dicã) alumnus, qui quãtuscũq; sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissẽ. Periculosè dico: queadmodum accepturi P.C. sitis, horreo. Sed p mea ppetua cupiditate uestræ dignitatis retinẽdæ, & augẽdæ, quæso, oroq; P.C. ut primò, si erit uel acerbũ dictu, uel incredibile à Marco Cicerone esse dictũ, accipiatis sine offensione, qd' dixero: ne'ue id prius, q quale sit explicauero, repudietis. Ego ille (dicã sæpius) pacis semper laudator, semper autor, pacem cum M. Antonio esse nolo. Hæc in eũ quoq; finẽ retuli, ut* Declam.5. Philip.7.

ostend

ostēderem oratores cùm incœptæ orationi aliquid lōgius inseruerūt, redire iterū ad id quod incœperāt. Aliquando *etiā frequētius memoriæ iudicū reficiendæ gratia, uel eodem uerbo repetito, ut in proximo exemplo, uel quod idē*
Philip.7. *efficiat. Vt apud eundē, & in eodē opere: Collegam tuum aiūt ī hac sua fortuna, quæ bona ipsi uidetur, mihi (ne grauius quippiā dicam) auorum, & auunculi sui consulatū si imitaretur, fortunatior uideretur: sed eum iracundum audio factum. Aiunt, & audio, idem efficiunt.*

De questubus & Quæstibus. CAP. XII.

Q*Vestus in plurali pro querela, à Queror, unde fit Cōqueror, cuius datiuus & ablatiuus Questubus, ut portubus. Quæstus in utroq; numero, cuius ī plurali datiuus et ablatiuus est Quæstibus à Quæro, uñ fit Cōqro, deriuatur per syncopē à supino Quæsitū, significatq; lucrū nūmariū. Nam Lucrū uocamus etiam nō nūmarium, uelut amicitiæ, gloriæ, scientiæ, cæterorumq; huiusmodi. Quæstū quoq; nōnūquā recipi pro actione ipsa, atq; artifi*
Offic.1. *cio lucrādæ pecuniæ: ut apud Ciceronē, Iam de artificijs,*
In prœm.li. 1.Instit. *& quæstibus, q liberales habēdi, q sordidi sint. Et Quītilianū: Nā ut primū lingua esse cœpit in quæstu, institutūq; eloquētiæ bonis male uti. Quæstu dixit, quasi acquisitiōe.*

De Scala, & Pondo. CAP. XIII.

S*Cala à quibusdam in singulari usurpatur. Sallustius cū alijs quibusdā ostēdit pluralē tantùm habere, quum dixit in Iugurthino: Deinde ubi unæ, atq; alteræ scalæ cōminutæ sunt, qui superstiterāt afflicti sunt. Nō dixit, una atq; altera. Pōdo aūt caret singulari numero, teste Foca. Dici*
Cap.9. *mus autē Duo pōdo, Tria pondo: nō, Bina pondo, Terna pondo. Quintil. in primo: Quid quòd quædā quæ singula procul dubio uitiosa sunt, iuncta sine repehēsione dicūtur?*

Nam

Nam Duæ, & Tre, & pondo, diuersorũ generũ sunt barbarismi: at Dua pondo, & Trepõdo usq; ad nostrã ætatẽ ab omnibus dictũ est, & rectè dici Messala cõfirmat. Forsitan *huius rei cã est, q sicut superius de liberis diximus, ita hic si quis ita loquatur, Reliquo liberis meis duo põdo auri: alterũ signatũ, alterũ rude: intelligitur libram. Idem est enim Duæ, tres, quatuor libris, qđ Duo, tria, quatuor pondo, ut quidã uolũt, quod multi autores non probãt, ut Liuius lib. XXII. Argẽti põdo bina, & sex libras in militem præstaret. cùm legendũ sit selibras. Quidam etiã singularẽ huic nomini dant, & huius ipsius autoris (si editio uerax est) nonnulla exẽpla sunt. Quale est etiã Columellæ: Scillæ aridæ pondo librã, & quadrãtem adijci oportere. Sed nunc pro pondere uidetur accipi. Huiusmodi cõditionis est ludus, & Ludi. Sed hæc in alterum librũ reseruamus. Nunc aliquid etiam de numeris addamus.*

De ordine numerorum. CAP. XIIII.

PLato uno & octogesimo anno scribẽs mortuus est. Isocrates quarto & octogesimo anno eũ librũ q Panathenaicus inscribitur, scripsisse dicitur: uixitq; quinquenniũ posteà: cuius magister Leõtinus Gorgias cẽtũ et septẽ cõpleuit annos. hæc Cic. Cuius ex uerbis datur ĩtelligi, ante cẽtũ præponi numerũ minorem, post centum uerò postponi: quod Quintilianus quoq; cõfirmat, quũ ait: Artium autẽ scriptores antiqßimi Corax, & Thisias Siculi, quos insecutus est uir eiusdẽ insulæ Gorgias Leõtinus, Empedoclis (ut traditur) discipulus. Is bñficio lõgißimæ ætatis (nã centum & nouem uixit annos) cũ multis simul floruit. Et paulò pòst: Nã & Isocratis præstantißimi discipuli fuerũt in omni studiorum genere. Eoq; iam seniore (octauũ enim & nonagesimũ cõpleuit annũ) pomeridianis scholis Aristoteles

Cicer. de Senectute.

Lib. 3. cap. 1.

Eodem cap.

stoteles præcipere artē oratoriam cœpit, Hoc tamē uidetur fieri intercedēte copula. Nā ea sublata, ut quisq; numerus maximus est, ita primo loco ponitur, duntaxat citra centū: ut, Maior uiginti quinq; annis, nō autē Maior quinque uiginti annis. Etiā in illis quæ suprà tractaui, numeralibus, Viceni singuli, Vicenibini, Viceniterni: aut Singuli & uiceni, Bini & uiceni, Terni & uiceni. Supra centum naturalem ordinē sequimur, ut superiora exēpla docent: Centū et septē cōpleuit annos, Centū et nouē uixit annos.

Cap. 49. Plin. lib. VII. naturalis historiæ: Centū & uiginti natos annos Parmæ tres edidere. Brixelli unū CXXV. Parmæ duos CXXX. Placētiæ unū CXXXI. Fauētiæ unā mulierem CXXXII. Bononiæ L. Terentiū Marci filium, Arimini uerò M. Apomū, CL. Tertulā, CXXXVII. Citra Placētiā in collibus oppidū est Velleiaciū, in quo CX. natos annos sex detulere, quatuor cētenos uicenos. unū CL. Marcus Mutius Marci filius, Gallerius Felix: ac) ne pluribus moremur in re cōfessa) in regione Italiæ octaua cētenûm annorū censi sunt hoīes LIIII. centenū denū homines LVII. centenū uicenū quinū homines duo, centenûm tricenûm homines quatuor, centenûm tricenûm quinûm, aut septenûm totidē, centenûm quadragenū homines tres.

Cap. 52. Idem tamē Plinius paulò pòst ait: Vt tamē in septimū & quinquagesimū atq; centesimū uitæ duraret annū. Ex quo apparet sine copula maximū quenq; numerū præcedere: quū copula nonnihil uariet, præsertim retrorsum eundo. Adhuc quæ diximus, & recitauimus exēpla, intra numerum millenariū sunt, sed in ipso quoq; maximū quenq; numerū semper præponemus: ut, à natali saluatoris anni sunt mille quadringēti & XXXVIII. uel mille et quadringēti ac triginta octo. Illud tamē notandū est, in millibus eandem

dem esse naturā, atq; in numeralibus citra centū: ut, Milites nostri sunt sex & uiginti millia: nō autē, Viginti & sex millia: uel, Milites nostri sunt uiginti sex millia: siue, Militū nobis sunt uiginti millia: siue Milites nostri sunt uicies mille: siue, Nobis singulis sunt decies mille milites, siue, Nobis singulis sunt dena millia militū: siue, Nobis singulis sunt decē millia militū. Omnia autem quæ locuti sumus, ultra uicesimū numerū intelligi uolo. Nā Decem & septē, Decē & octo, Decē & nouem, normam illam, quam dixi non tenent. His inferiora ne ipsa quidē seruāt suam legem. Illa enim coniunctionē habent interpositam, hæc non habent: uerūtamen nec habere possunt, quum sint composita, nec plura, sed singula nomina: Vndecim, Duodecim, Tredecim, Quatuordecim, Quindecim, Sexdecim: sicut illa quoq; cōposita atq; unica sunt nomina, Vndeuiginti, Duodeuiginti, Vndetriginta, Duodetriginta, Vndecētū, Duodecentū: hoc est, uno, aut duobus demptis de uiginti, de triginta, de centū. Vt ab incarnatione saluatoris sunt anni mille quadringēti duodequadraginta. Et p denominatiua: ut, ab incarnatione agitur annus millesimus quadringētesimus duodequadragesimus. Pli. li. xxxv. natural. histor. Duodeuicesima Olympiade interijt Cādaules. Licet pleraq; exēplaria habeāt Duodeuiginti Olympiade. Idē proximo lib. Atq; adeò duodequadragenûm pedū Lucullei marmoris ī atrio Scauri collocati. Duodequadragenū, pro duodequadragenorū. T. Liu. li. I. Duodequadragesimo ferme anno, ex quo regnare cœperat Tarquinius. Cap. 2. Cap. 2. lib. 36.

De Domus. CAP. XV.

Domus genitiuos duos habet, unum secūdæ, alterum quartæ declinatiōis, Domi, et Domus. Sed prior significat locū, ubi qs manet: posterior corpus ipsum, atq; ædificium

ficium, quod ex parietibus constat, & tecto: ut, Domi maneo: non, domus: & Partē domus demolitus sum, Superiora domus ascendi: nō, domi. Nam illud, Domus meæ imperiū teneo, non pro loco accipitur, sed pro familia, quæ continetur ædificio, figuratè continēs pro cōtēto. Quod etiā dicere licet Domi meæ: quasi, in domo mea. Quòd autem idē sit Domi, & In domo, notū est. Vnū tamen afferā exēplū: Quintilianus lib. v. In domo furtum factū ab eo, qui domi fuit. Datiuus tātùm quartæ est: Accusatiuus indifferēs: Ablatiuus secūdæ. In accusatiuo & ablatiuo, uel cum præpositione, uel sine præpositione loquimur: ut, Reuertor domū, uel ad domū. Exeo domo, uel è domo: &, Sum in domo, uel domi: hoc grāmaticæ est, illud uerò Latinitatis, & elegantiæ. Hunc genitiuū secūdæ nō coniungimus nisi cū tribus, siue quinq; pronominibus. Meæ, Tuæ, Suæ, Nostræ, Vestræ, & uno nomine Alienæ: ut, Ego uiuo domi meæ: Nō uiuo domi tuæ: Erat domi suæ, Nostræ, nō uestræ domi habitare uolo. Cic. in libris ad Herenniū: Qui cū ista ætate, & forma alienæ domi, nolo dicere. Quidam uolūt illud Domi aduerbiascere. Sed quomodo cōiungeretur cū adiectiuis? q̃ si quādo quinq; hæc ꝓnomina adiectiua supprimātur, tamē subintelliguntur: ut Domi ero, i. meæ. Domi erimus, i. nostræ: Domi eris, eritís ue, i. tuæ, aut uestræ: Domi erit, aut erūt, i. suæ: sicut in altero sensu, & in plerisq; nominib⁹: ut, Partē domus locaui, in altera parte ipse habito: i. ptē domus meæ. Et, Pater mihi iussit, mater te uocat, frater nos expectat: hoc est, pater meus, uel noster: mater tua, uel nostra, frater noster. Quòd aūt hic genitiuus secūdæ regat alterū genitiuū, siue ꝓnomē, siue nomē, certū est: ut, Ego erā domi illius, domi huius, domi Cæsaris, domi Pōpeij. Domi aūt publicæ, domi priuatæ, domi honestæ,

honestæ,domi infamis,domi paternæ, domi maternæ habito,& similia,non licere dicere,iam tradidimus.

De compositis à Quis,uel Qui. CAP. XVI.

QVisquis,& Quicunq; pro eodem accipi solent:ut, Quisquis es,huc uenias:et,Quicūq; es,huc uenias Quicquid,& Quodcunq; non accipiūtur pro eodē, quū alterū sit substantiuū:ut,Quicquid festiuū, qcquid molle, quicquid tenerū, quicquid iucunditatis, quicquid gaudij, quicquid pecuniarū:alterū adiectiuū:ut, Quodcūq; telū, quodcunq; scutū,quodcunq; iaculū.Cuius differentiæ causa est,quòd uoces hæ in masulino conuenientes, in neutro posteà discordant. Erat enim Quidcunq; & uox significato similior, si reperiretur eo mō quo dicimus Quidq;, & Quicquid.Quodq; enim,siue Vnūquodq; cōponitur à qd' :sed ut nō reperitur Quidcūq;,ita nec Quodquod. Illud nanq; componitur ex Qui,quæ,quod:hoc autem ex Quis et quid.Caretq; genere fœminino, quinetiā masculino ī accusatiuo casu,tantūq; habet nominatiuū Quisquis Quicquid,accusatiuū Quicquid,ablatiuū Quoquo,tum in masculino,tū in neutro:nōnunquam etiam in fœminino Quaqua:ut apud Suet.de uita Titi: Galba mox tenente Cap.5. Remp.missus ad gratulandū,quaquà iret,cōuertit hoīes quasi adoptionis gratia accerseretur. In accusatiuo quoque interdū in alio genere q̄ neutro , sed uix apud oratores.Plaut.in Capt.duo:Nā meus ballista pugnus est,cubitus catapulta,humerus aries,cū genu ad quenq̄ iecero,ad terrā dabo:dentilegos omnes mortales faciam,quenquem offendero Quenquē,id est,quencunq;.Sergius autem Donatum cōmentans ait:Vtraq; parte declinatur hoc pronomē Quisquis,cuiuscuius,cuicui,quenquē,quisquis,à quoquo,quiqui,quorūquorū,quibusquibus,quosquos,quiqui,

à quibusquibus. Noli putare hoc casu declinationis esse, ut apud Cice. remansit cuicui: Hæc Sergius. Igitur quum sit compositum Quidquid ex quid, Quodcũq; ex quod, debuit illud esse substantiuũ, ut Quid et aliquid: hoc adiectiuum, ut Quod et aliquod. Dicimus enim, Quid feci? nõ autẽ, quod feci? Aliquid feci: nõ autẽ, aliquod feci. Itẽ, Quod malũ feci? nõ autẽ, quid malũ feci? sed, Quid mali? Et, Scio quid faciã, non autẽ, scio quod faciã: Video quid facis, sæpius quàm, Video quod facis. Ita & cætera ab his composita Quiddam, Quoddam. Nam Quiddam adhæret adiectiuo, Quoddã substantiuo: ut, Mirabile quiddã, obscœnũ quiddam, quiddã maius: &, Quoddã templum, quoddam nemus, quoddam antrũ, oppidũ quoddã: in quo nulli ferè errãt, hîc autẽ multi, pro Quidq; ponentes Quodq;: ut, Optimũ quidq;, honestißimũ quidq;, saluberrimũ quidq;: ubi nõ liceret põi Quodq;. Ex his liquet exẽplis, Optimũ quodq; prædiũ, Honestißimũ quodq; consiliũ, Ex iumentis quæ cepi, decimũ quodq; sit tuũ. Nam substantiui natura est coniũgi cũ adiectiuo, adiectiui uerò cũ substantiuo, quasi connubio quodã. Ideo ubicunq; est substantiuũ, desiderat adiectiuũ quasi coniugẽ, impatiens alterius substantiui. Rursus adiectiuũ sine substantiuo, tanquam sine uiro esse nõ potest, cũ altero adiectiuo nihil consortij habens, Eoq; factũ est, ut hi quos dixi, erarrent, quòd quãdoq; uidetur sine substantiuo esse Quodq;: ut, Reliqt mihi pater multa prædia, quorũ optimũ quodq; sublatũ mihi est: uel, Ex meis multis prædijs optimũ quodq; mihi sublatũ est. Sed omnibus liquet subintelligi substantiuũ, sic, Optimũ quodq; prædiũ. Quodq; autẽ idem esse quod Vnũquodq;, antè significaui. Quint. Nec causas cur quodq; eorũ accidat, prosequi proposito operi necessarium est. Hoc quoq; addam

addamus, Quid solere usurpari pro, in quo: ut apud eundẽ: Quid tibi tantum mali feci? quid offendi? & alibi: Si quid offendi. Cice. in Lælio: Quid enim indigens Africanus mei? Eodẽ modo Nihil: ut, nihil te offendi. De differẽtia autem inter Quidam & aliquis, siue Quispiam, siue Quisquã, quòd illud certũ hominem, hoc unum quẽlibet significat, in libris dialecticis disputauimus. Hîc tantũ admonendũ est, quosdam his posterioribus eo modo uti, quo ego nõ uterer, pro illo superiore: ut Hieronymus, qui sic librum de Hebraicis quæstionibus exorditur: Qui in illis principijs librorũ debeã secuturi operis argumentũ proponere, cogor prius respondere maledictis, Terentij quippiam sustinens, qui comœdiarũ prologos in defensionẽ sui dabat. Ego dixissem Quiddã potius, quàm Quippiã. De certo enim crimine loquitur, nõ de incerto. Idem est enim Quippiam, quod aliquid. Sed de hoc in libris his, quos dixi, latius. Sed fortè Hieronymus scriptũ reliquerat Quiddam, & librarij in Quippiam mutauerunt.

Declam. 6.

Lib. 2. cap. 25.

De affinitate Genitiui, & ablatiui. CAP. XVII.

M*Agna autoritate est uir, uel Magnæ autoritatis (utroq; enim modo dicimus) sed raro sine adiectiuo, duntaxat in genitiuo: nã in ablatiuo nunquã: ut Cic. in Sallustiũ, Nũquid quos protulit Scipiones, & Metellos antè fuerũt aut opinionis, aut gloriæ? Cæterũ in eadẽ oratione non est utendũ genitiuo, & ablatiuo, nisi uelimus illud Plinianũ ex lib. septimo naturalis historiæ sequi: Choromandarũ gentem uocat Tauron syluestrẽ sine uoce, stridoris horrẽdi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dẽtibus caninis. Poterat dicere, Stridore horrẽdo. Quanquàm (quod ad elegãtiã pertinet) ego pro lege accipio, quicquid magnis autoribus placuit, quorũ ĩ primis est Plin. Præsertim quũ*

Cap. 2.

Epist.7. lib.1. *Cic. ad Lentulū ita scribat: Lentulū nostrum eximia spe, summæ uirtutis adolescentē, cùm cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. Licet illud, Eximia spe, posset uideri separatū ab illo, Summæ uirtutis, quod regitur ab illo Adolescentē. Vt si dicas, Habeo summa spe filiū, adolescentē optimæ indolis. Quod si ita nō est, licebit in eadē oratione uti genitiuo et ablatiuo, tamē (ut ego sentio) parcè. Nā illud ab hoc loco separatū est, quod idē dixit: Scipio Africanus id ætatis, atq; his rebus gestis. Illud enim, Id ætatis, uel idem est*

Ser. in illud 1. Aen. Vna cū gente tot annos Bella gero. *quod Ea ætate, sicut dicimus Decem annis uixi, & more Græco, Decē annos, quē honestiorem locutionē Seru. putat: uel aduerbialiter ponitur: uel subintelligitur Habens, uel Agēs. uel Natus id ætatis. In quo protinus admoniti sumus oratores summopere synecdochē refugisse: quale foret, Gentē hirtā corporibus, oculis glaucam: historici nō refugerūt, ut Sallust. At ex altera parte C. Antonius pe-*

In Catil. *dibus æger in prælio adesse nequibat. Cicero Quintilianusq; dixissent Pedibus ægris. Nec dixissent, Doleo caput, Doleo ilia, aut ilibus, esset enim Synecdoche: sed Dolet mihi caput, & Ilia tibi dolēt. In hoc uerbo et illud notādū est, quod de re extra nos posita, sicut de corpore nostro loquimur: ut, Istud qđ facis, dolet mihi, utinā doleret*

In Eunuch. act.3. scen.1. *tibi: ut apud Terēt. Dolet dictū imprudēti adolescēti, et libero. Et iterū: Aut hoc tibi doleret itidē, ut mihi dolet.*

Act.1. scen.2. *Et in eadē comœdia: Illi facile fit Quod doleat. Quod*

In Eunuch. act.3. scen.1. *nūquā per Synecdochē dicere possumus. Nā, Ego doleo istud quod fecisti (qui sermo, ut superior, apud autores est frequēs: ut Sallust. Quasi dolens eius casum) nō est Synecdoche. Hæc enī figura tantū ad animi et corporis qualitatē pertinet, nihil ad externa respiciēs: qualia fuerint,*

Doleo

Doleo caput, Doleo ilia: &, Hic pulcher faciem, Ornatus animum. Ideoq; illa Synecdoche non erunt, Potens diuitijs, Grauis pietate, Praeditus dignitate.

De In auro, & In aes. CAP. XVIII.

IN marmore incisae sunt literae, in gemma, in lapide, in ligno, in auro: non autem, In marmor, in gēmam, in lapidem, in lignum, in aurum. E`diuerso In aes, non in aere. Ita enim apud omnes autores (quantum inueni) semper scriptum est. Liuius lib. III. Prius quàm in urbem ingrederetur, leges decēuirales (quibus duodecim tabulis est nomen) in aes incisas in publico proposuerunt. Sed quid exemplà ponimus paucorū, quod omnes facere affirmamus?

De uenustate discordiae Relatiui cum Antecedente. CAP. XIX.

RElatiuum frequenter nō respondet antecedenti neq; in genere, neq; in numero, utiq; quū reflectitur eius sententia ab antecedente ad sequens substantiuum. De masculino in neutrum, ut Sallust. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Quod aliter dixit Val. Maxim. lib. II. Anteà senatus aßiduam stationem eo loci peragebat, qui hodie Senaculum appellatur. Et Plinius: In coitu uerò lunae, quod interlunium uocant, quum apparere desierit. Mutato etiānumero, ut Cic. Quibus tandem gradibus Romulus in coelum ascendit? his'ne quae isti appellant bona? De masculino quoq; in foemininum, ut idem: Omnes tenues atque humiles, quae maxima in populo multitudo est, sibi praesidium paratum putant. Et Vergil.

In Catil. | Lib. 18. ca. 3. 2 | In paradox. | Aenid. 6.

Nec partem posuere suis, quae maxima turba est.

Manente quoq; genere uidetur fieri quaedam mutatio, ut Quintil. Vbi uerò uniuersas familias fames extinxit, quae maxima pars est, inanes domus situm ducunt. E diuerso

de fœminino in masculinũ nõ mutato numero. Sallust. Ea
In Iugur. fines habet ab occidẽte fretũ nostri maris & Oceani, ab ortu Solis decliuẽ latitudinẽ, quẽ locũ καταβαθμὸν incolæ appellant. Mutato etiã numero, ut Quintilianus: Resistã his, qui omissa rerum (qui nerui sunt in causis) diligentia, quodã inani circa uoces studio senescunt. Et alibi: Et supplicationes, qui maximus honor uictoribus bello ducibus
In Iugur. datur, in toga meruit. De neutro in aliud genus, Sallust. Ipse ex flumine, quã proximã oppido esse aquã suprà diximus, iumẽta onerat. Mutato etiã numero, ut Liui⁹: Anxur fuit, quæ nũc Tarracinæ sunt, urbs prona in paludẽ. Aliquãdo sine ullo certo antecedẽti: ut Quintil. Ego, quæ felicissima uel laßitudo, uel satietas est, uirtute consenui. Diuersum huic genus est, quũ dictio respõdet antecedẽti, quũ deberet respõdere sequẽti substãtiuo, ut apud Verg.

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo.

Aeneid. I. Liuius lib. xxv. Scipio, cui Africano fuit cognomẽ. Qui modus per datiuũ licet frequentior sit, tamẽ nonnunquam & nominatiuo, quod est magis generale, utimur: ut Cice. Argentarius Sextus Clodius, cui nomen est Formio. Et Quintil. Notũ est quid Gliconi acciderit, cui Spiridion fuit cognomẽ. Neq; p relatiuũ modò, sed etiã citra relati-
In prol. Hec. uũ: ut Terent. Hecyra est huic nomen fabulæ. & hoc per nominatiuũ. Per datiuũ: ut Liuius li. I. Faustulo fuisse nomẽ ferũt. Et Solinus de memorabilibus: Lapis iste in aquis mollis est, humo duratur exẽptus: nunquàm duo simul reperiuntur, inde unionibus nomen datur. Hæc de datiuo.

Est & accusatiuo quoq; sua natura, ut antecedens sequatur casum relatiui, relicto suo: ut apud Vergilium,

Aeneid. I. Vrbem quam statuo, uestra est, subducite naues.

Oratores autẽ postponũt antecedens, quale foret, Quam

urbem

urbem statuo, uestra est. Vt apud Ouidium:
-Cecidere manu, quas legerat herbas. Et quale est Lib.14.Meta.
Quint. *Timeo ne quos porrexerim cibos, uenena fiãt.* In quo est habita ratio uenustatis, ut relatiuũ & antecedens sint in codẽ casu. Sed sæpius antecedẽte postposito: quanq̃ apud Cic. nonnulli illud in Sallustiũ sic legunt: Nunquid eos quos ꝑtulit Scipiones et Metellos antè fuerũt aut opinionis, aut gloriæ? quidã legunt, Nunquid hi quos ꝑtulit: quidã, Nunquid quos protulit. Tale est in Euangelio: Sermonem quẽ uos audistis, nõ est meus. quod in Græco, hoc est, in fonte, est Sermo, nõ Sermonẽ: unde interpres noster transferẽs maluit Latinè, quàm Græcè loqui. Nec ignoro qualia imperiti in hoc Euãgelij loco disputare soleãt, ꝑfectò nequaquàm sic disputaturi, si Græcã linguã mediocriter, Latinã perfectè tenerẽt. In tali sermõis genere uel idem nomẽ repetemus, uel accusatiuũ in debitũ casum resoluemus. Nã utrunq; fieri exemplis cõperimus. Siquidẽ ita frequenter locuti sunt autores: Quas res tibi tũ terra, tũ mari nuper cõmisi, hæ res sint cũ fratre cõmunes: uel, Hæ sint tibi cũ fratre cõmunes: uel, Ex eis aliquas cõmunicabis cũ fratre. Et itẽ per cæteros casus: ut, Quarũ rerum non indiges, eas res donabis mihi: uel, Hæ meæ erũt: uel, Hæ res auxilio mihi esse poterunt. Et ita multis modis per casus uariare orationem licebit. Cic. pro Lig. Sed hoc non concedo, ut quibus rebus gloriemini in uobis, easdem in alijs reprehendatis. Et paulò pòst: Quotus enim istud quisq; fecisset, ut à quibus partibus in dissensione ciuili nõ esset receptus, essetq; etiã cũ crudelitate reiectus, ad eas ipsas rediret? Idẽ tamen in Rhetoricis inusitatius: Sulpitio cui paulò antè omnia cedebãt, eũ breui spatio nõ modò uiuere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. Illud magis

poëticum, quale apud Horatium in Epodo.

Quis non malarum, quas amor curas habet,
Hæc inter obliuiscitur? Et iterum in prima Satyra:
Quî fit Mecœnas, ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa
Contentus uiuat, laudet diuersa sequentes?

De interiectu huius uocis, Ne dicam: &, Dicere oportet: similiumque. CAP. XX.

HOmo prudẽs, nec dicã sapientẽ: melius, quàm, Ne dicã sapiens. Cic. pro Deiotaro: Crudelis Castor, ne dicam sceleratũ, & impiũ. Et hoc substantiuo præcedẽte, secus autẽ sequente: quale esset, crudelis, ne dicã sceleratus, & impius Castor. &, Prudens, ne dicã sapiens homo. Nã si ponamus in accusatiuo, perquàm absurdũ foret: sic, Crudelis, ne dicã sceleratũ, & impium Castorem. &, Prudẽs ne dicam sapientẽ hominem. In priore enim modo subintelligitur Eum: sic, Crudelis Castor, ne dicã eum sceleratum, & impiũ. In alijs casibus nõ est hæc neq; diuersitas, neq; causa: ut idem, An sperasset hoc uiuo Milone, ne dicã Consule? uel sic, An sperasset hoc uiuo, ne dicã Consule Milone? Illud eiusdem in libris ad Herenniũ neq; dißimile his, neq; usqueadeò simule est: Obfuit plurimùm eo tempore Reip. consulũ siue malitiã, siue stultitiã dicere oportet, siue potius utrunq;. Nam ubi erit suppositum? certè deest. Illud nanq; uerbum quod interiectum est, de nominatiuo mutauit in accusatiuũ. Sed sicut in Euripo, aut Siciliæ freto ĩflata uẽto uela, aquarũ impetus retroire cogit: ita orationẽ lege grãmatica euntẽ autoritas ipsa cõsuetudoq; inhibet, ac repellit. Verùm (ut grammaticorũ expectationi satisfaciã) sic erit construendũ: Aut stultitia consulũ aut malitia, aut potius utrũq; obfuit plurimũ eo tẽpore Reip.

siue

siue illud factum consulum dicere oportet stultitiam, siue malitiam, siue potius utrunq;. uel sic: Obfuit plurimùm Reip. eo tempore consulum factum, siue illud malitiam, siue stultitiam eorum, siue utrunq; dicere oportet.

De Infinitiuo, uel interiecto, uel postposito. CAP. XXI.

A *Vdiui te ut cæteros affuisse in prælio: & Audiui te affuisse in prælio, ut cæteri. Hic subintelligitur affuerunt, ibi intelligi non potest statim sequente infinitiuo, & omnia ad suum regimen trahente. Itaq; sic exponitur: Audiui te affuisse in prælio, ut audiui cæteros affuisse. Alterũ uerò (ut dixi) hoc modo: Audiui te affuisse in prælio, ut cæteri affuerunt. Quod nequaquã conceditur sic dicere: Audiui te, ut cæteri affuisse in prælio. Hoc enim declarat, audiui, ut cæteri audierũt. Alterum fortasse sic, audiui te affuisse in prælio, ut cæteros.*

Vbi utimur Nominatiuo pro Vocatiuo, uel contrà. CAP. XXII.

D*Efende me domine, Adiuua me optime uir, Tace imperite homo, mutato uocatiuo in nominatiuũ nõ rectè dicetur. Itẽ, Defende me tu Deus meus, Adiuua me tu uir optimus, Tace tu homo imperitus. Hic per nominatiuum rectè loquimur, subintelligitur enim Ens: hoc modo, Tu ens dominus meus. Qua ratione defendi posset illud in psalmo: Domine dominus noster. nisi sumptum esset è* Psal. 8. *Græco. Idem fit in uocatiuo alicuius nominis. Verg.*

Nate meæ uires, mea magna potentia solus. Aeneid. 1.

Idẽ fit in nominibus proprijs, quod fit in hoc pronomine, et in uocatiuis casibus: sic, Aue Cæsar summus imperator. Neq; illud tantũmodo imperatiuo, uerũetiã, et quidẽ facilius, in alijs modis: ut, Quò tẽdis Aenea extremus omniũ

Troianorum?uel, Extreme. Viuis, & regnas Helene dono Deûm, & regnas medius sæuißimorum hostiũ: melius quàm Medie. Male per solũ proprium nomen, aut iunctũ cum pronomine: ut, Quid facis tu Seruius? aut per nomen appellatiuũ sine pronomine: ut, Quid facis dominus meus nisi tali mõ: ut, Quid sedes inter seruos dominus? hîc subintelligitur Ens, ibi subintelligi non potest. Quare illud

Cap.30. *Plin. in lib. VII. de Naturali histo. nisi menda librarij est, non placet mihi: Salue primus omnium parens patriæ appellate: ubi nõ modò Appellate à Primus, in casu discordat, (quod etiam imperitis ad reprehensionem patet) sed ne Appellatus quidem si diceretur, planè Latinum foret: quum fuerit dicendum Prime: siue sic, Salue Marce Tulli primus omnium parens patriæ appellatus: siue, Salue tu primus omnium parens patriæ appellatus: uel, Salue parens eloquẽtiæ, primus omnium pater patriæ appellatus, Est enim illud Parens uocatiuus.*

Vbi utimur Nominatiuo pro accusatiuo. CAP. XXIII.

SPero tibi esse bonus amicus, Credo tibi fuisse fidelis, propriè dicitur: per accusatiuum uerò non, nisi alterũ accusatiuum addas, qui antecedat infinitiuum (nam hîc sequitur) hoc modo: Spero me tibi esse bonum amicum, Credo me fuisse tibi fidelem. Quædam uerba cũ nominatiuo iungi recusant, imò pleraq;. Nam ut rectè dico, Incipe mihi esse familiaris, & Noli esse illi intimus: ita inusitatè dicã, Præcipe illi esse familiaris mihi, Ne libeat tibi esse illi intimus. Hoc tamen genus loquendi nonnunquam reperimus: ut apud Luca. in IX. Tutumq; putauit Iam bonus esse socer. Alius dixisset, Iam socerum esse bonum. Et apud Ouidium de Ponto:

Lib. I. epist. 8. *Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum,*

Me tamen excepto, qui precor esse tuus? Dicere potuisset, sed non tam uenustè, *Quem precor esse tuũ.* Terẽtius in Andr. *Quæ sese inhonestè optauit parare hic diuitias Potius, quàm in patria honestè pauper uiuere.* Act. 4. scen. 5. Apertius apud eundem Ouidium lib. 11. sine titulo:

Spemq; dat in molli mobilis esse toro. Et ille uersus uulgatus: *Sperne repugnando tibi tu contrarius esse.* Quòd si dixisset, noli repugnãdo tibi tu cõtrari⁹ esse, uersusq; pateretur, nullũ de constructione dubiũ esset. Talis tamẽ modus loquẽdi è Græco fluxit, ubi usitatißimus est. Eleg. 4. lib. 2. Amorum. In distichis Cato.

Qui personæ, generi, numero, uerbum respondere debeat. CAP. XXLIII.

VErbũ sequi debet ultimũ suppositũ in persona, numero, & genere: ut, *Ego illũ de suo regno, ille me de nostra Rep. percõtatus est.* Duo supposita sunt, Ego, & Ille, quorũ utriq; uerbũ accõmodatur. Sed sequẽti palàm, antecedẽti p subintellectionẽ: ut sit, Ego illũ de suo regno percõtatus sum, ille me de nostra Rep. percõtatus est. Cõuerte ordinẽ personarũ, simul personã uerbi mutaueris: sic, Ille me de nostra Rep. ego illũ de suo regno percõtatus sum. Muta genus sic, Ego illã de suo regno, illa me de nostra Rep. percõtata est. Muta numeros sic: Ego illos, illas'ue de suo regno, illi illæ'ue me de nostra Rep. percõtati, percõtatæ'ue sunt: & itẽ ecõtrario. In hãc tamẽ formulã nõ cadit quoties per comparationẽ, aut similitudinẽ loquimur: quale est, Melius ego istud, quã uos, fecissem: nõ autẽ, Quàm uos fecissetis. Hoc ille ita prudẽter, ut ego, fecisset: nõ autẽ, Vt ego fecißẽ. Hic enim subintelligitur sic, Hoc ille ita prudẽter, ut ego feci, & ipse fecisset. Melius ego istud, quàm uos fecistis, fecißẽ. Verbũ enim principale debet efferri, subintelligi autẽ quod nõ est principale. Cicer. in Somnio Scipio.

Vbi collocandum sit Adiectiuum. CAP. XXV.

ADiectiuo, quum praecedit, debet obsequi substantiua, aliter uitiosum est: ut hoc modo, Nulla uirgo est dicenda corrupto uel animo, uel corpore. Dic pro animo mente: *sic, Nulla uirgo dicenda est corrupta uel mente, uel corpore: aut, corrupto uel corpore, uel mente, non erit* Latinum. *Quod contrà fit aut praecedente substantiuo, aut reiecto in finem adiectiuo: sic, Nulla uirgo dicenda est, uel mente corrupta, uel corpore: aut, uel corpore corrupto, uel mente.* Item, *uel mente, uel corpore corrupto: aut, uel corpore, uel mente corrupta.* Similiter *in plurali (uariabo exempla ad euitandum fastidium)* Nemo *diues est, uel ualetudine infirma, uel sensibus: aut, uel sensibus infirmis, uel ualetudine.* Item, Nemo *felix est uel conscientia, uel membris, affectus: aut, uel membris, uel conscientia affecta.* Cice. *tamen in* Philippicis *inquit:* Optima *sunt & mente, & uiribus.* Nescio *an culpa librariorum sit, qui ita scripserunt, pro eo quod est, & mente optima sunt, et uiribus: uel, optima sunt mente, et uiribus,*

Quid momenti faciat Coniunctio, Aduerbiumque disiunctiuum ex collatione. CAP. XXVI.

EX *his quae tradidimus, palam est, nequaquam rectè dici,* Corrupto *uel corpore, uel mente.* Debet *enim adiectiuum illud ad utrunque substantiuum applicari in genere, et numero.* Neque *de* Vel *tantummodo intelligo, sed de caeteris quoque coniunctionibus. per* Et, *ut modò ex* Cic. *attuli exemplum: per* Nec, *per* Siue, *per caetera huiusmodi: neque hoc solum ubi adest substantiuum cum adiectiuo, sed etiam sine eo, quale hoc est:* Tu *nec faceres, nec ego permitterem.* Non *est hic sermo* Latinus. Dicendum *nanque erat,* Nec *tu faceres, nec ego permitterem: aut sic,* Tu *nec faceres, nec à me facere permitteretur.* Toto *enim oratio dependet à prima dictione.* Item,

Potes

Potes cognoſcere partim ex aliorũ ſermone, partim te docebit ipſe tabellarius: nõ eſt Latinũ: ſed ſic, Partim potes cognoſcere ex aliorũ ſermone, partim ex tabellario. Itẽ, Puto tũ ex ſuperioribus literis te omnia intellexiſſe, tum ex his intelligere potes: dicendũ erat, Tum ex his intelligere poſſe. Itẽ Paratus ſis uel pugnare, ſi qui te laceßũt, uel ſi qui nõ ſunt, ne recuſes facere pacẽ: dicendũ erat aut ſine illo, ne recuſes: aut ſic, uel paratus ſis pugnare. Ex his quæ dixi, uideor reprehendere legẽ illã duodecim tabularũ: Liberi parẽtes in egeſtate aut alãt, aut uinciãtur: quaſi dicẽdũ fuerit, liberi aut parẽtes in egeſtate alãt, aut uinciantur. Sed nõ eſt uetuſtas illa reuocanda ad hanc regulã, quæ cõſtat ex uſu eorũ, qui more illo uetuſto nõ ſunt locuti: tametſi haud dubiè opinor primũ Aut à quibuſdam adiectũ, legiq; ita in uetuſtißimo quodã codice Declamationũ Senecæ: Liberi parẽtes alant, aut uinciãtur. Huius etiam loci illud eſt, ne hoc modo uerba commiſceamus diuerſam naturã habẽtia, quale eſt, Ille mihi nec nocuit unquam, nec adiuuit; Ego nec offendi eum, nec profui: dicendum erat, Ille mihi nec nocuit unquã, nec profuit: aut ſic, Ille nec nocuit mihi unquam, nec adiuuit: Ego nec offendi eũ, nec adiuui: aut, Ego nec offendi eũ, nec eidem profui.

De uſu Negationis. CAP. XXVII.

TRes aliquãdo negationes nõ plus efficiũt quàm duæ, collocatione ipſa dictionum efficiente. ut, Nunquàm mihi nec obfuiſti, nec ꝓfuiſti. Tres hic ſunt negationes: muta primã negationẽ in mediũ, aut in poſtremũ, iã euaneſcet, quũ ibi locum nõ inueniat: ſic, Mihi nec obfuiſti unquã, nec ꝓfuiſti. aut ſic, Mihi nec obfuiſti nec ꝓfuiſti unquã. Neſcis nec ĩ pace, nec ĩ bello uiuere: nec ĩ pace nec in bello ſcis uiuere. Ibi tres negatiões sũt, hic duæ quũ eadẽ

ſit ſen

sit sentētia. Vereor, Metuo, Timeo, & si qua sũt alia, idē efficiũt, uel cũ negatiōe, uel sine ea: ut, Vereor ne ueniat, et, Vereor ut ueniat: Timeo ne moriatur: et Timeo ut moriatur. More Cic. Vt ne, pro Vt nō: Metuo ut ne pereat. Et Terentius: Apprime in uita esse utile, ut ne quid nimis. pro, Ne quid nimis. Ex quo miror Seru. ita scripsisse primo Geor. Vnde male quidã hũc locũ in Terētio scribũt: Pater adest, caue ne te tristē sentiat. Si enī hoc est, dicit, uide ut te tristē sentiat: nã & ne, et caue, prohibentis est. Neutiquã p nequaquã, & ipsum Nequaquã, et Nusquã, & Nuspiã simplicē negationē indicãt: ideoq; unico uerbo cōtēta sunt: ut, Nequaquã ueniã. Necubi uerò duplicē, ideoq; duplex uerbũ postulat. Volo necubi mihi obuium fias, id est, ne alicubi: ut Sicubi, pro si alicubi: Sicũde, pro si alicũde. Cætera quæ de natura negationũ disputari solēt, ĩ libros Dialecticæ nostræ cōtulimus: quæ ideo præterimus, quòd ferè non sunt ignota oratoribus, dialecticorũ uerò nemini cognita. Illud tamē ad uerbũ huc illhinc trãsferamus: Vir malus nulla lacessitus iniuria ab amicitia recedit: uir autē bonus nulla lacessitus iniuria ab amicitia recedet, uel recedat: nescio tamen an liceret dicere recedit. Hoc loco eadē uerba dãtur malo uiro, & bono: sed tamen malus recedere ab amicitia intelligitur, bonus nō recedere: & ille nō lacessitus iniuria, hic lacessitus. Et haud scio, an hoc sit satis ad hæc distinguēda dixisse, quòd alibi rē significamus, alibi admonemus. Huc addamus unũ, in quo nō pauci falli solēt, ubi debeat geminari negatio, ubi non debeat, ut hoc exēplo: Nō modò stellæ, sed ne luna quidem ad solē seruat splendorē suũ, rectè dicitur. Item hoc modo rectè: Nō modò nullæ stellæ, sed ne luna qdē, et cætera. At quoties dictionibus quædam adest cōtrarietas, non possis tollere

In And. act. 1. scen. 1.

Seru. in illud Verg. 1. Geor. Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo.

*tollere alteram negationem,ut hoc modo:*Non modò *stel læ non apparent,sed etiam luna ad solem obscuratur.* Sine *negatione geminata non rectè loquaris.* Item,*non modò non absoluo hunc,sed ne leui quidem pœna cum eo transi gendum esse puto.* Quidã *tamen nuper scripsit:*Non mo*dò absoluendum hunc,sed nec etiam grauiter puniendum puto:quum dicere debuisset,* Non *modò non absoluendũ: sunt enim diuersa* Absoluendum *&* Puniendum. Item, Non *tantùm nõ constanter,sed etiam trepidè, & confusè locutus est.* Item,Non *tantùm inconstanter,sed fortiter,et propè minaciter locutus est.* Male *hoc secundum dixisti, dempta negatione:erat enim dicendum*, Non *tantùm non inconstanter.In quod uitium incidit* Boëthius *lib.*III.*in* Ci*ceronis* Topica,*dicens:* Si *non confusè solùm, uerùm etiã distributim, & suarum partium proprietate noscantur.* Dicendum *erat,*Non *solùm non confusè.*Diuersum *est eo rum uitium,qui ad illud* Non *modò, applicant,* Sed *etiã: quum deberent applicare,*Sed *saltem:aut,*Sed *certè:aut,* Sed *uel:quale est* Lactant.*lib.*I. Quis *enim mentis emotæ* Cap.4. *non modò futura prædicere, sed etiam cohærentia loqui posit?*Dicendum *erat,*Sed *uel cohærentia,aut* Sed *saltẽ, aut* Sed *certè cohærentia posit loqui.*Nisi *fortè culpa librarij est.*Ego *uerò in utroq; non autorem,sed tale genus orationis reprehendo.*

Quot modis iubemus.Quid etiã Interfit inter Præteritũ Futurumq́ue coniunctiui modi. CAP. XXVIII.

VEni *ad me,*Venito *ad me,uenias ad me,uenies ad me* Scribe *ad me,*Scribito,Scribas,Scribes,*ĩdifferẽter penè his quatuor utimur.*Horũ *tamẽ uno in negatiõe,*Ne *uenias:et altero,quo in affirmatione nõ utimur in hũc mo dũ,*Ne *ueneris.*Nã *ipsum* Veneris, *duobus modis accipi-tur.*

tur. Vno mõ subiunctiuè: ut, Si ueneris: uel, Quũ ueneris: altero sine subiũctione: ideo illud nõ est uerbũ principale, hoc est: ut, Si me iuueris, rẽ optimã feceris. Dimitte me, et diuitẽ feceris. Aufer huic magistratũ, & eũ iugulaueris. Eamus in portũ, iam naues uenerint. Cic. Atqui nobis gratißimũ (ut etiã pro Scipione pollicear) feceris, si quando, &c. Sciendũ tamẽ est, quòd hæc omnia uerba futuri sunt tẽporis: ueluti si ita cõmutemus: Si abstulero huic filiam, cum iugulauero: nõ autem iugulauerim. Ego hoc uidero, tu uideris, uos uideritis: quasi Ego hoc uidebo, uel uideã, tu uidebis, uel uideas. Ne ueneris, futuri itẽ est temporis: Nõ ueneris, præteriti: illud uetat, hoc negat: qđ secundũ, commune est cum prima persona, et tertia: ut, Neq; uerò crediderim, neq; uerò fuerim ĩ ea opinione, qua cæteri. Et sine negatiõe, Improbè dixerim, Dixerit aliqs. Ne ueni, ne fac, ne iugula, apud oratores ferè nunq̃, sed apud Poë-

6. Aeneid. tas: ut Verg. Ne sæui magna sacerdos. Et Teren. Ne nega.

In Heauton. act. 3. scen. 3. Liu. lib. 11. Crastino die, oriẽte sole in aciẽ redite, erit copia pugnãdi, ne timete. Et Quint. Tu illã tuere, defende, ama, ne relinque.

Declam. 6. Hîc nos Quint. admonet, ne pro illo, Ne feceris, dicamus, Non feceris: quia alterũ negandi est, alterũ uetandi. Ideoq; Ne, cum prima persona singularis numeri nunquàm coniunctum inuenimus, ob eandem causam, propter quã imperatiuũ caret prima persona in singulari, qa nemo sibi soli imperat, aut uetat. Vnde frequẽter legimus, Ne timuerimus, ne timeas, ne timueritis, ne timeant. Nunquã autẽ, Ne timeã: nisi ne pro Vt non: sed, Non timeã, non ausim, non sperẽ, non timuerim, non sperauerim, nõ crediderim. i. Timere, audere, sperare, credere, non possum, aut non debeo: ita in alijs personis: ut idem Quintilianus, Nõ expectes, ut statim gratias agat, qui sanatur

natur inuitus.id est, Expectare non debes. Non enim eo modo hoc dixit, quo dicere solemus, quũ uetamus, Ne me expectes amplius. Hîc enim negatio est, non uetatio. Ita, Non expectaueris, & Ne expectaueris, quorum alterum præteriti temporis est, negatq; alterum futuri, & uetat.

De lepôre Si non, & Nisi, cum aliis uerbis. CAP. XXIX.

HOc quod adhuc de negatione subijciã, ad solam elegantiã dicendi pertinet: quod quale sit, subiectis exemplis per se apparebit. Quintil. Non est difficile ut maritũ uxor occîdat, si non est difficilius ut filius patrẽ. Idẽ: Atq; eò causam dimittimus, ut non sit absoluendus adolescens, nisi etiã laudandus. Idem: Quare non petit, ut miserum putetis, nisi & innocens fuerit: non petit, ut afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciorẽ, quòd patrem amisit, quàm quòd oculos. Seruius Sulpitius: At uerò malum est liberos amittere. Malũ, nisi hoc peius sit, hæc sufferre, & perpeti. Sallustius: Parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si dijs, aut hominibus unquam ullis pepercit, Ignoscite Cethegi adolescentiæ: nisi iterum patriæ bellum fecit. Titus Liuius lib. XXXI. Nam quod ad ea attinet, quæ nobis obiecit, nisi gloria digna sint, fateor ea defendi non posse. Ouidius lib. XIII. Metamor. Declam. 2. Declam. 1. Epist. 5. li. 4. Epist. fa. Cic. In Catil.

Nec tamen hæc series in causam prosit Achiui.
Si mihi cum magno non est communis Achille.

Huic simile est, quale apud eundem, lib. II. eiusdẽ operis:

Mentior obscurum nisi quum nox fecerit orbem,
Nuper honoratas summo mea uulnera cœlo
Videritis stellas.

Et Quintilian. Mẽtior, nisi quũ peregrinatio mea nos diduceret, maluit esse cũ matre. Et iterũ, Assidere enim, cibos ministrare, manũ porrigere qui-

libet poterat, mentior nisi factum est. Idem uerbum apud Ambrosium eodem modo positum, tum in libris Officiorum, tum Hexameron, tum in alijs reperies. Et Apud Cyprianum ad Donatum: Mentior, nisi alios, qui talis est, increpat: turpes turpis infamat.

De Vter Vtri, Alter Alteri, Neuter Neutri, & Quis Cui. CAP. XXX.

VTer utrũ accusat, Latinè dicitur: ut Cice. pro Milone, Vter utri insidias fecerit. Vterq; utriq;, uix ausim dicere. Neuter neutri, omnino nõ dixerim. Terẽ. in Phormione inquit: Quia uterq; utriq; est cordi. In duodecimo quoq; cõmentario rerũ à Cæsare gestarũ, siue ab Hirtio, siue ab Oppio (nam incertus autor est) edito, sic legi: Interim dissẽsione orta ĩter Achillã, et Arsinoẽn, quũ uterq; utriq; insidiaretur, et summã imperij ipse obtinere uellet. Cicero autẽ & Quintil. (quantũ inueni) sic nunquàm locuti sunt, quorũ prior sic ait: Quorũ uterq; suo studio delectatus, contẽpsit alterũ. posterior sic: Quũ enim uterq; alteri obijciat, palàm est utrũq; fecisse. Atq; sic dicendum esse per illud frequẽtissimũ probatur, Alter alteri obijcit, alter alterũ contemnit, alter alterũ accusat: alter enim alterũ, nõ ambo ambos accusant. Idẽ dico de Neuter, ut idẽ Quint. Ita fiet, ut cùm æquali cura linguã utrãq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quare peccauit tũ amicus meus (si amicos palã licet reprehẽdere) qui mihi nuper ad se scribẽti, uter utri bellũ ĩtulisset: respõdit, neuter neutri, aut potius uterq; utriq;. Tum Priscia. qui li. 11. ait: Fiscina uerò à fisco, an fiscus à fiscina, an neutrũ, à neutro, dubiũ est. debuerat dicere, An neutrũ ab altero: Nã quòd à se nõ deriuetur, superuacuũ est dicere: sed dicẽdum tantùm Ab altero, nõ autẽ A neutro, quasi nec ab altero, nec à se. Ne illud

Act. 5. scen. 3.

Cæs. libro 4. Commẽt. de bello ciuil.

Offic. 1.

Lib. 1. cap. 2.

illud quidem sileamus, ut dicimus Vter utri, ita Quis cui, ut Verg. Quæ quibus anteferã. Et Cice. Quid cui præponendum sit. Quintilianus: Quid quo loco collocandũ sit. Idẽ Quintilianus: Vt dubiũ sit, quid quò referri oporteat. Lib.4.Aen.

De Prior, Primus, & similibus. CAP. XXXI.

V*Ocaui te prius, nõ est idẽ quod Prior: illud significat tẽpus, quasi prius, quàm nunc, uel tunc: hoc uerò personam, id est, ego duorũ prior, & hoc quando duo ad unũ referũtur. Siquidẽ ego, & hic te uocauimus, sed ego prior, hic autem posterior. Idẽ fit quũ unus ad duos refertur. Vocaui te priorem, melius quã Prius: illum autem posteriorem, melius quàm Posterius. Per paßiuũ quis iam hoc nequeat dicere? Vocatus es à me prior, si duo estis: Vocatus es à me priore, si duo sumus. Eadẽ ratio est superlatiuorũ Primus, & Postremus, & siqua sunt alia. Vocaui te primus, uel postremus, si multi sumus: uel, Vocaui te primũ, uel postremũ si multi estis. Nonnũquam ex neutra parte sunt duo, sed utrinq; singuli, & tamẽ per hoc idẽ cõparatiuũ loquimur: ut Vocaui te prior, Percußi te posterior, supple quàm tu me. Nonnunquã unus hinc est, illhinc plures: ut, Vocaui uos prior, supple q̃ uos me: Vocauimus te priores, supple quàm tu nos. Idẽ de superlatiuo, ubi multa membra sunt: ut, Primi nos uenimus, uos posteriores, ille ultimus: Primus ego ĩtraui uallũ, tu serior, illi tardißimi.*

De regimine nominum Criminalium, & Pœnalium. CAP. XXXII.

S*I quis furetur rem sacrã de profano, tenetur'ne sacrilegij, an furti, an utroq;? nõ autẽ, An utriusq;. Qui sustulerit rẽ suã de sacro, furti'ne tenetũ, an sacrilegij, an neutro? nõ aũt, An neutrius. Accusare hũc potes uel furti, uel sacrilegij, uel de utroq;, uel de ambobus: nõ autẽ utriusq;,*

aut amborum. Condẽnare non licet de utroq;, sed de altero, uel furti uel sacrilegij: nõ autẽ, Sed alterius, uel furti, uel sacrilegij. Cur ita fit, ut demus uarios casus eidẽ uerbo, præsertim sub cõiunctionibus, quæ eosdẽ cõiungere debẽt casus? Nempe quòd nomina peccatorũ cũ huiusmodi uerbis idẽ ualent in genitiuo, quod in ablatiuo præpositionẽ habente, uel non habẽte: non idem in cæteris. Neq; hoc in his modò nominibus, quæ certũ peccatũ significãt, et speciale, sed in his etiã, quæ generale, & incertũ: ut Cicero: Pro Rabir. An nõ intelligis primùm, quos homines, & quales uiros mortuos summi criminis arguas? Et iterũ: Sceleris, atque nefarij parricidij cõdẽnabimus? Per hæc uerba licebit Tãti, & Quãti, cùm substãtiuis adiungũtur, per genitiuum uti: ut, Quãtæ pecuniæ condẽnasti? Tantæ summæ dãnaui, quãtæ postulasti. Liuius lib. XLVII. Sed nequaquam tantum relictum est, quantæ summæ damnatus fuerat.

De Impleo, Refercio, Plenusq́ue, ac refertus. CAP. XXXIII.

Contrariũ propè huic est, quod subijciam. Impleo, & Refercio, & similia uerba ablatiuũ sine præpositione postulant: ut, Impleui nauim frumẽto, Refersi apothecã uino. Et tamẽ aliquãdo addimus præpositionẽ De: sic, Impleui nauim de omni genere frumẽti: Refersi apothecã de uaria natura uinorũ: uixq; ausim dicere, Impleui omni genere frumenti, & Refersi uaria natura uinorum. Hoc Lib. I. qđ diximus exemplo cõprobãdũ est. Cic. de Orat. Quòd si tantam uim rerũ maximarum arte sua rhetorici illi doctores complecterentur, quærebat, cur de proœmijs, & de epilogis, et de huiusmodi nugis (sic enim appellabat) referti essẽt eorũ libri. Hic nequaquã licuisset sine præpositiõe loqui. Nõ enim libri illi referti sunt proœmijs et epilogis,

sed

ſed præceptis proœmiorum, & epilogorũ. Sicut *in ſuperioribus, nõ eſt nauis impleta omni genere frumẽti, ſed frumento omnis generis: neq; apotheca refertа omni natura uinorũ, ſed uino omnis naturæ.* Quia *de* Refercio, & Impleo *feci mẽtionẽ, dicã hoc amplius de* Refertus, & Plenus. Exemplũ *quod modò attuli, oſtendit* Refertus *poſtulare ablatiuũ, ſicut* Impletus, *ſicut* Vacuatus, *ſicut* Vacuus: *idẽ tamẽ* Cic. *ait pro lege Manilia:* Referto *prædonum mari.* Et Pro Plãcio: *Audierã refertã eſſe Græciã ſceleratiſsimorũ hominũ, ac nefariorũ.* Sed *nũc trãſit in nomen, tametſi, cætera huiuſmodi nomina ablatiuũ ſemper habẽt: ut,* Vacuus *incolis, nõ incolarũ:* Freques *populis, nõ populorũ: præter quàm* Plenus, *cui* Cic. *ſemper genitiuũ dedit.* De *cæteris autoribus nõ poſſum in uniuerſum pronũtiare, cùm multi etiã ætatis eius dederint ablatiuũ: ut* Varro *lib.* I. Rer. ruſtic. Sua *nihil intereſſe, utrũ his piſcibus ſtagnum habeat plenũ, an ranis.* Et Salluſt. *in* Iugurt. Quæ *quanquàm grauia, & flagitio plena uidebãtur, tamẽ quia mortis metu mulctabãtur, ſicut regi libuerat, pax conuenit.* Suo *itaq; arbitrio ſcriptores utũtur.* Poſteriores *uerò omnes, ut hoc nomẽ* Nouiſsimus *ꝓ ultimo, ita etiã* Plenus *uino dixerũt, nõ ſolùm* Plenus *uini.* Quare *qui ſolùm genitiuo cõtẽtus erit, Ciceronẽ imitabitur: q utroq; caſu utetur, cæteros.* Sed *mutando habebit & uenuſtatis rationẽ, & lucis: quod uel ex proximo exemplo oſtenditur:* Aue *gratia plena.* Ego *ad euitandam amphibologiã dixiſſem,* Aue *gratiæ plena: quemadmodũ in alio factũ eſt, ubi non* Luc. I.
erat ambiguitas: Plenũ *gratiæ, & ueritatis.* Licet *diuerſa* Ioan. I.
uerba hic ſint, atq; illhic: in altero eſt κεχαριτωμένη: *in altero* πλήρη χάριτος καὶ ἀληθείας. Liuius *ut nomini* Plenus *dat etiã ablatiuũ, ita uerbo* Impleo *dat etiã genitiuũ,*

ut in quinto: Ipse multitudinem quoq; quæ ferme semper regenti est similis, religionis iustæ impleuit.

De Potior, Potitus, & Compos. CAP. XXXIIII.

Potior hos eosdē casus habere potest, sed cū cæteris frequentius ablatiuū: cū hoc nomine res, ferè semper genitiuū: ut, Lacedæmonij rerū diu potiti sunt, id est, rerum imperiū diu tenuerūt. In alijs nominibus magis significatio exponitur per obtinuerunt, quàm per tenuerūt: ut, Potitus sum uictoria, Sum potitus amica, id est, pugnādo, uel laborādo obtinui uictoriā, uel amicā. In præsenti tempore plerunq; pro fruor. Cicero: Quòd si uoluptatibus his bona ætas fruitur libentius, primū paruulis fruitur rebus, ut diximus: deinde his, quibus senectus, etiā si nō abunde potitur, non omnino caret. Pro eodē posuit Fruitur, & Potitur. At, Potitur pro Potitus est, præsertim more historico legimus. Potior à Potis descendit, ideoq; illi in significatiōe simillimū est. Nā, Sum cōpos mentis, cōpos animi, cōpos rationis, cōpos sanitatis, quod hæc habeo: at Cōpos uoti, cōpos uictoriæ, cōpos optati, quod hæc opera mea, atq; labore obtinui, obtineoq;. Illud tamē sciendū est apud Ouid. in XII. Metamor. sic legendū: Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille. Nō Potiremur, ante penultima breui, non longa, à tertia scilicet, non à quarta coniugatione.

In Cato. Maio.

De Traiicio. CAP. XXXV.

Traijcio exercitum, id est, transporto exercitum trās mare, aut trans flumen. Traijcio mare, uel flumen, id est, transeo. Aliquādo utrunq; coniunctum: ut Liuius, Traiecit copias Iberū. Et Plancus: Copias Isarā traieci.

Epi.23. li.10. Epist. fa. Cic.

Do tibi, & ad te literas. CAP. XXXVI.

Do tibi literas, tāquā tabellario: Do ad te literas, scilicet ad te pferēdas. Aliquādo hæc duo cōiungūtur: ut Cic. Dedi illi ad te literas. Et Sallustius: Vulturtio literas

In Catil.

ad Catilinã dat. Ergo q mittit literas, dat: cui literæ dãtur, si pfert, reddere dicitur, sicut ille ad quẽ dantur, accipere.

De In, & Ad, cum aliis uerbis; CAP. XXXVII.

E*O in uillam, & eo ad uillã: proficiscor in campũ, & ad campum: confero me in agrum, & ad agrum, idem sunt.* Et *item in similibus, præterquàm in hoc ultimo uerbo, quoties refertur ad personam.* Dicimus *enim,* Contuli *me ad Catonem, & Contuli me ad patrem: non autem* In *Catonem, &* In *patrem, ad distinguendũ uidelicet significationem.* Nam *quum dico,* Contuli *in personã, non possum addere alterã personã, uelut me: sed rem, uelut beneficium.* Eritq; *significatio donationis: ut,* Multa *cõtuli in Catonem: id est, multa donaui Catoni:* Nemo *in patrẽ potest tanta beneficia cõferre, quanta contulit pater in filiũ.*

De Refero tibi, & ad te. CAP. XXXVIII.

R*Etulit mihi, &* Retulit *ad me, ita differũt, quòd illud est narrauit: hoc uerò in cõsultationẽ tulit: ut* Quintilianus, Relaturus *uobis iudices ordine malorũ meorum euentum, quem nemo tam crudelis, nemo tam sæuus audiet, ut me non pascat.* Sed *hoc nemini ignotum est.* Idem: Declam. 8. Declam. 8.
Vultis *scire iudices, nihil impatientia charitatis fecisse patrem, non retulit ad matrem, non propinquos consuluit, non amicos.* Cicero *in Catilin.* Refer, *inquis, ad senatum. id est, refer in consultationem senatus.* Verg. III. Aeneid.

Delectos *populi ad proceres, primumq; parentem*
Monstra *Deũm refero.* Et *ne dubitares de sensu sermonis huius, more suo aperuit, subiungens:*
Et quæ sit sententia, posco. Pauloq; *pòst:* Eodem lib.
Surge *agè, & hæc lætus longæuo dicta parenti*
Haud *dubitanda refer.*

Sunt *enim* Deorũ *uerba, non cõsilium ab* Anchisa *petentium,*

tium,ſed illum quid agendũ ſit docentium.Ideoq; additur illud,Haud dubitãda. Porrò utraq; harum ſententiarũ in uerbo uerſatur,aliquãdo etiã in facto,ſed diuerſa eſt ſignificatio:ut Quintil. Ad patrẽ arma nõ retuli.id eſt,reportaui. & Cicero: Si ad unũ omnia referẽda ſunt,digniſsimũ eſſe Pompeiũ.hoc eſt,Si in unũ omnia cõferẽda ſunt:de re intelligitur,nõ de oratiõe. Quale illud eiuſdẽ eſt pro Deiotaro: Qui rumores ad ſe referrẽt. Et quale eſt Cæſaris, Lib.I.Cõm. de bel.Gall. *Vt quæ diceret Ariouiſtus,cognoſcerent, & ad ſe referrent. Hîc de uerbis agitur,et tamẽ nõ ſignificatur ferri in conſultationẽ,ſed potius narrari, & renuntiari mandata ab altero data. Præterea hic ſolet adhiberi accuſatiuus, uel nominatiuus:ibi crebrò (in ꝓſa præſertim) ablatiuus cum præpoſitione De:ut, De omnibus his referã ad ſenatum. Omnia autẽ hæc referã ad ſenatũ,rarius dicitur. Tamen ſignificat idem,quod eſt, In ſenatorũ conſiliũ feram.*

De Interdico. CAP. XXXIX.

INterdico tibi aqua,et igni:nõ autẽ Interdico tibi aquã, & ignẽ:neq; Interdico te aqua,et igni. Quo autẽ modo mutabitur in paßiuũ hæc oratio? Sunt tres modi (quãtùm colligere poſſum) mutandi actiuũ in paßiuum. Vnus, ubi eſt ſolus accuſatiuus, ab eo in nominatiuũ mutato incipiẽdi:ut, Dedi tibi equũ, Equus à me tibi datus eſt. Alter ubi ſunt duo accuſatiui,alterũ in nominatiuũ cõuertendi, alterũ relinquẽdi:ut Docui te muſicã, Tu à me doctus es muſicã:non autẽ Muſica docta eſt à me te. Tertius utrũlibet horũ accuſatiuorũ mutandi in nominatiuũ, alterum uel relinquẽdo,uel in ablatiuũ cum à, uel ab transferẽdo: ſic, Ego rogaui te ueniam, Tu rogatus à me es ueniã:uel, Venia abs te rogata eſt mihi:licet per hoc ſecundũ tu magis uidearis rogaſſe pro me,quàm ego te. Quẽ horũ modorum*

dorum huic uerbo tribuemus? nullum. Et *tamẽ tres isti similes sunt.* Vnus *hic est:* Tibi *interdictũ est aqua, & igni: quod est frequentißimũ.* Alter *hic:* Aqua, & *ignis tibi interdictus est: ut* Liu. lib. VIII. *Interdictũq; mare Antiati populo est. Quòd si esset mari, prioris modi foret exẽplũ.* Tertius *est:* Tu *ĩterdict⁹ es aqua, et igni: sed tñ hic modus cæteris est rarior.* Metel. *Numidicus:* Illi *uerò omni iure, atq; honestate ĩterdicti sũt: ego neq; aqua, neq; igni careo.*

De Pluit, & Ningit. CAP. XL.

P*Luit caret supposito, habens appositum ablatiuum: ut Liuius,* N*untiatum regi, patribusq; est in monte Albano lapidibus pluisse.* Licet *nunc dicamus:* Deus *pluit carnẽ, pluit manna, pluit escam:* Ningit *uerò suppositum, & appositum respuit.* Liui. lib. I. ab urb.

De Decet, Iuuat, Conducit. CAP. XLI.

D*Ecet,* Iuuat, C*õducit pro utile est, & si qua sunt alia, nec personalia sunt planè, nec impersonalia, quum habeant numeros.* V*estes hæ decent nos,* Isti *cibi iuuant te,* Studia *secreta conducunt maximè.* Explicit, Explicit*unt nunquàm (quod sciam) legi.*

De Ausculto, & Audiens tibi sum. CAP. XLII.

A*Vsculto te, audio te:* Ausculto *tibi, obtempero tibi:* Sum *audiẽs te, quòd te audio:* Sum *audiens tibi, quòd tibi obedio: ut lex* XII. *tabularũ apud* Quint. Filiũ *munus audientẽ dicto, liceat abdicare.* Cicer. *in* Philip. Et *audiẽs esset huic ordini.* Et *pro* Deiotaro: Aut *qui dicto audiẽtes in tanta re nõ fuissent.* Cũ *uerbo reperisse apud scriptores prosæ orationis tale loquendi genus non memini, sed apud* Plautũ *in comœdia, quæ inscribitur* Captiui *duo:* Memini *quum dicto haud audiebat, facto nunc lædat licet.* Hinc *est quare unũ* Obedio *ex cõpositis ab* Audio *postulat datiuũ.*

De Dono tibi,& te. CAP. XLIII.

DOno tibi munus, notum est, quid significet: Dono te munere, plerunq; præmij gratia, sed interdũ admirationis, interdum beneuolentiæ, interdum misericordiæ. Cicero pro Archia: Sylla cùm Gallos, & Hispanos ciuitate donasset. uidelicet in præmium. Quæ exempla sunt plurima: ut, Militaribus donis, corona uallari, immunitate donatus sum. Idem pro eodem: Itaque si ciuis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit: certè imperator non remunerationis causa Archiam ciuitate donasset, sed admiratione ingenij, & beneuolentia. Vergil. Aeneid. v.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Eodem lib. Nimirùm non præmij gratia. Nam—tres præmia primi Accipient. Beneuolẽtiæ ergo, non meriti illorũ gratia, cùm postremi nihil omnino mereãtur. Quale est Valerij Maximi lib. II. Rex Antioch. bello, quod cũ Romanis gerebat, filiũ Scipionis à militibus suis interceptũ, honoratissimè excepit: regijsq; munerib. donatũ, ultro & celeriter patri remisit. utique amicitiæ gratia. Et Amphitryon apud Plautũ: Verũ ita animatus fui, itaq; nũc sum, ut ea te patera donẽ. Et paulò pòst Alcmena inquit: Pateram profecto feras, qua hodie meus uir donauit me. In quorũ utroq; sola in donãdo beneuolẽtia declaratur. Idẽ Plau. in Aulularia: Dij immortales, quib. & quãtis me donatis gaudijs.

Declam. 9. Quintil. in Gladiatore: Quod me facere cõuenit, qui per maria latrocinijs ĩfesta solus petitus sum, qui lucẽ libertatẽ, deniq; quicquid pati debeo nõ ignarus (ut primo natalis horæ tempore) sed uidens, sentiensq; acceperim: nec solum donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum. Verba sunt hominis exaggerãtis beneficia amici, ut se maxime

xime illi ostendat obstrictum. Sola ergo fuit ratio beneuolentiæ. Idē in Pariete palmato: Quàm blādè ille sepofuit miserū suum, quàm diligēter uxoris gaudētis exclusit oculos, quàm multo cæcū pudore donauit. Hîc habita est misericordiæ ratio. Sueton. in uita Augusti: Et ne enumerē quot, & quos diuersarum partiū uenia, & incolumitate donatos. Cornelius Nepos de uita Attici, Auxit hoc officium alia quoq; liberalitate. Nam uniuersos frumēto donauit, profectò clementiæ, nō remunerationis gratia. Declam. 1. Cap. 51.

De Incumbo huic rei, & in hanc rem. CAP. XLIIII.

I*Ncumbo studijs, & incumbo remis.* Vergil. *Validis incumbite remis.* Incūbo *in studia, & ad studia, sed non,* Incūbo *in remos, & ad remos.* Cice. *Pergite, ut facitis, adolescentes, atq; in id studiū in quo estis, incumbite.* Et alibi: *Quare incūbamus ô noster Tite ad illa præclara studia, & eò unde discedere nō oportuit, aliquando reuertamur.* Neq; *hoc in bonū tantummodo accipitur, sed etiam in malum: ut* Idem, M. *Catoni incumbenti ad eius perniciem.* Sed *illud,* Incumbite remis, *nō est per translationem dictum, ut hoc:* Nam *ut quum remiges incumbunt remis, uel quum nos operi faciundo incumbimus toto pectore, significatur diligentia, & conatus: ita & cū accuratius quid mente agimus, incumbere dicimur: quemadmodum econtrario* Supini *dicuntur, qui negligenter agunt.* Lib. 10. De Ora. li. 1. Epi. 16. lib. 2. ad Attic. Pro Murena.

De diuerso uarioque regimine uerborum, cum diuersa, similiue significatione. CAP. XLV.

T*Imeo te tanquā inimicum, Timeo tibi tanquā amico.* Illhic *tanquam offensurus sis, hîc tanquā defendēdus,* Commēdo *te regi, id est, cōmitto:* Commendo *te apud regē, id est, laudo.* Cedo *tibi, unde et* Cōcedo *tibi, pro nō repugno tibi: facitq; præteritū cessi.* Cædo *te, p flagello te,*

cuius præteritũ est Cecîdi,pro flagellaui, & supinũ Cæsum. Vnde Cæsus, uel qui flagellatus est, uel qui amputatus est,siue occisus.Rarò pro occîdo hoc uerbũ accipitur.
Philip.3. circa finem. *Cice. in Philip.Cædit greges armẽtorũ.Dimitto te discedens:id est,relinquo.Dimitto te discedentẽ,i.abire permitto.Vel Dimitto te,i.mitto : unde Dimißi legati dicuntur. Inceßit mihi cupiditas:i.subijt. Inceßit me ille:i. offensurus me petit,& accusat. Inest huic loco, & Inest in hoc loco:primũ apud Quintil.cæterosq; frequẽtius:ait enim, Verùm hoc melius faceret natura ipsa duce, sed naturis ipsis ars inerit.Secundũ apud Cic. frequẽtius:ut ibi,Illud enim honestũ,quod sæpe diximus, si in alio cernimus, tamen nos mouet,atq; illi,in quo id inesse uidetur, amicos facit. Comparo hanc rẽ illi,& cũ illa. Confero te isti, & cum isto.Ego sum similis tibi, & tui. Hoc est cõmune omnibus,& omniũ:uel cõmune mihi tecũ,& cum cæteris. Ego sum particeps laborũ tuorũ:et,tibi sum in laboribus particeps. Quintil. Et in plerisq; ruris operibus marito particeps. Curtius: Quòd fuisset illis in periculis particeps.Accedit huic rei,& ad hãc rem:uel accedit huc,uel eò,uel eôdẽ. Quintil. Atq; ut accedat dolori meo cumulus,quæ hoc facit,uxor mea est.Cice. Vt ad illã optimam,*
Pro Sex. Rof. *præclaramq; prædã damnatio Sexti Roscij uelut cumulus accedat. Impẽdo curã,uel operã,uel laborẽ, & similia,huic rei,& in hanc rẽ:quod in Quintiliano sæpe reperies.Partior laborẽ multis negotijs,& in multa negotia:ut apud eundẽ. Adijcio huic rei,& ad hanc rẽ. Respondeo tibi,& ad te. Celo te hanc rẽ, & celo te de hac re.Tu es natus ad laudẽ,& laudi.Cic.pro Sextio:Nã qd ageret uir ad dignitatẽ,& gloriã natus?Et in eadẽ: Qui se patriæ q ciuibus suis,qui laudi,qui gloriæ,nõ qui somno*
& con

& conuiuijs, & delectationi natos arbitrãtur. Aggrega *bo te illis, uulgò dicimus.* Idẽ: *Quare ego te semper in nõ strum numerũ aggregare soleo.* Idẽ pro Archia: *Adscribi se in eam ciuitatẽ uoluit.* Et pro eodẽ: *Quum fuerit in alijs quoq; ciuitatibus adscriptus.* Idẽ in Philip. *Tu uerò adscribe me talem in numerũ.* Idẽ pro Rabirio: *Si qs hunc reprehendendũ putat, adscribat ad iudicium suum nõ modò meam, sed huius etiam ipsius, qui cõmisit, sententiã.* Idẽ contra Rullum: *Illum sibi collegam adscriberes.* Tibi hoc *adscribendũ est, id est, tibi tribuendum, & imputandum.* Pro Murena. Philip. 2.

De noua ratione regendi quorundam impersonalium. CAP. XLVI.

COepit eũ pœnitere, Posset te pigere, Desinet me tædere: *sæpius dicimus, q̃ Cœpit ille pœnitere, Posses pigere, Desinã tædere.* Quintil. *in milite Mar.* Neq; *si sit cupidißimus uitæ, pœnitere eũ sui facti potest.* Cic. de petendo consulatu: *Si hic ciuis liber est, cuius autoritatis neminẽ posset pœnitere.* Idẽ in Verrẽ: *Iamiã Dolabella me neq; tui neq; tuorum liberorum, quos tu miseros in egestate, atq; in solitudine reliquisti, misereri potest.* Simile est *illud* Terẽtij: *Ita me dij amabunt, ut me tuarũ miseritũ est Menedeme fortunarum.* Me, *pro à me miseritum, dixit.* Declam. 3. In Heautõti. act. 3. scen. 1. ubi illud secũdum me, in emendatis codicibus nõ habetur.

Quum uenustè uerba aut desunt, aut redundant. CAP. XLVII.

DEsunt *nonnunquam uerba in oratione, sed non sine gratia, ut* Horatius:

Quò mihi fortunam, si non conceditur uti? Epist. 5. lib. 2.

Id est, *ad quid uultis esse mihi bona fortunæ?* Hic modus *incipit per quò, alius incipit per unde: ut idem,*

Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? unde sagittas? Lib. 2. Sermo

Supple *putes, uel dicas mihi esse.* Iuuenalis Satyr. XIIII. Satyr. 7.

Vnde tibi frontem, libertatemq́; parentis,
Quum facias peiora senex?

Epi.24.lib.7. fam.epist. Cicero ad Fabiũ: *Martis uerò signũ, quò mihi pacis autori?* Quint. *Quò per fidẽ diuitias iuueni, (de cæco loquitur) apud quẽ omniũ rerũ diuersitas perit?* Et alibi: *Quò* Declam.2. *nũc tantũ frumẽti: quò classem cõmeatu graue?* Idẽ: *Vnde* Declam.12. *hunc illi animũ?* Et alibi: *Vnde tantum uirium cæco, ut in* Declam.6. Declam.2. *uno statim ictu mors tota peragatur?* Idẽ tamẽ ait alio lo- Declam.10. *co: Vnde miseræ tunc, unde somnus?* supple erat, uel est.

Lib.2.cap.17. Tertius modus, ut apud eundẽ: *Sequitur quæstio, an utilis rhetorice: nã quidam uehementer in eã inuehi solent, & (quod sit indignißimũ) in accusatione orationis utũtur orandi uiribus: eloquẽtiã enim esse, quæ pœnis eripiat sceleſtos, cuius fraude dãnentur interim boni, cõsilia ducantur* De Amic. *in peius,* supple, dicũt enim eloquẽtiã. Cic. *Habendas esse, quàm laxißimas amicitiæ habenas: caput enim esse ad bene uiuẽdũ securitatẽ,* supple dicũt enim caput, q modus loquendi apud Græcos est frequẽtißimus. Idẽ uerbũ aliquã- Lib.2. do redũdat: ut de Oratore Cic. *Illũ Titiũ, q cùm studiosè pila luderet, & idẽ signa sacra noctu frangere putaretur, gregalesq́;, cùm in cãpum nõ uenisset, requirerẽt, excusauit Vespa Terentius q̃ eũ brachium fregisse diceret.* Satis erat dixisse, q̃ brachiũ fregisset. Et nõ lõgè illhinc: *Cui cùm familiaris quidã quereretur, q̃ diceret uxorem suam suspẽdisse se de ficu: amabò te, inqt, da mihi ex ista arbore, quos seram surculos.* Sat erat sine illo, Quòd diceret: sed hoc uerbũ libẽter apponit Cice. Quartus, quũ suppletur respondeo: ut idem frequenter: *Quòd autẽ scribis de illo, aut illo negotio, ego nescio quid cõsilij capiã: uel, ego iam anteà timuerã,* supple respõdeo. Raroq́; uel nũquàm hoc uerbũ profertur. Aliquãdo subintelligitur simile uerbum: ut

ut apud Quintilian. Sed si cōfeßionē culpæ meæ exigitis, ego fui pater durus: & patrimonij, quod iam melius ab his administrari poterat, tenax custos, supple cōfiteor, quòd ego fui, &c. Quintus modus, ut apud Ciceron. In obsequio aūt comitas (quoniā terētiano uerbo libēter utimur) adsit, aßētatio uitiorū adiutrix procul amoueatur. Subintellige, ita loquimur (quoniā Terētiano uerbo libēter utimur.) Et alibi: Satiari delectatione nō poßū, ut meæ senectutis requiē, oblectationēq; noscatis. Subintellige, hoc dico, ut noscatis. Sextus modus, ut apud Pliniū Iuniorē: Studes, an piscaris, an uenaris, an simul omnia? supple facis. Quint. Nil aliud quā renuet. id est, nil aliud faciet, q̄ renuet. Et iterū: Et acceptis literis meis iuuenis filius nihil aliud q̄ cū matre fleuisset. id est, nil aliud fecisset, quàm cū matre fleuisset. Martial. Nil aliud bulbis quā satur esse potes. id est, nil aliud facere. Cui cōfine est illud, ubi prolato aliquo aduerbio qualitatis, subintelligitur ꝓ cōditione materiæ, aut dixit, aut fecit: ut, Bene Ennius, præclarè Anaxagoras, fortiter Scipio, prudenter Fabius. supple dixit, aut fecit: prout ex his, quæ aut iam diximus, aut dicturi sumus, colligitur. Et per cōparatiuū: Dij melius. supple fecerint, aut faciāt, aut certè uelint. Nec de dijs solū, uerū etiā de hoībus: ut apud Quintila. Tu melius uxor, quæ facturum retinebas. supple fecisti. Interdū etiā per nomē (nam illud Melius est aduerbiū) ut, Dij meliora. Lucanus ipsum uerbū apposuit: Dij meliora uelint. Nec procul ab huius natura abest, quādo utimur hoc nomine Res, siue in nominatiuo, siue in accusatiuo, fortè etiam in alijs casibus: ut, Restat mihi exponēda uita, quam hic egit in magistratu, res digna auditu in primis: uel, Reliquū est, ut exponā uitā huius, qua fuit in magistratu, rē dignā auditu ī primis.

De Amic.

In Cato.Ma.

Epist. 8. li. 2.

Ouid. lib. 9. Meta. Dij melius, dij nempe suas habuere sorores.

Sophocles apud Cicer. in Cato. Maio. Dij meliora, inquit, libenter uerò isthinc tāquam à domino agresti, ac furioso ꝓfugi.

Quòd

Quòd amœnè tempus aliquando pro tempore ponitur. CAP. XLVIII.

ANnibal apud Titum Liuiũ alloquens milites inquit: Si tales animos in prælio habebitis, quales hìc ostendistis, uicimus. Quintil. Si tales milites omnes habebimus Mari, uicimus. Cur de futuro nõ per uerbũ futuri tẽporis locutus est? Nempe ad asseuerandã rem, ut non futura, sed iam esse uideatur: multoq; plus ponderis habet, ut dicamus Vicimus, quàm Vincemus. Idem Quint. Dimitte tantùm, & euocasti. id est, euocaueris. Cicero: Vnum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptũ, & uicisti. pro Viceris. Idem pro Sextio: Restitisses, repugnasses, mortẽ pugna oppetisses. pro eo quod est, resistere, repugnare, mortem pugna oppetere debuisses. Ouid. lib. IIII. Metamor.

Declam. 3.

Præmiaq; eripies, quæ si tibi magna uidentur,
Ex illis scopulis, ubi erant affixa, petisses.

Act. 4. scẽ. 4. Id est, petere debuisses. Terent. in Andria: Prædiceres. pro eo quod est, Prædicere debebas. Et alibi: Fortasse aliquantò iniquior erat propter eius libidinem: Pateretur. pro pati debebat. Item Cic. tertio Offic. Male etiam Curio quum causam Transpadanorum æquam esse dicebat, semper addebat, uincat utilitas: potius diceret, non esse æquam, quia nõ esset utilis Reipub. id est, dicere debebat. Huic simile est, quale apud Ouidium de Remed.

In Heauton. act. I. scen. 2.

Lib. 2.

Gnoßida fecisses inopem, sapienter amasset. Id est, si fecisses inopem, Horatius: Decies centena dedisses
Huic parco, paucis contento, quinq; diebus
Nil erat in loculis. Id est, si dedisses. Plĩ. Iunior: Dedisses huic animo par corpus, fecisses qđ optabat. Id est, si dedisses. Illud magis poëticũ. Vt Verg. Tu quoq; magnã Partẽ opere ĩ tãto, sineret dolor, Icare haberes. Id est, si sineret.

Lib. I. Serm.

Epist. II. li. I.

Aeneid. 6.

sineret. Iuuenal. Græculus Esuriēs in cœlū, iusseris, ibit. Satyr. I.
Id est, si iusseris. Adhuc diuersum huic est, quale est apud
Cicer. Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorū Philip. I.
in cellis stratos lectos uideres, id est, uidisses. Quint. sem-
per uidisses: ut ibi, Vidisses non quemadmodum tenues
umbræ corpus accipere cogitationibus solent. Apud hūc
sæpe est hic modus loquendi: Si perseuerassem, duos excæ
caueram pro excæcassem. Quale est illud Horatianū II.
Carminum, quod metri causa Priscianus dici putat:
Me truncus, illapsus cerebro Sustulerat, nisi Faunus ictū
Dextra leuasset. Apud illum quiddam penè contrariū:
ut ibi, Dictatoris nomen quod sæpe iustum fuisset. pro,
fuerat. Nam de imperfecto subiunctiui, qđ solet poni pro
imperfecto indicatiui, in proximo lib. iam dixi, cuius hoc
exemplum fuerat, Non quia amicus non esses. Cic. de Re
pub. lib. VI. Et quòd de uia fessus essem, & ad multā no-
ctem uigilassem, pro fessus eram, & uigilaueram.

Vbi nitidius ntimur Actiuo, ubi Passiuo. CAP. XLIX.

OPortet legere libros, Expedit euoluere autores, Vtile est cognoscere plurima, Operæ pretiū est habere quos imitemur, Necesse est adhibere usum, Cōducibile est descendere in certamen, & agitare cū alijs controuersias. Vel per passiuum, Oportet legi libros, euolui autores, cognosci plurima, haberi quos imitemur, adhiberi usum, agitari cū alijs cōtrouersias. Hunc posteriorem modū magis ars grāmatica probat, illū magis autoritas. Secus in præterito: nanq; nō ita sæpe legimus, Fecisse hoc oportuit, ut Factum hoc oportuit. Cice. in Verr. Tamen id factū non oportuit. Et in eundē: Apollinis signū ablatū certè nō oportuit. & alibi: Totam rem illi integram seruatam oportuit. Nō dissimile sanè est illud per alterū uer-

bum(de uolo loquor)ut idem:Liberisconsultũ uoluimus, etiam si posthumi futuri sint.Idem:Percurrã tamẽ breui, ut non minus hominẽ ipsum, quàm ius cõmune defensum uelitis.Quintil.An incidisse in sordidum nomen, non eo contemptum hominis,quẽ destructum uolebat,auxisse.

Pro A.Cecin

Propositiones,rationesq́ue interdum misceri. CAP.L.

N*Am ubi uinci necesse est,expedit cedere:siue plura sunt de qbus quæritur,facilior erit in cæteris fides: siue unũ,mitior pœna solet irrogari uerecũdiæ. Miscuit hoc loco Quintil.propositiones,rationesq́;,cùm sit usitatißimũ sic dicere:Siue plura sunt,de qbus quæritur, siue unũ.Si enim,plura,facilior erit in cæteris fides:sin unum mitior pœna solet irrogari uerecũdiæ.Atq; iterũ:Firmis autẽ iudicijs,iamq; extra periculũ positis, suaserim et antiquos legere(ex qbus si assumatur solida,& uirilis ingenij uis,deterso rudis seculi squallore, tũ hic noster cultus clarius enitescet) & nouos, quibus & ipsis multa uirtus adest.Alius dixisset,Suaserim et antiquos,et nouos:antiquos quidem,&c.nouos uerò,&c.Cice. in Anton.O te miserum,siue illa tibi nota nõ sunt(nihil enim boni nosti) siue sunt,qui apud tales uiros tam imprudenter loquare.*

Lib.2.cap.6.

Philip.2.

De usu uenusto uerbi,Videor. CAP. LI.

N*On uidetur tibi quòd bene faciam:&,Mihi non uidetur ꝙ bene loquaris. Sicut uobis uidetur ꝙ malè facimus,ita nobis uidetur quòd malè facitis: Videtur tibi quòd ille bene scribat,& Videtur mihi quòd isti bene carent.Rusticanus hic sermo est,& agrestis.Eruditi enim sic loquuntur:Non uideor tibi bene facere:&,Tu non uideris mihi bene loqui. Sicut uobis uidemur male facere, ita nobis uos uidemini:Ille uidetur tibi bene scribere: &, Isti mihi uidentur bene arare.*

De

De uulgari quodam usu Mihi,& Tibi. CAP. LII.

IS mihi gloriabitur se omnes honores sine repulsa obtinuisse? & alibi idem Cic. narrans Bruto rem in qua ille non adfuerat, inquit: Ecce tibi Põpeius noster. Illud mihi, & tibi, non magis ad me, uel ad te, q̃ ad cæteros pertinet: sed est oratio sumpta de medio, qua uulgò utimur. Tu mihi semper dormis. Ille mihi aßiduè sedet. Quũ sup cœna essemus, ecce tibi ostiũ crepuit. Hic sermo neq; ad me, neque ad te, neq; ad quenquam refertur. Ideoq; differens est ab illo figurato, quale est apud Vergilium: Cic. in Piso.

Ne mihi tum molles sub dio carpere somnos, Georg. 3.
Neu dorso nemoris libeat iacuisse p herbas. Et iterũ.
Ne'ue tibi ad solem uergant uineta cadentem. 2. Georg.

Hic præcipitur ad uniuersos sub prima, & secunda persona: ibi non præcipitur, nec ad aliquem sermo est.

Quando maiori tempore expresso, partem eius accipimus, & quando deest Post. CAP. LIII.

SVperioribus diebus ueni in Cumanũ. et iterũ: Qui his paucis diebus pontifex factus est. Et in futuro: Paucis diebus erã domesticos tabellarios missurus. & iterũ: Triduo aut ad summũ quatriduo periturũ. Hæc Cice. Et Sall. Legati triduo nauim cõscendêre. Non est accipiendũ per superiores dies, et per paucos dies, per triduũ, & quatriduũ: sed Intra superiores dies, intra paucos dies, intra triduum, & quatriduum. Nã illud, quod aliqui dicũt, tẽpus continuatũ, & solidũ significari per accusatiuũ, secus uerò per ablatiuũ, planè falsum est. Cic. enim, atq; Vergilius sæpius accusatiuo, & quidem indifferenter utuntur, posteriores uerò pleriq; ablatiuo. Aliquãdo in huiusmodi genere sermonis omittimus Post: sic, Intra decẽ dies, quàm uenit, cõfecit omne negotiũ. In paucis diebus, quàm Rhodũ In Iugurt.

appulit,uxorem duxit.Id est,postquàm uenit, postquàm appulit:quæ exempla apud historicos sunt plurima.

Vbi deceant,Nisi,Quàm,& Præterquàm. CAP. LIIII.

Q*Vid est animal,nisi corpus cũ anima concretũ? rectè & Latinè.Quid est animal,quã corpus cũ anima concretũ?non rectè,nec Latinè.Adde Aliud,uel Aliter,uel Secus: & utroq; mõ licebit dicere.Quid est aliud animal,quã corpus:uel,nisi corpus cũ anima concretũ?Cicero:Quid est aliud gigantũ more bellare cũ dijs,nisi naturæ repugnare?Idẽ faciet comparatiuũ:ut,Quid est melius quàm gaudere?uel,nisi gaudere? ut Quint. Nihil est facilius,nisi totã causam omnino nõ agere.Præterquã,eãdem aut propè parẽ uim obtinet,quam Nisi. Cuius exempla,ut facilia prætermittimus,unũ illud admonẽtes,ubi est Præter,ibi locũ habere Præterquàm, ad hũc modum:ut, Nullius rei sum auarus præter laudem : uel præterquàm laudis:Nulli places,præterquàm mihi,uel præter me.*

De Senectu.

De usu huius uerbi Transfero. CAP. LV.

Q*Vem morẽ Spartiatæ transtulerũt in fœminas.& alibi idem Cic.Quod nisi in amicitiã trãsferatur. Quæ in alios tranferũtur,nõ solent remanere penes eos, à quibus transferũtur.Mos autẽ(ut Cic.uult)ita transfertur,ut penes priorẽ quoq; remaneat.Et lib.1.Offi.Quod ab Ennio positum in una re, tranferri in multas potest. Et in eodem:Eademq; mediocritas ad omnem usum, cultumq; uitæ transferenda est. Lucanus in x.*

Nondum translatos Romana in secula luxus.

De Committo. CAP. LVI.

Offic.1.

N*On cõmittas, ut quũ omnia tibi à nobis suppeditata fuerint,tu tibi defuisse uideare.Et iterũ,Non cõmittas, ut dicendum sit,Non putarã.Hæc Cic. Quintilianus*

quoq;

quoq;:Nõ cõmittã, ut illa dubia faciã defensionis solicitudine. Et *alibi:* Nihil *tibi minus cõmittendum,ꝗ ut ulciscaris hoc flagitiũ,in eo præsertim, q apud malignos poterit uideri te permittẽte fecisse.* Cic. *tamen quodã in loco non per* Vt,*sed per* Quamobrẽ *locutus est, dicẽs:*Cõsiderare *debes nihil tibi esse cõmittendum, quamobrem eorũ quos laudas,te non similimũ præbeas.* Idẽ *pollet* Quamobrem *qđ* Vt:*et licebit illud tollere, et hoc subijcere.* Ex *quibus exemplis datur intelligi hoc uerbũ sequente* Vt,*uel simili dictione semper accipi in malã partẽ:nec rectè dicas:*Fac *committas,ut omnes te laudent:aut sic,* Non *cõnisisti unquã,ut laudareris.* Prætereà *semp habet secũ negationẽ.*

De Oriundus,& Ortus, CAP. LVII.

ORiundus *quòd non habeat uim participij, credo alij dixerunt.* Cuius *utendi hic modus est:*Ego *sum ortus* Romæ,*oriũdus à* Placentia.T. Liuius:*Nati Carthagine sed oriundi à* Syracusis. *id est, à* Syracusis *originem trahentes,unde fuerunt parentes.* Vel *sine præpositione. ut idẽ:*Alba *oriundum sacerdotiũ.*In *personis ferè cum præpositione.*Idem:Is *longè princeps* Latini *nominis erat(si famæ credimus)ab* Vlysse,*deaq; Circe oriundus.* Idem: Quid *hoc,si polluit nobilitatem istã uestram,quã pleriq; oriundi ex Albanis,&* Sabinis *non genere,nec sanguine, sed per cooptationẽ in patres habetis?* Nonnunquam *per indeclinabilia:ut,*Inde *ego sum oriundus,unde tu.* Liuius *tamen (si rectè scribitur) ait libro octauo:* Palæpolis *fuit haud procul inde,ubi nunc* Neapolis *sita est,duabus urbibus idem populus habitabat,cuius erant oriundi.*

Lib.3.ab urbe condita.

Voluit Valla oriũdus genitiuo posse iũgi, autoritate Liuii dicẽtis, Cuius erant oriundi:uerũ ibi nõ cuius, sed Cumis legendum est: ideoq̃ue dixit si rectè scribitur.

De Memini. CAP. LVIII.

MEmini,*pro recordor,tum genitiuũ,tum accusatiuũ postulat.* Vt Ter.*in* Eun.*Faciã ut huius loci,dieiq;*

Act.5.scen.7.

In Cat. Maio. *meiq; semper memineris.* Cicer. *Omnia, quæ curant senes meminerũt, uadimonia cõstituta, qui sibi, cui ipsi, debeãt: Quid iurisconsulti, quid põtifices, qd augures, quid philosophi senes, quàm multa meminerunt?* Idem uerbũ pro eo, *quod est, mẽtionẽ facio, recusat accusatiuũ, postulatq; genitiuum, uel ablatiuum cum præpositione* De: *ut* Quint.

Lib. 11. cap. 2. *Neq; omnino huius rei meminit poëta ipse. & iterum:* De *quibus multi meminerunt.* Hinc *uidetur deriuari* Mẽtio, *quasi à meno præsenti, et geminato præterito memini: unde supinũ* Mentũ, *ex quo* Mentio, & Mens, *quæ omniũ recordatur: &* Mentũ, *quia in mẽtione faciẽda, hoc est, in*

Plin. libr. 8. cap. 25. *loquendo, præcipuè mẽto utimur.* Nullũ *enim animal mouet partẽ oris superiorem, nisi Crocodilus, sed omnia inferiorem, sicut & nos mentũ.* Hinc *etiam* Mẽtior, *quia contra mentẽ loquor.* Fortè *et hinc uenit* Mẽta. Sed *nolo eius etymologiã aliquã afferre, ne cui fortè uidear argutulus.*

De differentia inter Alter, & Alius. CAP. LIX.

Lib. 7. cap. 4. *ALter de duobus dici, alius de multis, notũ est omnib⁹ licet non omnes rectè utantur.* Macrob. *de Saturn.* Quum *igitur asseruerimus quatuor in corpore fieri digestiones, quarũ altera pẽdet ex altera. dicendũ erat,* Quarũ *alia pẽdet ex alia.* Idem *in alio opere de* Naturalibus: Illæ *uerò insolubiles causæ sunt, quæ mutuis inuicẽ nexibus uinciũtur, & alterum altera facit, ac uicißim de se nascuntur, nunq̃ naturalis societatis amplexibus separãtur.* Nã Ouid. *de nouẽ picarũ transformatione loquens, quanquàm eũ excusare metri neceßitas potest: tñ quòd singulæ singulas, ac certæ certas intuerẽtur, intellexit, quũ inqt:*

Libr. 5. Meta. *Alteraq; alterius rigido concrescere rostro*

Cap. 56. *Ora uidet.* Sueto. *de uita Caij:* Nec *cessauit ex eo alterũ alteri criminari, atq; inter se omnes cõmittere.* Nescio

an sic accipiēdum sit, Vnū uni, et rursus hūc illi. Plin. lib. x i. inquit de formicis: Et quoniā ex diuerso cōuehūt alte ra alterius ignara. Quare dicamus aliquando sic loq esse permissum. E diuerso nōnunquā de duobus dicimus Alius & alius, nec dicere aliter possumus: ut, Dubitatur uter excellat, Sallustius an Liuius, & alius aliū præponit: non autē, Alter alterū. Ratio postulabat, ut diceremus, Alius alterū. Nam, Alius ad plurimos refertur, qui de duob9 iudicāt: Alter ad Vnū de duobus, de quib9 iudicatur. Sed qa uidebatur inuenustū sic loqui, maluerūt mutare alterū in aliū. Afferamus exēplū. Sall. in Catilin. de Cæsare, & Catone loquens inquit: Genus, ætas, eloquentia propè paria fuere, magnitudo quoq; animi, et gloria, sed alia alij. Vel est ea ratio, quā dixi: uel hæc, q idē est Alia alij, qđ diuersa diuerso: ut, Alia est faciesmea, alia est faciestua. i. diuersa. Propriè igitur Alter refertur ad unū de duobus: ut Annibal in trāsitu Apēnini amisit alterū oculū: siue ad unam duarū partiū, qđ superius etiā significaui, ubi hoc Ciceronis exēplo usus sum: Duplices similitudines esse debēt, unæ rerū, alteræ uerborū. Et quale est Verg. exemplum: Cap. 30. Ad Herē. II. 31

Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Aliquoties etiam accipitur Alter, pro secundo ex duobus, pluribus'ue. ut, Vnus, alter, tertius, quartus: Vnæ, alteræ, tertiæ, quartæ literæ. Et, Hic est alter annus bel. Pu. et, Ego altero mēse repudiaui uxorē. i. secūdus annus ab origine belli Punici: &, secūdo mēse à ductione uxoris. Aliquādo p ipsis duobus: ut, Vnus aut alter. i. unus aut duo. Quod etiam in aduerbijs respōdet Semel, aut iterū: id est, semel aut bis. Item Semel, & iterū: Cicero in Bruto semel, & iterum in Philippic. Dubitari tamen potest, cùm dicitur, Iterum consul, an secunda uice, an bis consul intelligatur: Eclog 3.

quæ dubitatio in cæteris non erit. Tertium enim cōsul, et Quartum consul, sic differt ab illo Ter consul, & Quater consul: q; in altero significatur tertia, & quarta uice, in altero tribus, & quatuor uicibus. Aliqui tamen dubitarent, an in hanc significationem uice & uices reperiatur.

De Quisque, & Vterque, cū uerbo aut participio. CAP. LX.

Hirundines uere ineūte redeūt, in suum pristinū unaquæq; nidū immigrātes. Muta illud Vnaquæq;, sic: In suum pristinum nidum unaquæq; immigrātes: aut sic, Vnaquæq; in pristinū nidū immigrātes: iam nō erit Latinū. Itē, Offendi parētes suo utrūq; morbo affectos. Trāsfer illud utrūq;, ut modò ostēdi, iam nō erit elegans. Nam si ita mutemus, ille pluralis numerus, Immigrātes, et Affectos, referetur ad illum singularē Vnaquæq;, et Vtrūq;: quod fieri non potest. At illo modo superiore secus: refertur enim numerus pluralis ad pluralē, sic, Hirūdines uere ineūte redeunt immigrātes in nidos pristinos, unaquæq; in suum, supple, immigrās. Offendi parentes morbis affectos, utrunq; supple, suo affectum morbo. Verg. in XII.

Dant sonitum spumosi amnes, & in æquora currunt,
Quisq; suum populatus iter. Et paulò pòst:
Pro se quisq; uiri summa nituntur opum ui. In priore exemplo, si uersus pateretur, nō decuisset dicere, *Quisq; suum populatus iter.* sed Populati: nec in posteriore, *Pro se quisq; uiri summa nituntur opum ui.* Secus autem solet

Declam. 5. fieri, ubi abest Suus, aut Se. Vt Quintil. Commendo tibi senem, quem facimus uterq; mendicum. Nec rectè dicas, Cōmendo tibi senem quē nos filij alleuare debemus, eum

Lib. 2. de Remed. amor. uterq; mendicū facientes: uel sic, Quem nos uterq; captiui mendicum fecimus, nisi more poëtico, ut apud Ouid.

Satyr. 5. lib. 1 *Vtraq; formosæ Paridi potuere uideri.* Et apud Hora.

-Magnis

-Magnis missi de rebus uterq; Legati. Quod apud oratores nõ reperitur: sicut nec illud quidem (licet Aulus Gell. utatur) quale apud Terent. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli. Quod quidam exponũt pro eo, quod est, Pleriq; omnium: quidam pro eo, quod est, omnes. Gel.li.8.ca.2 In An. act.1. scen.1.

De Tamen, & Sed, cum relatiuo. CAP. LXI.

HOmo illiteratus est, cui tamen paucos in rerum gerendarũ scientia anteponas. Latinum est. Homo illiteratus est, sed cui paucos in rerum agendarum scientia anteponas. etiam elegans est. Item in negatione, Homo quidem illiteratus est, quem tamen nõ postponas multis. Latinũ est, ut dixi. Elegans etiam sic: Homo quidẽ illiteratus, sed quem multis nõ postponas. Ideo dixi elegans, quia subintelligitur Talis, quod in alio nõ fit: ut sic: Homo illiteratus, sed talis quem, &c. uel, sed is, pro talis: ideoq; & hoc eleganter dicetur, Homo illiteratus, non tamen quem multis postponas. id est, non tamen is, quem multis postponas. Aliquando non subintelligitur Talis, neq; Is: ut, Hic ager est meus, sed cuius usu careo.

De Id quod, cum alio antecedente. CAP. LXII.

VIdeo te amatorem studiorum, quod me maximè iuuat: uel, quæ res me maximè iuuat: uel, Id quod me maximè iuuat, amator es studiorũ. Item, Video te (quod me maximè iuuat: uel, quæ res me maximè iuuat: uel, id quod me maxime iuuat) amatorem studiorũ. Quæ exempla sibi quisque conquirat.

De aliquis, Quisquam, Quispiã & Vllus. CAP. LXII.

ALiquis, Quisquã, Quispiã, Vllus, idem significant, differũtq; à Quidã, ut in alio opere (quod de Dialectica propediẽ edemus) ostendetur. Vllus tamen quodam modo claudicat, nec ferè citra negationẽ. quasi citra bacu

lum ingredi potest, nisi interrogatiuè: ut, uocat me ullus? aut subiunctiuè: ut, si ullus me uocat. Nūquàm planè affirmatiuè, sicut illa superiora.

De eadem persona tanquam alia. CAP. LXIIII.

ME occupato in administratione magistratus, nullum tempus seponere ad studēdum poterā. Vel, Me occupato in administratione magistratus, nullū tēpus mihi reliquum erat. Rarißimè Latini sic locuti sunt, Græci frequenter, sed hoc modo potius, Occupatus in administratione magistratus, nullū tēpus seponere ad studia poterā: uel, Occupato in administratione magistratus, nullū mihi tēpus ad studia reliquū erat. Dixi rarißimè, non tamen nūquàm: nā quidam sic locuti sunt, ut Hora. de Arte poët.

-Laudator temporis acti

Epist. penul. lib. 16. epi. fa. *Se puero, censor, castigatorq; minorum.* Quintus *Cicero ad* Tiron. *Non potes effugere huius culpæ pœnā te patrono, Marcus est adhibēdus. subintellige, pro ipso patronus. Simile quiddam sapit Per, quale est apud* Mar.

De Orat. li. 1. *Tullium: Cùm & per me ipsum egissem, & per Drusum sæpe tentassem. Illud enim Per, significare solet medium quendam, aliumq; intercessorem. Nunc uerò quis queat melius esse inter se & alium? & tamen sic uulgò loquimur, Per meipsum rogaui, Per teipsum obtinuisti.*

Auxilium do feroque: Opem fero tantùm. CAP. LXV.

AVxilium do, feroq; dicimus: Opem do, non dicimus, sed fero: unde Opitulor, quod Tullianum uerbū esse Seneca autor est: quo tamē & Sallustius utitur, & Plautus, & alij nonnulli.

De A, Ex, & De, cum aliis. CAP. LXVI.

AVdiui à patre meo: et, Audiui ex patre meo: et, Audiui de patre meo, idē significare īueniet, q̄ bonos lib. euoluet.

euoluet. Cic. tñ sic præcipuè locut⁹ est. Similiter apud eũdẽ: Quæsiui te ab ostio, ex ostio, de ostio. Vocaui te à uia è uia, de uia: sed hoc ultimũ apud eundẽ in aliũ quoq; sensum accipitur, ut in Phil. Cũq; de uia languerẽ, & mihimet displicerẽ. Et de Rep. Et quòd de uia fessus essem, & quòd ad multã noctẽ uigilassem. Et de Academicis: In Cumano nuper quũ mecũ Atticus noster esset, nuntiatum est nobis à M. Varrone, uenisse eũ Roma pridie uesperi, & nisi de uia fessus esset, continuò ad nos uenturum fuisse. Quasi de labore uiæ. Hîc enim uia significat iter, hoc est, actionem ambulandi: illhic locum, quà ambulamus. Philipp. I. In Som. Sci. Lib. I. à principio.

De Solus, & Vnus. CAP. LXVII.

INter omnia adiectiua, quæ non sunt superlatiua, duo ferè hæc, Solus, & Vnus, more superlatiuorũ regunt genitiuũ: ut, Solus omniũ nõ remittit sibi, ut incredibilior sit in parricidio cæcus, quàm fuit quũ uideret. Hæc Quin. Et Plin. Accipenser unus omniũ squamis ad os uersis contra aquam nando meat. Similiter ablatiuũ cum præpositione: nam ut dicimus, Maximus ex omnibus, et inter omnes maximus: ita, Vnus, et solus ex omnibus, uel inter omnes. Verùm Vnus pro solus accipio, ideoq; ferè cũ illo adiectiuo Omnis tantummodo coniungitur. Nam Vnus ex fortibus Vnus ex populo, alterius significationis est. Cũ substantiuo quoq; iungitur: ut idẽ Plin. Caluitium uni tantùm animalium homini. sed quasi subintelligitur omnium. Quintilian. declam. 2. Lib. 9. cap. 17. Lib. 11. ca. 37.

De In diem, In dies, In horam, In horas, Propediem, ac Propemodum. CAP. LXVIII.

IN diem aliud multò est, quàm In dies. Illud plerũq; cũ hoc uerbo Viuit, iungitur. Vt Quint. Non ut ferè uolucres præsentis modò cibi memores in diẽ uiuũt, duraturus hyeme reponitur uictus. Aliquando, sed raro, cũ alio iungitur

In Iugurt. *gitur uerbo, ut Salluſt. Panē in diē mercari. quaſi dicat, præſentis diei habere rationē, nihilq; cogitare de craſtino. In dies, idē eſt quod quotidie, ſed ꝓpriè cū quodā incremēto: ideoq; plerūq; cū cōparatiuo: ut, Quum in dies*
Cic. Philip. 1. *malū arctius premeret. Et, Quū in urbe infinitū malum ſerperet, idq; manaret in dies latius. Etiā ſine cōparatiuo ſed tamē per uerbū ſignificans incrementū: ut Liuius, Creſcente in dies multitudine. Quod nō liceret dicere, Concurrente in dies multitudine: ſed quotidie, aut in dies magis: quū tamē liceat ſuperiora exēpla dicere p Quotidie: Quū quotidie malū arctius premeret: & , Quū in urbe infinitū malū ſerperet, idq; manaret quotidie latius. Et p*
Epiſt. 7. lib. 5. *In ſingulos dies: ut Cic. ad Att. Quotidie, uel potius ī dies ſingulos, breuiores ad te literas mitto. i. nō modò quotidie breuiores, ſed etiā in dies. Nā hæ quotidianæ literæ ſunt breuiores his, quas anteà mittere ſolebā: quæ poterāt eſſe omnes pari breuitate. Atqui hæ quas in dies ſingulos, ſiue in dies mitto breuiores, tales ſunt, ut hodiernæ ſint breuiores heſternis, et craſtinæ hodiernis, et perēdinæ craſtinis: & ita aſsiduè. Et peſtilētia in dies fit maior, & quotidie fit maior: ſic poſsūt uideri hæc duo differre, ꝙ in hoc poſſunt hodie ſupra numerū heſternū deceſsiſſe quatuor, quū heri deceſſerint decē ſupra numerū eorū, qui deceſſerant nudiuſtertius. Nō ita in illo, ubi ultimus quiſq; dies maximè increſcit: ut ſi nudiuſtertius deceſſerint duodecim, heri quatuordecim, hodie neceſſe eſt decedāt ſaltē decē & ſeptē, cras ſaltē unus et uiginti, perendie ſaltē ſex & uiginti. Eandē differentiā habent In horam, & In horas, quam*
Philipp. 5. *In diē, & in dies. Cic. in Phil. Hæc ij, qui in horam uiuunt non modò de fortunis, & bonis ciuium, ſed ne de utilitate*
Eclog. 10. *quidem ſua cogitauerunt.* Vergilius:

Gallo

Gallo cuius amor tantùm mihi crescit in horas.
Quantùm uere nouo uiridis se subijcit alnus.
Si quis autē in dies, & in horas, siue in dies singulos, et in horas singulas, sine illa exacta ratione incrementi accipere uelit, non denegandū ipsi hoc puto. Propediē, est quasi propè est dies, quando hoc fiet. Cic. Et præsens propediē (ut spero) & dum aberis absens loquar. Eodem modo quo dicimus Propemodum, quasi prope mensuram: quod accipitur pro penè, siue propè, quum est aduerbium. In perorat. 3. Offic.

De Animaduerto. CAP. LXIX.

ANimaduerto te, & animaduerto in te, differūt, cùm Intueor te, & Intueor in te nō differāt. Animaduerto in te, est punio te: sed cum hac differentia, quòd Punire est quorūcūq;, siue iure, siue iniuria: Animaduertere, est eius qui in alterū habet potestatē ordine, ac ritè, id est, cū animaduersione puniendi. Sed hoc propriè refertur ad personas. Animaduerto, pro intueor personam, & rē dicimus.

Filius, Natus, Genitor, Vir, Pater, Mater, Genitrix, Parens. CAP. LXX.

ORatores sæpius dicūt Filius, quàm natus: Pater, quā genitor: Mater, quàm genitrix: Parens pro utroq;: etiam sæpe Homo potius, quàm uir, quoties ita accipitur ille, de quo agimus, aut loquimur, quale est hoc: Illi deduxerunt hominem in palæstram. Poëtæ potius è contrario. Historici mediam quandam uiam tenēt: ut Sallustius, Eos mores, atq; eam modestiam uiri cognoui. In Catil.

De In primis. CAP. LXXI.

IN primis potēs, si de masculo loquaris, intelligitur īter primos: si de fœmina, īter primas, si de neutro, inter prima. Nā idem pollet In primis, quod inter primos, uel inter primas, uel inter prima. At si desuerit adiectiuum, utique

accip

Georg.2. *accipietur in neutro, quale est illud Vergilij, In primis ue*
Aeneid.1. *nerare deos. Nisi sit tale quale apud eundem.*

In primis regina quietum

Accipit in Teucros animum, mentemq́; benignam.

In primis, nō inter primas, aut inter prima accipiendū est sed inter primos. Vna enim inter mares fœmina nominatur sine fœminis alijs: aut, inter primos, & inter primas.

Hic non est cum illo comparandus. CAP. LXXII.

HIc non est cum illo cōparandus, melius de minore ad maiorem dicitur: ut, Vergilius cum Homero, Horat. cum Pindaro non est cōparandus: quàm e diuerso, sic: Homerus cum Vergilio, Pindarus cum Horatio non est comparandus. E diuerso tamen nonnunquam reperitur.

Intercedo. CAP. LXXIII.

INtercedit mihi tecum amicitia, Intercedit tibi cum illo affinitas, Intercedit tibi mecum neceßitudo: hoc est, amicitia, affinitas, neceßitudo inter nos est media quædam, quæ nos conciliat. Tribuni intercesserunt: Scipio interceßit: Cato interceßit: hoc est, in medium se uerbis, aut ui opposuit.

Amare inuicem, mutuò, pariter, & inter se. CAP. LXXIIII.

AMamus nos inuicē, amatis uos mutuò, amant se pariter. Quū uerò adhibemus præpositionē Inter, tollitur accusatiuus, q regitur à uerbo, ne turpe foret, si repli caretur, sic: Amamus inter nos: nō autē, Amamus nos īter nos: Amatis inter uos, amāt inter se: non autē, Amatis uos inter uos, amāt se inter se. Cic. ad fratr. Pueri ualde inter se amāt. & de Amicitia: Neq; solū inter se diligēt, & co-
Act. 5. sce. 3. *lent, sed etiam uerebuntur. Terent. in Adelp. Video eos sa*
Act. 2. scen. cæterū sic in *pere, intelligere, in loco uereri, inter se amare. Idē, & in*
omnibus exē *eadē: Quasi non norimus inter nos. Bene habeo, bene habes:*

bes:id est,bene ualeo,bene uales.In tertia autem persona etiam sine supposito,Bene habet:id est,bene se res habet, quod exemplum,ubiq; frequens est.

plaribus nũc legitur, Quasi nũc nõ norimus nos inter nos Ctesipho.

De Facio, Ago, Frango, & Accipio. CAP. LXXV.

F*Acio te certiorẽ,non certum.Nam Vergil.Anchisen facio certum,ideo dixit,ꝙ syllaba breuis inter lõgas nõ potest collocari in uersu* Heroico.*Prosa oratione scribentes,semper certiorẽ dixerunt,Et semper* Facio, *nunꝙ* Ago *certiorẽ,*Facio *tibi gratũ, nunquã* Ago *tibi gratũ.* Facio *ludos,facio rem diuinã, facio sacrificium, facio solennitatem,nũquam* Ago: *& multa huiusmodi.Item,*Feci *iacturã,feci damnum,feci naufragium:uix unquã,*Passus *sum iacturam,damnũ,naufragium.Cice.Magna in* R*ep. facta iactura est.Idem:* Damnũ *enim illius immaturo interitu res* R*omanæ,Latinæq; literæ fecerunt.*Q*uintil.In portu naufragium fecimus.& in cæteris quibusdã.*Feci *tamen fugam,quòd ego fugi alterũ, nõ quòd alter me.* Feci *timorẽ,non ꝙ ego timui alterũ,sed quòd alter me.* Item, Feci *iter:nõ,*Egi *iter.* Aliquãdo *etiã* Feci *uiam,*Feci *copiam tibi rerũ mearũ:nunquã* Egi,*aut* Dedi,*aut* P*ræstiti copiam.*Feci *potestatẽ tibi uẽdendi meas res domesticas: non autẽ,*Dedi.Feci *lucrũ,non autẽ,* A*cquisiui lucrũ.*Honore *dicto,*V*rinã fecit:*S*tercus fecit,non autẽ* E*misit.*Simile *huic est qđ dicimus:* Fregit *nauim,*Fregit *brachiũ: quasi ipse fregerit.i.ipse egerit,non potius passus sit.* Terentius: *Nauim is fregit apud Andrum.* Cic. *Gręgalesq; eũ cùm in cãpum nõ uenisset,requirerẽt:excusauit* V*espa* Terẽtius,ꝙ *eum brachium fregisse diceret.* A*lius dixisset,* Q*uòd ei brachium fractũ esset. Ita etiam accepi molestiam,accepi cladem, accepi contumeliam, accepi uulnus,accepi iniuriam,accepi dedecus,accepi ignominiam: uix*

Aeneid,3.

De clar. ora.

In And. Ac.1 scen.3.

Lib.2.de Ora.

uix autem passus. De quo uerbo commodius alioloco dicam: Accepi etiam uoluptatem, gaudium, lætitiam.

De Conuenit. CAP. LXXVI.

C*Onuenit hoc mihi, aut Conuenit hoc nobis. i. decens est, & Cōueniens. Cōuenit hoc inter nos: id est, constat, & cōtrouersia caret. Conuenit mihi hoc tecū: id est, sine cōtrouersia est inter nos quod ego dixi. Cōuenit tibi mecum: id est, sine cōtrouersia est inter nos quod tu dixisti. Nonnunquam sine supposito: ut Conuenit inter nos. Nonnunquam sine apposito, sed tamen subintellecto: ut, Hoc conuenit. Nonnunquam sine utroq;: ut, Conuenit.*

De Obuio tibi, Obuius tibi fio, Obuius sum tibi: & similibus. CAP. LXXVII.

O*Buio tibi, obuius tibi fio, obuius sum tibi, obuium me tibi fero, obuium me tibi fortuna obtulit.* Cicer. *Obuius fit ei Clodius expeditus in equo.* Vergil. *Cui mater media sese tulit obuia sylua.* Domitius Afer apud Quint. *Fortè uos in ea solitudine obuios casus miseræ mulieri obtulit. Obuiam quoq; per eadē, et alia plura uerba uariatur: ut, Obuiā pcessi, obuiā iui, et alia multa.*

Pro Milone.

Aeneid. 1.

De uerbis ad Finitionem pertinentibus. CAP. LXXVIII.

E*Picurus omnia terminat uoluptate. Zeno cuncta finit honestate. Hiero uniuersa definit, determinatq; indolentia corporis. Carneades singula metitur naturæ bonis. Aristippus nihil non ad cōmodum suum refert. Pyrrhon nihil reliquit, quod non reuocet ad scientiam. Ille summū bonum in gula cōstituit, ego bonum ipsum pono in dilectione Dei. Tuus finis ad quem tēdis, tibiipsi ignotus est. Tot igitur uerbis unam, eandemq; rem declaramus: quæ exempla paßim inquirentibus sese offerent.*

De uerbis ad Coniecturam pertinentibus. CAP. LXXIX.

Coniecto,

Coniecto, Coniecturo, Coniecturam facio, Coniecturam capio, Coniectura consequor, Coniectura colligo, Coniectura ducor, pro eodem accipiuntur, aut parum differunt: quia efficacius quiddam est in Coniectura consequor, & Coniectura colligo, quàm in cæteris: quorum exempla adducere longum esset.

De uerbis ad Notitiam pertinentibus. CAP. LXXX.

Non me fallit, Non me præterit, Non me fugit, Non me capit, idem significare quod Non ignoro, Quintilianus *autor est.*

De uerbis ad Spem pertinentibus. CAP. LXXXI.

Capio spem de te, Cõcipio de illo spẽ, Ducor in spem huius negotij, Vocor in spem, Ingredior in spem: nõ tantùm spei firmitatem significãt, quantùm, Colloco in te spem, & Repono in te spem. Cicero: *In quibus tum spem maiores natu dignitatis suæ collocarant.* Quintilianus: *In quo spem unicam senectutis reponebam.* De Ora. li. I.

De uerbis ad Recordationẽ pertinentibus. CAP. LXXXII.

In mentem uenit mihi, Occurrit mihi, Succurrit mihi, Subit mihi, pro eodẽ accipi solent. Sed hoc ultimũ frequenter quoq; ad miserationẽ. Quintilianus: *Nobis uerò natura aduersus exanimes ingenuit non solum miserationẽ (quæ cogitationi nostræ subit) sed etiã religionem. Vbi nõ ita decuisset, Succurrit, Occurrit, In mẽtẽ uenit.* Verg. *-Subijt chari genitoris imago. -Subijt deserta Creusa.* Aeneid. 2. *Vbi nequaquam decuisset, In mẽtẽ uenit mihi de charo genitore, & de Creusa deserta. Iungitur etiam hoc uerbum cum accusatiuo: ut* Curtius, *Sera pœnitentia subijt regẽ.* Lib. 3.

De uerbis ad Visionem pertinentibus. CAP. LXXXIII.

Ideas, uidere licet, licet cernere: apud quosdã etiam, cernere est, pro eodẽ accipiũtur, Vt, itaq; uideas iu-

ſtos iniuſtis rebus maximè dolere, imbecillibus fortes, moderatos immodeſtis. Licet uidere nõnullos tanta ſtultitia, ut uix differãt à natura brutorum. Licet ora cernere iratorum, uti mutẽtur. Ciceronis hæc exempla ſunt.

Offic. I.

De Parentheſi per Quis, & Is. CAP. LXXXIIII.

S*I potuiſſet redimere oculos matris (qua pietate fuit) uicarios ſuos dediſſet, i. tanta pietate in matrẽ fuit.* Idem Quintilianus: *Hoc ſi ſciſſes pater affirmo, promitto (cuius pietatis es) nemo te anteceßiſſet.* Et alibi: *Quæ pietas tua eſt.* Tribus enim modis utimur per relatiuum, totidẽ per pronomẽ Is: Primo modo ſic, Ea pietas tua eſt. Secundo ſic, Eius pietatis es, ſed hoc rarius. Tertio ſic, Ea pietate es. Ea pro Tanta accipitur, Ideoq́; & ipſo Tanta uti licet eodem modo, quo & pronomine. Habet autem aliquid plus talis oratio, quàm ſi dicas, Pro tua pietate.

De uerbis ad finem operis pertinẽtibus. CAP. LXXXV.

De Amic.

H*Abes quæ ſentiam Brute de ratione dicẽdi. Hæc habui de amicitia, quæ dicerẽ. Hæc ſunt quæ putaui dicẽda hoc tempore.* Sunt uerba Ciceronis ad extremũ materiæ à ſe tractatæ, quibus & cæteri autores uti ſolẽt. Vt Quintil. *Habes Marcelle Victori quibus præcepta dicendi adiuuari per nos poſſe uidebantur.* Et iterum: *Nihil habui amplius, quod in uniuerſum præciperem.* Et iterũ: *Hæ ferè ſunt emendatè loquendi, ſcribendiq́; partes.*

Lib. 12. in fin.

De nominibus quibuſdam in, io. CAP. LXXXVI.

V*Eni in opiniõnẽ,* actiuè accipitur, quòd talem opinionem habeo: aliquãdo etiam paßiuè, quum Opinio ſignificat famam, opinio in quã, quæ de me habetur ab alijs, nõ quã ipſe habeo de aliquo. Sicut Exiſtimatio eſt opinio, atq; ſententia, quũ accipitur actiuè: ut, Exiſtimatio mea, id eſt, ita exiſtimo. Aliqñ paßiuè: ut Homo magnæ exiſti-

mationis,id est,famæ, & nominis,q eum homines magni existimãt:ita Homo magnæ opinionis:ut Quintil. Quod accidisse etiam Porcio Latroni,qui primus clari nominis professor fuit,traditur:ut cũ ei summã in scholis opinionẽ obtinenti causa in foro esset oranda,impensè petierit,uti subsellia in Basilicã transferrẽtur. Cicero. Sermonibus familiariũ peruenimus etiã nos in opinionem. Venio in suspicionẽ,semper paßiuè:ut idem, Etiam si falsò P. Sextio uenisses in suspicionẽ. id est,in suspicionẽ tui,non tuã. Veni in obliuionẽ,semper etiam paßiuè:ut idẽ, Vt si fuerint excellentes uiri,certè iam uenerint in obliuionem. id est, quòd cæteri de illis obliti sint,non quòd illi de alijs,aut de se, Similiter, Venio in uituperationẽ. Idẽ. IIII. Verr. Vt propter eũ in sermonem hominum,atque in tantã uituperationem ueniret. Offensio etiã propè semper paßiuè accipitur. Ideoq; idẽ non Clodij offensiones dixit,sed offensas: suas uerò offensiones. Et alibi: In ægro corpore odiosa est omnis offensio. id est,molestia omnis paßio. Vectatio quoq; huic simile est: cuius rei causa est,quòd uector quũ deberet significare id quod uehit,ut nauis,equus, uehiculũ,significat potius id quod uehitur,qui est homo. Cic. Tamen & summi gubernatores in magnis tẽpestatibus à uectoribus admoneri solent. Quintil. Sic in nauim filij mei male permutatus uector imponor. Nõ tamẽ uectorẽ accipias pro nauta. Hinc est q inuenimus nonnũquam dictũ, Nautas & uectores. Sunt enim Vectores,qui pretio in aliena naui uehũtur. Idẽ Quintil. Cur infrænatis equis uector insidet? Nõnũquã pro eo qui uehit,ut Seneca in Hercule insano: Tyriæ per undas uector Europæ nitet. Idẽ in Hippolyto: Pro sua uector timidus rapina. Quũ de eodẽ tauro, eademq; Europa loqueretur. Nam cætera ferè

Lib. 10. cap. 5.

In Vatini.

In Cat. Maio.

Philip. 7. in fine.

quæ à supinis ueniunt, tam actiuè, quàm paßiuè accipi solent: ut Accusatio Marci Tulij, *actiuè*: Accusatio Verris, *paßiuè*: Donatio mariti, *actiuè*: Donatio *uerò bonorum, paßiuè: & cætera.*

De Bene & Male, cum uerbis. CAP. LXXXVII.

MAle iudico, male cēseo, male pronūtio, male opinor, male sentio, male existimo, hoc male ad me ipsum refertur, errorēq; meū declarat. Malè *cogito, ad alterum refertur, significatq; perniciē, non errorē: ut Cicero: Carthagini male iam diu cogitāti bellū inferatur, multo antè denuntio, de qua non antè uereri desinam, quàm excisam cognouero.* Male cogitantē, *uidelicet mala in alterū, perniciemq; cogitantem, non autem se ipsum fallentem.* Item Male dico tibi, *male opto, male precor tibi, male imprecor.* His *nōnihil similia sunt,* Male de te sentio, male tu de me existimas, male de illo iudicamus. *Non error hîc sentientis, existimātis, iudicantisq; innuitur, sed uitiū de quo iudicamus, existimamus, sentimus.* Male quoque audio, *id est, infamor crimina mea audiēs, cuius contrariū est,* Male dico. *Sallustius in Ciceronē: Respondebo tibi, ut si quam male dicendo uoluptatē cepisti, eam male audiendo amittas.* Bene *quoque maxima ex parte huic simile est: ut,* De te bene sentio, bene tibi precor, bene de te mereor.

In Cat. Maio.

De Loco patris, & In locum patris, & similibus. CAP. LXXXVIII.

LOco patris, loco fratris, loco filij te habeo, nō ita accipitur, quòd ubi illa anteà erāt, ibi tu nūc apud me sis, sed quòd in ea charitate qua illi aut fuerūt, aut sunt, aut essent, aut esse debēt: ut Chrysis Pāphilo apud Terētiū loqtur: Si te in germani fratris dilexi loco. Cice. in Verrē: In parentū loco quæstoribus suis prætores esse oportere. Illa *autem*

In And. act. 1. sce. 5.

autem sententia in locũ potius, quàm in loco, requirit tale aliquod uerbũ, quale est apud Quinti. Nam quomodo pugnam ineuntibus tot simul metus laborũ, dolorũ, postremò mortis ipsius exciderunt, nisi in eorũ locum pietas, & fortitudo, & honesti præsens imago successerint? Et alibi: Nõ perdidit filium quisquis occidit: explicat à dolore patrem, quòd sibi uidetur fecisse rem maximã, & iuuenis in locũ amißi, substituit de uanitate solatiũ. Ergo ita dicitur, ubi aliud erat, aliud succeßit. quæ diuersa à superiori sententia est. Loco uoluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est, uoluptuosum, turpe, honorificũ. Illud autẽ hac in parte cõpetit, ut dicamus, nõ recordari me an usquã repererim genus illud sermonis, quo Ecclesiastici paßim utũtur: Ego habeo te in patrẽ: tu es mihi in filiũ: accipio te in fratrẽ. Dicũt enim ueteres, Habeo te loco patris, Tu es mihi loco filij, Accipio te loco fratris: uel, Habeo te ꝓ patre, Tu es mihi pro filio, Accipio te pro fratre: & nõnullis alijs modis. Atq; hîc uidetur aliquid nõ utiq; tale esse, sed perinde esse, ac si tale foret, Ideoq; expositiones nostræ locũ habẽt, ubi tale aliquid nõ est, ut dixi, sed pro tali habetur: ut in illo, Ex illa hora accepit eã discipulus in suã. quod liceret dicere, Accepit eam loco matris, uel pro matre, siue pro sua: non autẽ ita in illo, quod pro uero accipi debet: Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filiũ. Licuisset ergo dicere, id est, dixißẽt ueteres, Ego ero illi pater, ipse erit mihi filius: sed more Græcorũ, unde hæc sumpta sunt, nostris ecclesiasticis ita loqui placuit. Idẽ ueteres qui illo modo locuti non sunt, sic tamen loquebantur: Reuertor in patrem, Tibi redij in amicum: sed hîc uerbũ est significans motũ. Quintilianus: Et post exitum amici reuertor in patrem. Quintus Curtius lib. v. Igitur rex arci

Declam. 8.

Ioan. 19.

Babyloniæ Agaticen in præsidem esse iußit.

De uerbis ad autoritatem pertinentibus. CAP. LXXXIX.

MOre maiorũ comparatum est, Legibus ita comparatum est. Legibus ita constitutũ est, Ita natura comparatum est, Ita natura constitutum est, Ita natura præscriptum. Hoc nobis ipsa natura præscribit, Nobis natura datum est, ut periclitantes alleuemus. Hoc ratio ipsa præscribit, Ita uidetur ratio dictare.

De Nihil ad te, & Quid ad te. CAP. XC.

ADdidit etiã illud: Equites non optimos misisse credo Cæsar, nihil ad tuũ equitatũ. id est, nihil ad cõparationẽ tui equitatus. Idem Cic. Persiũ non curo legere: hic enim fuit, ut noramus, omniũ ferè nostrorũ hominũ doctissimus: Lælium Decimũ uolo, quem cognouimus uirũ bonum, & nõ illiteratũ, sed nihil ad Persium. id est, nihil ad Persij cõparationẽ. Quale est quũ subintelligitur Pertinet: ut hoc quid ad te? hoc nibil ad te. supple pertinet: uel potius parũ est: ut sit in cõparatione Persij parũ doctus, et in cõparatione tui equitatus sint parum boni equites. Terent. Est'ne, ut fertur, forma? P. sanè. C. at nihil ad nostram hanc. Non planè nihil, sed parum potius accipiendum est.

Libro 2. de Orat.

In Eunuc. act. 2 sce. 3.

De communione gerundii, & nominis. CAP. XCI.

INter agendũ, inter actionem, in agendo: Inter cœnandũ, inter cœnam, in cœna, super cœnam: Inter consulẽdum, siue consultandum, inter consilia, siue cõsultationes, in consulendo, siue consultando.

Et appellant te homines sapientem. CAP. XCII.

ET appellãt te homines sapiẽtẽ, & existimant te malũ esse, & dicũt, & sentiũt: Illum & putant probũ, & loquuntur: Hi & habentur mali, & appellantur. Diligẽtia honores & gignit, & cõtinet. Studio literæ & parantur,

rantur, & conseruantur.

De Memoria, & Memoriter, cum aliis uerbis. CAP. XCIII.

MEmoria teneo, nõ memoriter: Pronũtio memoriter nõ memoria. Cicero: Memoria teneo bello Marsico cũ Quinto Octauio. Idem: Quintus Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & iucũde solebat. Repeto memoria, et memoriter. Quintil. Si longior cõplectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediscere. Cicero: Cõplectebatur memoriter, diuidebat acutè. Quintil. Memoria repeto cõuictos à me, qui reprehendere erant ausi, quòd hoc uerbo pepigi usus essem. Terent. Cognoscit'ne? c. ac memoriter. Aliud tamẽ est ille ablatiuus, quàm illud aduerbium. Memoria enim quid significet, apparet. Memoriter uerò est, quod literatores nostri imperiti dicunt, corde tenus, mente tenus. Apud Plinium tamẽ ad Romanum lego: Tu facilimè iudicabis, qui tam memoriter tenes, ut cum hac conferre possis, si rectè sic scriptum est, rectè sic dici iudicabo.

De Amic. à princ.

Lib. II. cap. 2.

Lib. I. cap. 10.

In Eunu. act. 5. sce. 3.

Epist. 33. li. 6.

De Facio tibi iniuriam: &, Afficio te iniuria. CAP. XCIIII.

FAcio tibi iniuriam: &, facio tibi contumeliam. Afficio te iniuria: &, afficio te contumelia. Facio tibi molestiam, non ita libenter dixerim, ut, afficio te molestia.

De uerbo Impono. CAP. XCV.

IMpono tibi hoc oneris, notũ est quid significet. Impono tibi, idẽ quod decipio te. Quint. Quid quod hoc ipsum tã placidè, tã quietè facit, quasi captet imponere? Et alibi: Fefellit te ingenitus honestis animis gloriæ amor, spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Vnde Impostores dicuntur, qui alios uerbis magna pollicẽtibus, incãtatiõibusq; seducũt, ac decipiũt. Paulus: Itẽ aleatores, & uinarios non conti-

neri edicto, quosdam respondisse Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. Vlpianus: *Non tamen si incantauit, si imprecatus est, si (ut uulgari uerbo impostoris utar) exorcizauit, nõ sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirment.*

De uerbo Spectat. CAP. XCVI.

AD *me spectat, id est, ad me pertinet. Ad mortem spectat, id est, ad mortẽ quasi respiciẽdo tendit.* Cicero Offic. lib. III. *Ad extremum si ad perniciem patriæ res* Declam. 15. *spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.* Quintilianus *in* Paupere *amatore: Et quod ad pessimum spectat euẽtũ, miserabilis sis oportet, ut amator esse uidearis.*

TERTII LIBRI FINIS.

LAVRENTII VALLAE IN QVARTVM LIBRVM ELEGANTIARVM PRAEFATIO.



SCIO *ego nonnullos, eorũ præsertim qui sibi sanctiores, & religiosiores uidẽtur, ausuros meum institutũ hoc, laborẽq; reprehendere, ut indignũ* Christiano *homine, ubi adhortor cæteros ad librorũ secularium lectionẽ: quorũ, quòd studiosior esset* Hieronymus, *cæsum se flagellis ad tribunal Dei fuisse cõfitetur, accusatumq; quòd Ciceronianus foret, non Christianus: quasi nõ posset fidelis esse, & idẽ* Tullianus. *Eoq; spopondisse, & id diris execrationibus, libros seculares postea se nõ esse lecturum.* Hoc *crimen nõ magis ad præsens opus pertinet,* quàm

quàm ac me ipsum, ac cæteros literatos, quorũ studium, ac doctrina literarum seculariũ reprehenditur. Respondeamus igitur istorum accusationi, eosq; uicißim & quidem in præteritũ quoq; accusemus, quorũ culpa nõ ex minima parte Latinæ literæ iacturã, naufragiũq; fecerunt. Quid? ais tu nõ esse legendos (autore Hieronymo) seculares libros? Qui sunt isti quæso libri? omnes'ne Oratores, omnes Historici, omnes Poëtæ, omnes Philosophi, omnes Iurisconsulti, cæteriq; scriptores? an unus Cicero? Si illos dicis, ut debes dicere, cur nõ cæterarũ quoq; literarũ studiosi abs te reprehendũtur, cũ quibus me aut dãnare debes, aut absoluere? Sin ita nõ sentis, & solũ Ciceronẽ reũ facis, uide ne stultum Hieronymũ uideri uelis, qui neminẽ seculariũ promisit se lecturũ, quum de Cicerone tantùm promittere deberet. At non quid ille promiserit, inquis, est intuẽdum, sed quid accusatus sit. Fuit autẽ accusatus, quòd esset Ciceronianus. Ita'ne? missum ergo faciamus Ciceronẽ, relinquamus, abijciamus. Quid de alijs autoribus senties? Quid de tot disciplinis? certè omnes seculares sunt, atq; adeò gentiles: id est, nõ à Christianis, nec de Christiana religione cõscriptæ. Si legẽdas ais, tibi ipsi repugnabis, qui mihi harũ obijcis lectionẽ. Si negas, etiam atq; etiã considera, ne seculariũ disciplinarũ familiæ in te impetum faciant, te'que omnes (nemine auxiliũ ferente) discerpant. Minimè, inqs, ita est. Sed quũ Hieronymus quòd Ciceronianus est, reprehenditur, id reprehẽditur, quòd studiosus eloquẽtiæ esset. Ideoq; damnati, & repulsi intelligũtur, qui cõparãdæ eloquentiæ gratiæ lectitãtur. Iã uideo, times inuidiã, sed serò times, & in eodẽ hæsitas luto, si tantùm eloquentes excludis. Cur modo in uniuersum mihi uetabas (ut sæpe facere soles) legẽdos seculariũ libros? at posteà accusationẽ tem-

peraſti, & de eloquentibus dũtaxat intelligis. Ita ſit: *Erraueris ſanè, do ueniã imperitiæ, parco cupiditati feriẽdi, licet laceßitus.* Cur tamẽ ab Hieronymo dißides, *qui ſeculares, nõ autẽ eloquẽtes, ſe nolle tangere promiſit?* Cur tu neq; cum iudice illo unum Ciceronẽ intelligis, neque cum Hieronymo uniuerſos ſeculares? Quid ſibi uult iſta anceps, uacillansq; ſentẽtia? quanquàm (dij boni) nihil'ne in illis libris, niſi eloquẽtia eſt? nõ memoria tẽporũ, gentiũq; hiſtoriæ, ſine quibus nemo non puer eſt? nõ multa ad mores pertinẽtia? nõ omniũ diſciplinarũ tractatio? Nunquid hæc omnia negligã, ne fortè dũ talia diſcere uolo, eloquẽtiam diſcam, & uenenũ bibam hoc uino dilutum, malimq; aquam & quidẽ cœnoſam potare, quàm cum hoc timore Falerna dulcißima? Porrò qui'nã ſunt iſti libri, in quibus uenena eloquẽtiæ occultãtur? Certè nullos ego ſcio nõ eloquentes niſi tuos, tuorũq; ſimiliũ, quibus nec robur ullum adeſt, nec ſplendor: contraq; cæterorũ opera pro ſua unũquodq; portione miram quandã præ ſe ferunt bene dicẽdi elegantiã. Ita aut eloquentes, aut nulli libri legendi erũt. An ex his duobus, de quibus Hieronymus meminit, aut ille Græcus infacundus fuit, aut noſter Latinus ulli duntaxat Latinorũ in philoſophia ſecundus? quorum uterq; neſcias præſtantior ſit philoſophus, an orator. Quòd ſi omnes libri ueterũ ita ſunt eloquẽtes, ut uel plurimũ ſapiẽtiæ, ita tradẽtes ſapiẽtiã, ut uel plurimũ eloquẽtiæ habeãt: qui'nam iſti erunt, quos ob eloquentiam damnandos putemus? Atq; quũ eos duos lectitaſſe ſe Hieronymus fateatur, uide ne nõ tam de Oratorijs Ciceronis operibus, quàm de Philoſophicis dictũ exiſtimare debeas. Ego certè de Philoſophicis dictũ accipio, ubi ſoli philoſophi nominantur: quodq; Platonicus eſſet, non ideo nõ obiectũ, quaſi ſanctè

faceret Platonē legēs, sed tantum Ciceronianus, quod homo Latinus magis Ciceronis stylū cupiebat exprimere, stylū inquā, quali ille utebatur in quæstionibus philosophiæ, nō quali in forēsibus causis, cōciniobus'ue, aut in senatu. Nō enim orator causarū ciuilium Hieronymus, sed scriptor sanctarū disputationū studebat euadere. Cur non ergo credamus, nō minus Platonē nocuisse ei, quàm Ciceronē? cur nō magis philosophos, quàm oratores? At ornatus ipse dicendi reprehēsus est, nō sciētia. Si ita est, omnes ad unū reprehenduntur. quis enim caret ornatu? in quo tu intolerabili calūnia uteris, quū non sit facta mentio de ornatu in illa accusatione, sed quòd tantùm Ciceronianus esset. Nūquid tantùm in Cicerone ornatus? non'ne & philosophia? nō cæteræ artes? nō (ut dixi) in Platone facundia? non in cæteris? cur non omnes pariter exterminamus? cur non potius Ciceronis philosophia nocuisse putāda Hieronymo est, quàm ars dicendi? Nolo hoc in loco cōparationem facere inter philosophiam, & eloquentiā, utra magis obesse poßit, de quo multi dixerūt, ostendentes philosophiā cū religione Christiana uix cohærere, omnesq; hæreses ex philosophiæ fontibus profluxisse: rhetorica uerò nihil habere nisi laudabile, ut inuenias, ut disponas, quasi ossa et neruos orationi des: ut ornes, hoc est, ut carnē, colorem q; inducas: postremò ut memoriæ mandes, decenterq; pronunties: hoc est, ut illi spiritū, actionemq; tribuas. Hæc ego cuiquā nocere posse credam, nisi ei qui cætera negligat, & præsertim uerā sapientiā, atq; uirtutes, quod Hieronymus non faciebat? Hanc ego artem obfuturā putem? profectò nō magis quàm pingēdi, fingēdi, cælandi, & (ut de liberalibus dicam) quàm musices artē. Et si ex his qui bene canunt, bene pingunt, bene fingūt, cæterisq; artibus

multũ usus atq; ornamenti diuinis accedit rebus, ut propè ad hãc rem natæ esse uideãtur: profectò multò plus accedet ex eloquẽtibus. Quare nõ fuit illa accusatio quòd Ciceronianus esset Hieronymus: *sed quòd nõ* Christianus, *qualem se falsò esse prædicauerat, quũ literas sacras despiceret.* Non *studiũ huius artis, sed nimiũ studiũ, siue huius artis, siue alterius, ita ut locus melioribus nõ relinquatur, reprehẽsum.* Non *cæteri, sed solus* Hieronym. *accusatus est: alioqui cæteri simili castigatione correpti fuissent.* Neq; *enim una oĩbus medicina cõuenit, et alios aliud decet.* Neque *semper, et ubiq; idẽ aut permittitur, aut uetatur: neq; ille hoc alijs uetare ausus est ne facerẽt: contraq́; plurimos laudauit tũ superiorũ, tum suorũ temporũ eloquẽtes.* Verùm *quid multis agimus?* Quid Hieronymo *ipso eloquentius? quid magis oratoriũ? quid (licet ille sæpe dißimulare uelit) bene dicẽdi solicitius, studiosius, obseruãtius?* Quid? *quod ne dißimulabat quidem (nam obijciente sibi hoc somniũ* Rufino, *hominẽ deridet) planeq́; fatetur se lectitare opera gentiliũ, & lectitare debere. idq́; cùm in alijs multis locis (quãquàm etiã sine cõfeßione palàm est) tum uerò epistola illa ad magnum* Oratorem. I *nunc, & uerere, ne aliena accusatio tibi obsit, quũ illi nõ obfuerit sua: & non audeas facere, quod ille rescissa pactione facere nõ timuit.* Tametsi *nõ desunt, qui credãt eũ puerili ætate illa percepisse, semperq́; posteà memoria tenuisse.* O' *ridiculos homines, & omnis doctrinæ imperitos, qui opinẽtur eũ tantam rerũ copiã, ac scientiã, qua nulli* Christianorũ *cedit, aut tã citò potuisse discere, aut tandiu nõ potuisse dediscere, quũ & rarißimi reperiantur, qui centesimã partẽ scientiæ illius assequi poßint, & nõ minore labore (ut antiquitus dictũ est) hæc facultas retineatur, quã paretur.* Et

tamen quantulum intereſt inter furari, & furtũ non reddere? Quid prodeſt alijs furtũ prohibere, ne furẽtur, ſi tu furto tuo palàm potiris? Si nõ debemus diſcere eloquẽtiã, nec uti certè, ſi didicimus. Quid quòd libros gẽtiliũ ſæpe in teſtimoniũ aſſumit? quos ſi nõ licet legere, minus profectò legendos exhibere: & ſi nos dehortaretur à lectione gentilium (quod non facit) magis intuendum putarẽ, quid ipſe ageret, quàm quid agẽdum alijs diceret: ueruntamen ſemper ipſe idem dixit, & fecit. Nam poſtquàm teneram illam ætatẽ ſaluberrimo ſacrarũ ſcripturarũ alimẽto pauit, ac in ea quã deſpectam habuerat, ſcientiæ ſibi uires fecit, iamq́; extra periculum poſitus, ad lectionẽ gentilium redijt, ſiue ut illhinc eloquentiã mutuaretur, ſiue ut illorũ bene dicta probans, male dicta reprehẽderet: quod cæteri omnes Latini, Græciq́; fecerũt, Hilarius, Ambroſius, Auguſtinus, Lactantius, Baſilius, Gregorius, Chryſoſtomus, alijq́; plurimi, qui in omni ætate pretioſas illas diuini eloquij gemmas, auro argẽtoq́; eloquẽtiæ ueſtierunt, neq́; alterã propter alterã ſcientiã reliquerũt. Ac mea quidẽ ſententia, ſi quis ad ſcribendum in theologia accedat, parui refert an aliquã aliam facultatẽ afferat, an non: nihil enim ferè cætera conferunt. At qui ignarus eloquẽtiæ eſt, hunc indignũ prorſus qui de theologia loquatur, exiſtimo. Et certè ſoli eloquẽtes, quales ij quos enumeraui, colũnæ eccleſiæ ſunt, etiam ut ab Apoſtolis uſq́; repetas, inter quos mihi Paulus nulla alia re eminere, quã eloquẽtia uidetur. Vides igitur ut in cõtrariũ res ipſa recidit. Nõ modò non reprehendendũ eſt ſtudere eloquentiæ, uerùm etiã reprehendendũ, non ſtudere. Et ego ſic ago, tanquã eloquentiæ contra calumniãtes patrocinium præſtem, quod eſt maius propoſito meo. Non enim de hac, ſed de elegantia linguæ

Latinæ ſcribimus, ex qua tamẽ gradus fit ad ipſam eloquẽtiã. Verùm ſi quis eloquẽs non ſit, ita demũ non erit caſtigandus, ſi talis non potuit euadere, nõ ſi hũc laborẽ effugit. Qui uerò elegãter loqui neſcit, & cogitationes ſuis literis mãdat, in theologia præſertim, ĩpudẽtiſſimus eſt, et ſi id cõſultò facere ſe ait, inſaniſſimus: quãquàm nemo eſt qui nolit elegãter, & facundè dicere: quod quũ ipſis non cõtingit, uideri uolũt (ut ſunt peruerſi) nolle, aut certè nõ debere ſic dicere. Ideoq; aiũt gẽtiles hoc mõ locutos eſſe, nõ decere eodẽ loqui Chriſtianos: quaſi illi, quos nominaui, more iſtorũ locuti ſint, & nõ more Ciceronis, cæterorũq; gẽtiliũ: q qualiter loquãtur nec cognitũ iſti, nec expertũ habẽt: nõ lingua gentiliũ, nõ grãmatica, non rhetorica, non dialectica, cæteræq; artes dãnandæ ſunt (ſiquidẽ Apoſtoli lingua Græca ſcripſerũt) ſed dogmata, ſed religiones, ſed falſæ opiniones de actione uirtutũ, per quas in cœlũ ſcãdimus. Cæteræ autẽ ſcientiæ, atq; artes in medio ſunt poſitæ, qbus & bene uti poſſis, & male. Quapꝑter conemur obſecro eò peruenire, aut ſaltẽ proximè, quò luminaria illa noſtræ religionis peruenerũt. Vides quàm mirabili ornamẽto ueſtes Aaron diſtinguãtur, q̃ arca fœderis, quàm tẽplum Salomonis: per hoc mihi ſignificari eloquẽtia uidetur, quæ (ut ait nobilis tragicus) regina rerum eſt, & pfecta ſapiẽtia. Itaq; alij ornãt domos priuatas, hi ſunt q̃ ſtudẽt iuri ciuili, canonico, medicinæ, philoſophiæ, nihil ad rem diuinã conferẽtes: nos ornemus domũ Dei, ut in eã ingrediẽtes nõ ex ſitu ad contẽptũ, ſed ex maieſtate loci ad religionẽ concitentur. Non poſſum me continere, quò minus, quod ſentio, dicã. Veteres illi theologi uidẽtur mihi uelut apes quædam in longinqua etiam paſcua uolitantes, dulciſſima mella, ceraſq; miro artificio condidiſſe: recentes

Euripides in Hecuba.

recentes uerò formicis similimi, quæ ex proximo sublata furto grana, in latibulis suis abscondunt. At ego (quod ad me attinet) non modò malim apes, quàm formica esse, sed etiã sub rege apiũ militare, quàm formicarum exercitum ducere. Quæ probatum iri bonæ mentis iuuenibus (nam senes desperandi sunt) confidimus. Nunc ad inceptũ redeo: quanquàm ea quæ sequuntur, à superioribus nõnihil differãt. Tractabimus enim de uerborum significatione, neque de omnibus uocabulis, sed quasi gustũ quendã, & eorum maximè, quæ ab alijs tractata non sunt: nam de omnibus dicere propè infinitum est.

De Libertinus, & Libertus. CAP. I.

LIBERTINVS, & *libertus sola elegantiæ gratia habẽt differẽtiã, quã nec grãmatici, nec iurisperiti (quod maxime pudẽdũ est) sciũt, quã ne eorũ qdẽ aliquẽ, qui his tẽporibus merita bene scribendi laude celebrãtur, inueni sciẽtẽ: qd' nolim uideri cõtumeliosè dictũ, sed necessariò potius, atq; honestè. Vereor enim ne p facilitatẽ, qua semper candidè quæcũq; studio inuestigassem, cũ amicis cõmunicaui, amici ipsi (si modò tales, amici dicẽdi sunt) laudẽ mihi præripiãt: qd' crimẽ longe à me semp abfuit. Et ex oĩbus quæ in hoc opere præcipimus, profiteor nihil omnino ex aliquo hui⁹ ætatis uel audiuisse, uel legisse. Itaq; sic mihi meã ab alijs gloriã præripi molestè fero, ut illorũ à me præripi nefas puto. Nemo aũt literatorũ erit, quorũ paucißimi mihi familiares nõ sunt, qui se hoc anteà ignorasse, et à me uel uerbo, uel scriptis didicisse neget. Igitur Libertinus relatiuũ est ingenui, Libertus relatiuum est patroni: licet unus, idẽq; sit & libertinus, & libertus. Per Libertinũ significamus cõditionem hominis, sicut per ingenuum: per*

Libertum significamus priuatũ quendam respectũ, sicut per patronũ. Ideoq; Libertinus adiectiuũ est, sicut Ingenuus: eoq; nõ fit à Libertina libertinabus, ut à Liberta libertabus. Libertus substantiuũ, sicut patronus. Illudq; solemus definire, hoc nõ solemus: ut in iure ciuili, Libertini sunt, q iusta seruitute manumißi sunt. Quẽadmodũ è contrario, Ingenui sunt, q libera matre nati, nec posteà serui facti sunt. Significatur enim (ut dixi) cõditio hominis p ingenuũ, et libertinũ: ut Libertinus homo, libertina mulier, libertinae cõditiõis: nõ aũt Libertus homo, liberta mulier, libertae cõditionis. Haec enim priuatũ quẽdã significãt respectũ, ad patronũ, patronam'ue relata: i. ad eum, eam'ue, qui anteà dominus, aut quae domina huius fuit, quũ seruus, ancilla'ue esset: ut, libertus Caesaris, libertus Messalinae, liberta Claudij, liberta Agrippinae: nõ autẽ, libertinus Caesaris, aut libertina. Ideoq; interrogamus, Hic ingenuus est, an libertinus? nõ autẽ, an libertus: & quũ respõsum est libertinus interrogamus, Cuius libertus? nõ autẽ cuius libertinus: Respondeturq;, Est libertus meus, aut tuus, aut illius, aut Catonis, aut nullius. Atq; libertus sine patrono, patrona'ue nõ est, libertinus esse põt, quãuis necesse est eũ aliquãdo habuisse: quo factũ est, ut dicamus Colliberti, Collibertaeq;, quẽadmodũ Conserui, Conseruae, quòd ij plures sub umbra unius patroni sint, sicut illi sub imperio unius domini: nõ aũt Collibertini, aut Coingenui: ad nullã enim alterã priuatam personã plures horũ referri possunt, nec alij ab alijs distinguuntur. Colliberti à collibertis diuisi sunt, ut mei à tuis, & cõserui à cõseruis, quẽadmodũ conciues mei à cõciuibus tuis, qui alterius ciuitatis es: cõdiscipuli mei à tuis: cõmilitones mei à tuis, qui sub alio uel praeceptore, uel duce es, Libertinis uerò, atq; ingenuis hoc nõ

Lib. I. Instit. de liber. in princ. Eo. lib. titu. de inge. in prin.

conting

contingit, quũ non magis nexus mihi sit cũ ingenuis meæ urbis, & tibi cũ libertinis tuæ urbis, quàm cum alijs quibusuis. Ideoq; nõ dicũtur coingenui, & collibertini. Et libertus, collibertusq; esse aliquando quis desinit, libertinus esse nõ desinit. Deniq; licet poteramus altero horũ nominũ esse cõtenti, tamẽ distinguere ueteribus placuit priua tũ respectũ à publico. Et ideo Libertinitas dicimus, nõ Libertitas. Ex seruo tamen, non quòd ad priuatũ dominum refertur fit Seruitus, sed ꝙ ad publicũ: dicimus enim non modò Seruus tuus, seruus meus: sed etiam sine respectu pa troni, ut hic seruus, et homo seruus, qđ in liberto non fit. Cæterũ cogitãti mihi unde factũ sit, ut in tãta exemplorũ copia elegantiã hanc accuratißimè custodientium, tamen tot hominũ millia nũquã annotauerint: hoc existimo causæ fuisse, quòd frequẽter inuenirẽt sine mentione patroni, libertũ nominari, quo falli sopitæ negligentiæ fuit. Si enim nonnunquàm reperiebãt liberto non apponi patronũ, tamen reperiebãt libertino nunquã apponi, quanquàm sem per adhæret liberto patronus uel nominatim, uel subintel ligendo, ut in multis fit: quale est, uendidi patrimoniũ, sup pletur meũ: collocasti filiam, suppletur tuam: publicauit opus, suppletur suũ. Ita hoc loco, quale apud Quint. Licet Lib.1.cap.3. *nihilominus amicũ grauẽ uirum, aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere, uidelicet suũ. Cic. pro Sext. quum ait, Quintum fratrem auxilio seruorũ libertorumq; ereptum à ferro Clodianorũ: nõ genus seruile, libertinumq; nec cuiuscũq; seruos, libertosq; significat, sed suos ipsius. Quid attinet plura ex iure ciuili exempla repetere, quũ etiã sint distincti tituli de libertis, & libertinis? Quã differentiam qui ignorat, (omnes autẽ legulei ignorãt) plurima, & capitalia in ipso iure ciuili peccata cõmittit. Seru.*

Seru. in illud Verg.8.Aen. Nascenti cui treis animas Feronia mater,&c.

gramaticus(si codex est fidelis)pro libertino posuit libertum in octauo Aene.Feronia, Nympha Campaniæ,quam etiam suprà diximus.Hæc etiã libertorũ dea est, in cuius templo raso capite pileum accipiebãt. Adijciam quod ait Suet.in uita Claudij,in ipsum Claudiũ:Ignarus tẽporibus

Cap.24.

Appij,& deinceps aliquandiu, libertinos dictos nõ ipsos qui manumitterentur,sed ingenuos ex his procreatos.

Inter Accessus,& Accessio:Actus,& Actio;Gestus,& Gestio,quid intersit. CAP. II.

ACcessus,& Accessio differunt. Siquidẽ Accessus est aditio,siue appropinquatio:Accessio autẽ adiectio, atq; incrementũ. Quæ differentia rara est in cõsimilibus nominibus. Satus enim,& Satio idẽ sunt:Cultus,et cultio; Motus,et motio:Actus,et actio(nisi quod dicimus Actionem causarũ,non actũ:& Actum comœdiarum, non actionẽ) Cursus,et cursio:Abusus,et abusio.Gestus quoq;,et gestio non parũ differunt.Nam Gestus est actio quædã,& quasi pronuntiatio corporis:Gestio uerò est administratio, & actio:quãuis parum in usu est. Hæc autem duo de quibus dicere institueram,ideo differunt,quòd uerbũ unde descendunt,dupliciter & regit,et significat:ut, Accede ad ignẽ

Terẽ in Eun. act.1.scen.2.

hunc.id est,adi,atq; appropinqua. Et,Hoc calamitatibus meis põdus accessit:uel,ad calamitates meas.id est,adiunctũ est,& increuit. A' prima significatiõe nascitur Accessus,cuius cõtrariũ est Recessus. A' secũda, Accessio:ut Ci

Offic.1.

cero,Accessionẽ adiũxit ædibus.id est,adiectionẽ,et incre

Li.1. in Som. Sup.cap.6.

mentũ. Præter usum tamen superiorũ Macrobius in commentarijs naturalibus dixit:Aut enim accessio, aut in læuam dextrã'ue reflexio,aut sursum quis, aut deorsum mouetur,aut in orbẽ rotatur.Et iterum Has solis portas physici uocauerunt, quia in utraq; obuiante solstitio ulterius

Ecd.lib.ca.22

Solis inhibetur accessio. Accessus ipse dixissem potius Ciceronẽ imitatus, qui tertio de Oratore lib. ita ait: Vt Luna accessu, & recessu suo Solis lumẽ accipiat. Nam quòd Febris accessio sæpe legitur, ego pro incremẽto accipio, nõ pro accessu: alioqui aliquando legeremus Accessus febris, si idẽ esset, quod nunquã fit. Plin. lib. XXII. Sed id dandũ quidam nõ nisi in accessione cẽsent, alij in remissione: illi ut sudorẽ coërceãt, hi quia tutius putant, &c. Accessionem remissioneq́ pro contrarijs posuit: & si remissio imminutionẽ significat, profectò accessio significat incrementum. Quia dixi nomina in us, & in io, à supinis profecta ferè eiusdem significationis esse, hoc exceptionis addo, quòd ea, quæ positionẽ habent in io, latius significare solẽt, nec actionẽ modò, sed rẽ etiam, ac corpus: ut, Aratio, Possessio, Sessio. Cic. in Philip. Hæ quondã arationes Cãpani, & Leontini agri in populi Romani patrimonio glandiferæ, & fructuosæ ferebantur. id est, agri ad arandum idonei. Idem in eisdẽ: Quid possessiones datas, quid ereptas proferam? Idem de Oratore: Tot locis cessiones gymnasiorũ. id est, tot sedilia. Ea tamen, quæ sunt in us, pro personis accipi solent. Conuentus non est conuentio, sed homines, qui unum in locum conuenerunt. Consessus non est consessio, sed homines uno in loco considentes. Cap. I. Philipp. I. Lib. 2.

Obseruatio, & Obseruantia CAP. III.

O*Bseruatio, & Obseruãtia simili quodã modo, ut Accessus, & Accessio differũt. Obseruo nãq; duo significat, unũ est, quòd custodio aliquid oculis: animoq; in modũ speculatoris, ne nos silẽtio, tacitoq; prætereat: ut Obserua trãseũtes. Obserua filiũ, quid agat, qđ cũ illo cõsilij captet. quasi custodi, et adnota. Et hic fit Obseruatio, quasi ãnotatio, et animaduersio. Itẽ Obseruo nõ speculãtis mo*do, sed Terent. in And. act. I. scena I.

do, sed admirātis, uenerātisq́ue, et id tātū in homines, nō in res, quoties quē uel uirtute, uel dignitate suspicimus, et colimus: unde fit Obseruātia, quæ est ueneratio quædā, et honoris exhibitio. Quare melius Obseruationē, quā Obseruantiā hi, q nominantur fratres, suū institutū nominarēt.

Potus, & Potio. CAP. IIII.

POtus, & Potio non differunt, nisi ob huiusmodi causam. Potus enim uini, aquæ, similiumq́ue dicitur: Potio uerò à medicis datur ægrotāti, quod Græcè dicitur φάρμακον. Nonnunquā tamē potio, pro potus accipitur. Seneca de Trāquillitate: Aliquādo uectatio, iterq́ue, & mutata regio uigorē dabūt, cōuictusq́ue, et liberalior potio. Cic. in Tuscul. Quid quòd ne mente quidē rectè uti possumus, multo cibo, et potione repleti? Et alibi: Tantū cibi, & potionis adhibendū, ut reficiantur uires, non opprimantur.

In Cat. Ma.

Senes, Veteres, & Antiqui. CAP. V.

SEnes uocantur, quantùm ad priuatam ipsorum uitam, quòd usq́ue ad senilem ætatem uixerunt. Veteres, quantùm ad publicum tēpus, quòd alia ætate uixerūt, etiamsi ad senium non peruenerunt. Vnde quidam iuniores fuerunt seniores ueteribus. Antiqui utriq́ue dicūtur, sed magis ueteres, quàm senes.

Defectus, Culpa, & Defectio CAP. VI.

DEfectu medicorum multi perierunt: plures tamē culpa eorum. Is nanq́ue defectu medici perit, cui medicus præstò nō est. Culpa uerò medici, qui moriturus nō erat, nisi præstò ipsi medicus fuisset, quam maiorē partem esse arbitror. Hoc ideo dixi, quòd nonnulli pro culpa medicorum, aiunt defectu. Et uitia hominū, rerumq́ue uocant Defectus, quum dicere deberent Vitia, uel Culpas, uel Mendas, ut menda libri. Defectio plurimùm à Defectu dissentit,

tit, quum sit recessio aut militum, aut ciuitatis à domino, uel à superiore: Est enim deficere, desciscere, & à ductu alterius recedere, & quasi rebellare. Et *Defectio, quasi rebellio: quae exempla passim reperiuntur.*

Rumor, & Fama. CAP. VII.

R*Vmor, & Fama idem sunt, quorũ alterũ Latinum, alterum è Graeco est. Cic. in Philipp. Improbissimis rumoribus dissipatus. Et nõ lõge pòst: Hoc triduo, uel quatriduo tristis à Mutina fama manarat. Et statim pòst: Famam istam fasciũ dissipauerũt. Significatur autẽ his duobus nominibus, sermo quidã in populo, sine certo autore, de re aliqua recẽti siue bona, siue mala. Exemplũ Rumoris de re bona ponamus. Liuius lib. 11. Manat tota urbe rumor, Fabios ad cœlũ laudibus ferunt. Frequẽter tamen fama etiã pro sermone nõ rei recẽtis, sed iam inueteratae, & pro opinione quadã: ut, Fama est Athenas iã plus annorũ uiginti millibus fuisse cõditas. Et pro laude, et ꝑ celebritate hominis: ut, fama Camilli, fama Scipionũ, Metellorũ, Fabiorũ: et eorũ quoq; qui uiuunt: ut, Fama mea, fama tua, fama illius: pro quo non rectè dixeris* Rumor. Philipp. 14.

Murus, Paries, Mœnia, Porta, & Ianua. CAP. VIII.

M*Vrus, & Paries quid differant, superuacuum erat admonere, nisi his tẽporibus (ut sunt omnia deprauata) murus, pro pariete à pluribus usurparetur: quãquã apud Graecos eodẽ sono pronũtietur utrunq;, distinctũ tamen & literis, & genere. Murus, est urbis lapideus ambitus, q̃ Graecè dicitur τὸ τεῖχος. Paries uerò domorũ Graecè ὁ τοῖχος. Murus est etiam nõ urbis, sed urbis tamen similiũ, ut munitionũ, castrorũq;. Mœnia, pro muris accipi solẽt, & pro aedificijs ipsius urbis. Porta, murorũ est, munitionumq;, atq; castrorum. Ianua, parietis, ac domorum.*

Gesta,& Acta. CAP. IX.

GEsta,& Acta hoc differunt,quia illa sunt in administratione magistratus,& in rebus maioribus, & ad Remp.uel ad plurimos spectantibus:ut,Gesta Alexādri, gesta Pōpeij,gesta Cæsaris. Acta uerò etiā rerū priuatarum,& minorū,ac familiariū. Vt Cicero: An in commentariolis,& chirographis,ac libellis se uno autore prolatis,ac ne prolatis quidē,sed tantūmodo dictis, acta Cæsaris firma erunt;quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuasq; leges esse uoluit,pro nihilo habebūtur? Equidē sic existimo,nihil tā esse in actis Cæsaris, quàm leges Cæsaris. Quidā illud eiusdē ita legūt in Sallust. Quòd si de mea uita,atq; actibus huic cōuiciatori respōdeo, inuidia gloriā cōsequetur. Reor scribendū esse Actis. Quòd si scribi potest Actibus (ut est apud Lucan.-Licet ingēteis abruperit actus) minus miror,cur, Actus Apostolorū magis,quā Acta dicamus. Idē tamē sunt Actus,& Actiones.

Philip.1.

Lib.5.

Natalia,Natalis,Natalitius. CAP. X.

NAtalia significāt idē quod Natales,qui est dies natalitius,utrunq; cōuersum in substantiuū ab adiectiuo, hic & hæc Natalis,& hoc natale:ut Natalis horæ tēpus, apud Quintil.in Gladiatore. Natales uerò magis conditionem sanguinis,& familiæ:ut Generosi natales,obscuri natales:ut idē Quint.in eadē declamatione: Cuius interiectio mari nō fortunam quisquā nosse,non natales,non patrem poterat. Plinius ad Mesium: Nōnunquā candidatus aut natales competitoris,aut annos,aut etiā mores arguebat. Hic pro ignobilitate accipitur,illic pro nobilitate.

Declam.9.

Epist.20.li.3.

Præcepta,& Præceptiones pro eildē accipi: Instituta,& Institutiones differre. CAP. XI.

Præcepta

PRæcepta, & Præceptiones indiffereter utimur pro disciplina. Instituta, & Institutiones per differentiã. Instituta enim sunt mores consilio, & ratione sumpti. Nã Mores bonos, & malos dicimus: & In morẽ: id est, similitudinem: ut In morem leonis. - In morem stagni, placidæq; paludis, inquit Verg. Institutum autem bonus mos: ut, Faciam meo instituto. Licet Institutũ nonnunquam significet inceptũ, propositũ: ab instituto, quod est incipio. Instituta uerò (ut institueram dicere) boni mores sunt cõsilio, & ratione sumpti. Quint. Nam is quanquàm triennium, nutricibus dederit, tamen ab illis quoq; iam formandam, quàm optimis institutis mentẽ infantiũ iudicat. Cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ ad mores iam pertinet? Eandem rẽ appellans instituta, & mores. Apud Valer. Max. titulus est, de Institutis antiquis, quasi de moribus antiquis. Institutiones, sunt præceptiones, quibus instituũtur, & docẽtur homines: ut libri ab eodem Quint. ac Lactantio, multisq; alijs autoribus inscripti de Institutione oratoria, siue ab alio nomine, atq; materia.

Aeneid. 8.
Lib. 1. cap. 2.
Institutiões.

Aduocatus, & Patronus. CAP. XII.

ADuocatus, & Patronus sic differunt, quòd illud generalius est nomen, quàm hoc, ut non tantũ significet eũ, qui alterius causam agit. Siquidẽ quicunq; adest alteri in causa officij gratia, Aduocatus appellatur, etiã si nihil dicat, neq; agat, sed qui tñ paratus sit defendere. Vt Terent. in Eun. Tu abi, atq; ostiũ obsera intus, ego dum hinc trãscurro ad forum. Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Et Cic. cùm in alijs multis locis, tum pro Cecinna: Qui ad poßidendum prædiũ contulit se cum aduocatis, quorũ præsidio ab aduersarij iniuria tutus esset, qui & ipse uenit cũ aduocatis suis, sed armatis ad arcendum

Act. 4. scen. 6.

Cecinnam à prædio. Patronus autem propriè est, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Quint. Quũ accusatori satis sit plerũq; uerũ esse id, quod obiecerit, patronus neget, defendat, transferat, &c. Et paulò pòst: Accusator præmeditata pleraq; domo affert, patronus etiã inopinatis frequẽter occurrit. Accusator dat testem, patronus ex eo refellit. Ex quo colligitur, Accusatorẽ nunquàm patronum esse. Verùm quoniã nõ omnis lis circa accusationem, & defensionem criminũ uersatur, ut in mutuis, depositis, locato, & cõducto, similibusq;, in ea re tam actor, quã defensor solet appellari patronus. Quippe quũ uterq; nõ alterius oppugnãdæ, sed suæ defendẽdæ partis gratia dicat: ut idem: Nec immeritò quidẽ: quanquã in dicendo mediocres, hac tamẽ altercandi præstantia meruerũt nomen patronorum. Patronus etiam dicitur respectu liberti. Et nescio an hic ab illo, an ille ab hoc nominatus sit, utrũq; tamẽ à patre uenit. Vterq; enim simile quiddã patris habet: & ut dominus manumissione serui liberat eũ misera conditione, ita aduocatus hominẽ obnoxium potestati iudicum, et periculo litis, opera sua liberat. Propter qđ Clientẽ uocamus ipsum litigatorẽ, cuius causam agimus: & eũ qui sectator est sub tutela alterius, & penè famulus, quales sunt liberti in patronos. Et Patrocinari, tam uerbo, quã facto imbecilliorem protegere: à quo fit Patrocinium.

Lib. 5. cap. 13.

Eod. lib. & ca.

Facies, & Vultus. CAP. XIII.

FAcies magis ad corpus: Vultus magis ad animũ refertur, atq; uoluntatem, unde descendit. Nã Volo supinũ habebat Vultũ: inde dicimus irato, et mœsto uultu potius, quàm facie: & cõtrà, læta, aut longa facie, nõ uultu: à quo compositũ est Superficies, non sanè discrepans à suo simplici: ut, Facies maris, facies terræ, quasi superficies: &,

facies

facies hominis, quasi primũ illud, quod intuemur in homine. Est tamẽ aliquando ubi utroq; uti liceat: ut, Fœdata facie, & fœdato uultu: scissa facie, & scisso uultu: conuersa facie, & conuerso uultu: quæ exempla sunt plurima.

Series, & Ordo. CAP. XIIII.

Series ab Ordine in significatione differt. Nã Ordo est digestio, & in suo loco cuiusq; rei collocatio, ueluti in acie fit, ubi pedites, ubi alæ equitũ, ubi leuiter armati, ubi sagittarij, ubi fundibularij, ubi cæteri ex utilitate rei distribuũtur: et in argumẽtatione, ubi ponẽda sunt firmissima argumẽta, ubi infirmiora, ubi mediocria. Vnde in ciuitatibus, & Romæ præsertim, ordines sunt: Ordo consularis, prætorius, senatorius, equestris, adeò ut Ordo quoque ꝓ ipsis hominibus accipiatur illius cõditionis. Cic. In hoc ordine, ꝓ in senatu, aut ꝓ equitibus Romanis frequentissime dixit. Idẽ quodã loco ait: Qui apud omnes ordines esset gratiosus: id est, apud omniũ ordinũ homines. Series, est rerũ quædã continuata progressio: ut, In serie orationis: id est, in cõtinuato contextu. Quin. Quod non nisi in contextu orationis, serieq; contingit. Offic. 3. *Verg.*

—Ductæq; ab origine gentis
Fortia facta patrũ, series longissima rerũ. Lib. 1. Aenei. *Statius:*
Longa retrò series. Lib. 1. Theba.

Decus, Decor, & Dedecus. CAP. XV.

Decus est illa (ut sic dixerim) honorificẽtia ex bene gestis rebus: unde decora militiæ, laudes, honores, honestamẽta militi in bello cõparata: cuius contrariũ est dedecus ꝓpriè ignominia quædã, aut ignominiæ genus, & infamis turpitudo: unde Dedecoro. Cic. inqt de quodã: Magistratũ ipsum dedecorabat. id est, turpificabat, & cõtumelia, atq; ignominia afficiebat. Transfertur etiã ad animũ:

quippe Decus pro honesto, Dedecus ꝑ inhonesto accipitur: ut idē, sequetur decus, atq; honestū. Quint. Satis dedecoris, atq; flagitij castra ceperūt. Decor est quasi pulchritudo quædā ex decētia rerū, personarūq;, in locis, tēporibus, siue in agēdo, siue in loquēdo. Trāsfertur quoq; ad uirtutes: appellaturq; Decorū, nō tam ipsum honestū, quàm quòd hominibus, & cōmuni opinioni honestū uidetur, & pulchrū, & probabile. Vnde uerbum Decoro media longa. Nam decoro media breui à decus uenit.

Iocus, & Ludus. CAP. XVI.

IOcus, & Lud⁹ qd significēt, tum ex Cicerone de Oratore, tum ex Quint. de Ridiculis colligi potest: ut sit Iocus in uerbo, Lud⁹ in facto. Sed utrūq; tamē patitur exceptionē. Vt Iuuenalis. Quoties uoluit fortuna iocari. (Satyr. 1.) Videlicet non de uerbo intellexit, sed de facto. Ouidius: (De Arte li. 3.)

Hos ignaua iocos tribuit natura puellis:
Materia ludunt uberiore uiri.
Mille fac esse iocos, turpe est nescire puellam
Ludere: ludendo sæpe paratur amor.

Iocos pro ludo & ipse posuit. Ioca quoq; pro iocos nōnūquā legimus. Cice. ad Atticum lib. XIIII. Itaq; ioca tua plena facetiarū. E diuerso ludus pro iocus. Horatius: (Epist. 14. Primo Serm. Satyr. 1.)

Præterea, ne sic, ut qui iocularia ridens
Percurram, quanquàm ridentem dicere uerum
Quid uetat? ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa uelint ut discere prima:
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Hinc ludere ꝑ iocari frequēter inuenitur. Cicero de natu. Deo. Quū uerò deos nihil agere, nihil curare cōfirmat, mēbrisq; humanis esse præditos, aut eorū mēbrorum nullū usum habere, ludere uidetur. Plinius ad Valerianū (Lib. 3. circa princip. — Epi. 4. lib. 3.)

Quum

Quum alij diuinũ me, alij rapinis meis, meæ auaritiæ occursum per ludũ acceptũ dictitant. Plin. idem ad Fabium Iustũ: *Ludere me putas? serio peto.* Ludere dixit pro iocari, & se nõ ioco agere, sed serio. Quæ duo cõtraria esse Quint. autor est, inquiẽs: *Iocũ uerò accipimus, quod est contrariũ serio.* Idẽ in eodẽ loco inquit: *Ludere nũquàm uelimus.* Quod nõ tam pro eo, quod est iocari, puto dixisse, quã pro eo, quod est scurriliter, et leuiter loqui, uel deludere alterũ, siue eludere. Nã cõposita à ludo ad uerbũ quoq;, & orationẽ pertinẽt, nõ modò ad actionẽ: ut Cicero: *Sed uos ab illo irridemini, & ipsi uicißim illũ eluditis.* Ludere etiã dicitur uersibus scribere, sed nõ nisi in opusculis ferè, qualia sunt epigrãmata: & hæc opuscula dicũtur Lusus: & hoc ita sentire summos autores annotaui. Alludere est, quũ aliud dicimus, et ad aliud sentẽtiã latẽter referimus: ut Verg. *Actiaq; Iliacis celebramus littora ludis.* Dũ enĩ narrat ludos Aeneæ, alludit ad Augusti uictoriam, qua cõtra Antoniũ in his locis potitus est. Ludus itẽ differt à lusu, siue lusione. Ludus enim tũ periculũ, tũ spem sibi propositã habet: Lusus nihil præter merã uoluptatẽ. Itaq; qui pila, qui trocho, qui tesseris, qui etiã quocunq; genere talorũ delectationis gratia ludũt, lusum potius, quàm ludũ exercẽt. Cic. *Ex multis lusionibus nobis senibus talos relinquãt, & tesseras.* De uoluptate uidelicet senili locutus est, nõ de spe lucri: cuius spei causa plerũq; ludũt. Ideoq; Ludũ talariũ dicimus, nõ lusum: & Ludum aleæ, qui etiã lege prohibetur. Quidã & hũc lusum uocant: ut Sueton. lib. IIII. *Ac ne ex lusu quidẽ aleæ cõpendium spernens.* Dicimus etiam Ludũ, scholam ipsam, ubi & periculũ, & spes est, & certè labor, atque uapulatio, ut, Dionysius tyrannus regno eiectus, factus est ludimag

Epist. II. lib. I
Lib. 6. cap. 4.
Acad. quæst. lib. 4.
Aen. 3.
In Cat. ma.
In Caio, ca. 41.

Liu.5.ab urb. condita. *di magister. Et, Camillus ludi magistrũ discipulos hostibus prodentẽ, eisdem pueris cædẽdum in urbẽ usque præbuit. Est igitur Ludus literarius tum aliarũ quarũdam artium, tum schola grammaticæ, quam Triuialem sciẽtiam dicimus, quòd in triuijs, & cõpitis docetur. Hoc ideo admonui, quòd quidam imperiti Triualẽ scientiam appellant Grammaticã, Rhetoricã, & Dialecticam: Quadriuiales alias quatuor liberaliũ artium. Ludus igitur (sicut dicebamus) est aliarũ quoque artium, sicut Musicæ, ut apud* In Phor. act. 1, scen. 2 *Teren. de fidicina, quæ quotidie discebat in ludo. De grammaticæ schola (ut mea fert opinio) magis, quàm rhe-* Lib. 2. *torice intelligit Cice. de Oratore, quũ inquit: Hoc in ludo nõ præcipitur, faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Et statim pòst: Hæc est in ludo causarũ ferè formula. Nam* Lib. 2. cap. 1. *ut inquit Quintilian. Rhetores suas partes omiserunt, & Grammatici alienas occupauerũt. Siquidẽ Grãmatici Latini, rhetoricam etiam docẽt, quod indicant ipsius quoque Cicer. uerba, quũ pueros, nõ iuuenes nominat. Est & Ludus armorũ, q idẽ (ut sentio) Gladiatorius dicitur, ubi discunt gladiatores: ut apud Quintil. Quòd me diu piratæ in carcere retentũ, quia diuitẽ illius promiseram patrem, in ludum uendiderũt, tanquã decepti. Et iterum: Et inter debita noxæ mãcipia contẽptissimus tyro gladiator, ut nouissimè perderẽ calamitatis meæ innocentiam, discebam quotidie scelus. Ludos tamẽ gladiatorios frequẽtius, quã ludum dicimus, quoties unũ, plura'ue paria gladiatorũ ad spectaculũ pugnatura producũtur. Quæ res, munus gladiatoriũ appellatur, quia populo tanquã munus donatur: & q donat, Munerarius: et qui familiã gladiatorũ habet, gladiatoresq; domi in disciplina, & (ut dixi) in ludo exercet, ac posteà uendit, Lanista. Vocantur autẽ Ludi gladiatorij,*

diatorij, sicut Ludi Apollinares, Ludi Circenses, Ludi seculares. Nam spectacula publica utique in honorē Deorum, Ludos antiqui uocabant: ut nō absurdū sit solennitatem in natali die sanctorū, præsertim cū apparatu illo, & pompa, ludos uocari. Nā quo alio nomine uocemus illam spectaculi exhibitionē, qualis fit in multis Italiæ ciuitatibus, & (ut audio) in multis alijs prouincijs? Hæc de ludo, & de ludis hactenus. De Lusu quoque aliquod afferatur exemplum Quintil. Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signū alacritatis. Et iterū paulò pòst: Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingenijs non inutiles lusus. Quintil. li.8. cap.4. Eod. li. & ca.

Libertas, & Licentia. CAP. XVII.

L*ibertas in loquēdo accipitur in bonū, quum quis non timidè (quod seruile est) sed ingenuè, et liberè, hoc est ut liberū hominē decet, loquitur: Licētia uerò in malum, quando hac libertate abutitur usque ad temeritatem, & procacitatem: unde Quintil. Quæ in alijs libertas est, inquit, in alijs licētia uocatur. In agendo quoq; simili modo: ut, Liberè fecit, liberè egit: id est, digna libero homine. Cic. sæpe de liberè dictis, ac factis loquitur: & de licentia Clodiorū queritur Quintil. Porrò qui cōfessum defendit non absolutionem sceleris petit, sed licentiam. Terētius:* Declam.13. In Heauton. act.3. scen.1.

–Deteriores omnes sumus licentia.

Est autē huius nominis significatio, impunita quædā facultas agendi quicquid uelis, de facto loquor, nā de uerbo iā dixi, quod dubitationem nō habet. Ideo hoc dico, quòd uidetur uocari posse in dubiū de facto. Siquidem Sallustius in Iugurthino ita ait. Romā legatos ire iubet, agēdarum rerū, & quocunq; modo cōponendi licētiam illis permittit. Quod nescio an in malum accipi debeat, quasi & male, & cum dāno, atq; dedecore regis poßint componere.

Quale est Quintil. An existimus hāc legatis peccādi da
Declam.12. *ri licētiā, ut quæcūq; scelera in eo officio cōmiserint, cum his omnibus hac una lege decidant? An etiā in bonū, ut solēt dicere iuriscōsulti: Data est mihi licētia eūdi, redeundiq;: qualiter etiā pleriq; ecclesiast. scriptorū locuti sunt.*

Indulgentia, & Venia. CAP. XVIII.

I*Ndulgentiam uulgò nunc accipiūt pro uenia: ut, Indulgētiā Deus tibi tribuat: uel, Deus tibi indulgeat: quod quis neget dici nō Latinè? Indulgere enim est cōcedere, & (ut sic dicā) obsequēter, delicateq; tribuere. Cuius rei admoneri certè debuerāt trito illo uersu, nescio cuius, sed certè inter autores minutos Latinißimi, & quo mille annis nemo carmē scripsit elegantius: Indulgere gulæ noli,*
In Cat. disti-chis. *quæ uētris amica est. Nūquid in gulā nequaquā misericordes iubemur esse antè, quā peccauit? an'ne cōmttemus, ut*
Lib. 1. cap. 3 *illa peccet? Quintil. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mētis, & corporis frangit. Nō ergo indulgētia, pro uenia accipiēda est. Est enim Venia remißio culpæ: ut idē, Peccaui, ueniā peto: & errare hominis est, & ignoscere patris. Melius qui è contrario ueniā, pro indulgētia accipiunt. Vt Verg. 1. Aeneid.*

Orantes ueniam, & templum clamore petebant.

Et Cic. pro Archia: Dabitis mihi hanc ueniā. id est, indulgebitis, cōcedetisq; mihi hoc, si fortè peccauero. Nā apud
In And. act. 5 scen. 3. *hūc uix unquā indulgētia reperitur. Terent. Da ueniam. p. sine hoc te exorem. Hæc duo, pro utroq; posuit, id est, da ueniā, & sine, ut hoc, etiā si improbum sit, abs te impetrē. Et, Cum uenia tua dixero: hoc est, si quid erro, tamē cū pace tua, & (ut isti loquūtur) cum licentia tua dixero. Frequēter legimus: Facio tibi potestatē eūdi, & redeūdi: quē in modū mallem ego dicere, quàm Do tibi licentiam.*

Porrò Dare potestatẽ est plus, quàm Facere potestatẽ. Est enim Dare potestatẽ, rem alterius arbitrio cõmittere. Ex hoc Veniam dare, admoneor, ut dicã de Pœnitere, quod nonnunquam pro pudere, siue tædere accipitur: ut Liuius lib. I. Nec me eorum sententiæ esse pœnitet. Cice. de Sene. Num igitur si ad centesimum uixisset annum, senectutis eum suæ pœniteret? Vergil.

Nec te pœniteat calamo triuisse labellũ. Quod qui exponunt pro, parum uideatur, mihi non probantur. Eclog. 2.

Ambitio, & Ambitus. CAP. XIX.

AMbitio in animo est, Ambitus in actu. Nã qui præter modum cupit aut honores, aut laudẽ, ambitione peccat. Qui uerò dilargitur pecuniã suam, aut populo muneribus, ludisq; blanditur, aut cæteris artibus, quæ legitimæ non sunt, ad publicos honores tendit, ambitũ cõmittit. Cui similis est, quã hodie Simoniã uocãt, à Simone Mago, nisi quòd hãc tantũ in rebus sacris uolunt esse. Ambitus ab ambio uenit, siue quòd is, qui nõ suæ uirtuti confidit, nõ rectè graditur, sed p circuitũ: siue quòd Romani, qui honores peterẽt, singulos circuibãt, prehensantes, rogãtesq;, ut se in suffragijs adiuuarẽt: siue quòd qui pro adipiscendis honoribus soliciti sunt, quum rogãt, exordio quodã lõgiore, & uerborũ circuitu utuntur. Hæc omnia, quæ ambitus facit, ambitio facere cõpellit, à qua Ambitiosi dicuntur, nõ ab ambitu. Nõnũquã Ambitus p affectu ambitiõis accipitur apud Quint. siue p spe quadã fauoris, & quasi captatiõe misericordiæ: ut, Si iuuenis ĩnocẽtissimus, iudices, uti uellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare uobis amissam cũ oculis cogitationũ omniũ temeritatẽ. Ab hoc etiã ambitiosus dicitur: ut apud eũdẽ lib. VI. Nõ sum ãbitiosus in malis, nec lacrymarũ augere causas uolo, utinamq; In procem.

namq; esset ratio minuendi. Ouid. lib. III. de Ponto:

Sed tamen hoc factis adiunge prioribus unum,
Pro nostris ut sis ambitiosa malis.

Vicus, & Suburbana. CAP. XX.

VIcus pars urbis. Diuisa est enim urbs ĩ uicos, quasi in mẽbra minorá, sicut Suburra, Carinæ, Exquiliæ, uici Romæ (ut opinor) erant. Nã regiones circa XX. fuerant, hodieq; tantũ tredecim seruãt nomina. Vici autẽ & olim, & nũc ultra mille. Extra urbẽ uerò frequentes uillæ, ac frequẽtes domus instar uici, Vrbani uici uocãtur, si modò suburbana nõ sint. Tũc nanq; Suburbana dicũtur, plurali quidẽ numero: nã singulari significatur prædiũ in suburbanis: ut, Suburbanũ meũ, et suburbana mea, si plura sunt. Quale est in similibus: ut, Fui in Cumano, in Tusculano: id est, in fundo meo Cumano, & prædio meo Tusculano: Eramus in Formiano tuo, & in Põpeiano Varronis: id est, in uilla tua, & Varronis. Cæterũ (ut ad rẽ redeamus) hic uicus paganus ferè muris caret: nã si haberet muros, Castelli nomẽ acciperet, q̃ à Castrũ descendit, quo significatur locus muris munitus, et (ut Seruius ait) urbs. In plurali uerò notũ est appellari locũ, in quo milites tẽtoria fixerũt. Quãq̃ uarius mos est castrametãdi. Veteres solebãt illa, fossa, ualloq; circũdare, et alijs ꝑ natura loci munitionib⁹. Oppidũ, omnis urbs est præter Romã: quæ peculiari noĩe Vrbs uocari cœpta, fecit ut cæteræ urbes oppida uocarentur, q̃a ipsa oppidũ amplius nõ est. Vnde dicatur urbs, et oppidũ, tũ alij dixere, tũ parũ attinet de etymologia disputare, quæ plerũq; fallax est, et ĩ primis (nisi fideli fundamẽto nitatur) friuola. Vicinia aũt nõ tã hoĩes, q̃ eũdem incolũt uicũ, significat, q̃ qui ꝓpe domũ tuã habitant. Vicinitas autẽ non homines, sed propinquitatẽ: propriè quidem

dem uicinorum, abusiuè uerò etiam cæterarum rerum. Nonnunquam *continens pro contento:ut, Laudanda, uel potius amanda uicinitas.*

Commentarium. CAP. XXI.

Commentarij nomen quid significet, tertio Declamationũ libro Seneca declarat, quũ dicit: Sine cõmentario nunquàm dixit, sed cõmentario contentus erat, in quo nudæ res ponũtur. Et Cicero in Bruto: Non est oratio, sed capita rerũ, & orationis cõmentarium paulò plenius. Et Quintil. Plerũq; autẽ multa agẽtibus accidit, ut maxime necessaria, & utiq; initia scribant: cætera quæ domo afferũt, cogitatione cõplectãtur, subitis ex tẽpore occurrant: quod fecisse M. Tulliũ suis cõmẽtarijs apparet. Sed feruntur & aliorũ quoq;, & inuẽti fortè, ut eos dicturus quisq; cõposuerat, & in libros digesti, et causarũ, quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi, de quibus loquor, cõmẽtarij, ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis uideantur esse compositi. Per hæc Quintil. uerba colligitur, nõ modò id qđ dicebã, simulq; in plurali hoc nomẽ esse generis masculini, quũ in singulari sit neutri, de quo mox etiã dicã: uerùm etiã cõmẽtarios idẽ esse quod libros: quod Cicer. cõfirmat, tum tertio libro de Finibus, dicens: Tu ipse quũ tantũ librorũ habeas, quos hîc tandẽ requiris cõmentarios? quosdam inquã Aristotelicos. tũ secundo de Oratore: Tres patris Bruti de iure ciuili libellos tribus legendos dedit, ex libro I. fortè euenit, &c. Ac statim pòst: Vbi sunt hi fundi Brute, quos tibi pater publicis cõmẽtarijs cõsignatos reliquit? quòd nisi puberẽ te iã haberet, quartũ librũ cõposuisset, & se in balneis locutũ cum filio scriptum reliquisset. Ecce eandẽ rem tribus uocabulis Cice. declarauit, Libellis, Libris, Cõmentarijs. Lib. 10. cap. 7.

rijs. Quare ita sentio, omnes cōmētarios libros esse, sed nō cōtinuò libros cōmentarios. Nanq; ubi res sunt latè diffusæq; explicatæ, & nō breuius, quā poterāt, tractatæ, libri tantùm sunt, non cōmentarij. Vnde Cæsaris cōmentarij, in quibus ad exequēdā historiam alijs uidetur subiecisse materiā: qui si fuerint singuli, Commētarium, uel Commentarius, uel Liber dicitur. Liu. lib. XLVIII. Quæri iussit ab eo, quē de his rebus cōmentariū à patre accepisset. Quū respōdisset accepisse se, nihil prius, nec potius uisum esse, quàm regis ipsius de singulis respōsa accipere, librū poposcerūt. Si plures, primus, & secūdus cōmentarius nō primum, & secūdum commentariū: ut Hirtius, siue Oppius, qui accessionē adiecit Cæsaris cōmētarijs, ait: Proximus, alter'ue cōmentarius. nunquàm cōmentarium. Ita mihi in magnis autoribus uideor annotasse. Quidā tamē aliter faciunt, utiq; in alia significatione, quæ est (ut sentio) expositio, & interpretatio autorum, utroq; genere promiscuè utentes: ut Au. Gellius, Est adeò Probi grāmatici cōmentarius satis curiosè factus. Et iterū: Nonnulli grammatici, qui cōmentaria in Vergil. composuerūt. Iterū quoq;: Noster Scaurus in primo commentariorū, quos in Gorgiam Platonis cōposuit, scriptū reliquit. Boëthius: Quod in his cōmentarijs diligētius expediuimus, qui à nobis in eiusdē Ciceron. Topica scripti sunt. Et iterū: Quo autē modo de his dialecticis locis disputetur, in his commētarijs, quos in Aristotelis Topica à nobis translata cōscripsimus, expeditū est. Quidam etiā talia huiusmodi opera Commentum uocauerūt: ut Nigidius, Donatus, Priscian. alijq; nōnulli. Seruius Commentariū, Commentariosq; pro homine accipere uidetur, quū inquit in VII. Aeneid. Dicit quidā cōmētarius, cōuecta legendū. Et in Georg. I. Superfluò mouent

In illud, Deserit Hesperiam, & cœli conuexa per auras.

In illud, prima Ceres ferro mortales nertereterrā.

tient quæstionem commentarij.

Cœnaculum,& Cœnatio. CAP. XXII.

COenaculum locus ad cœnandũ in loco ſuperiori: Cœnatio locus ad cœnãdũ, ſed in imo potius. Iuuen. *Et* Satyr. 7.
algentem rapiat cœnatio ſolem. Verũtamẽ Cœnaculũ nõ tam pro loco cœnandi, quàm pro parte domus ſuperiore accipitur, quæ frequenter hoſpitibus ad habitandũ locari ſolet, qui totam domũ cõducere nõ poſſunt: & parte inferiore, ſiue illa taberna, ſiue officina ſit, nõ habẽt opus. Cuius rei proferrem exempla, niſi abundè Varro ſufficeret, Lib. de lingua
dicens: Vbi cœnabãt cœnaculũ uocitabãt. Poſtquàm in ſuperiore pte cœnitare cœperũt, ſuperioris domus uniuerſa cœnacula dicta, poſtq̃ ubi cœnabãt, plura facere cœperũt. Lat. 5.

Epulæ, Epulum, & Dapes. CAP. XXIII.

EPulæ ſunt cibi miniſterio hominũ, & in noſtrũ uſum cõparati. Epulum, ſolenniores quædã epulæ, & propriè publicũ conuiuiũ in propatulo uniuerſis ciuibus exhibitum, ſiue in dedicationẽ tẽpli alicuius, ſiue in honorẽ Deorum, uel in magnificentiæ oſtentationẽ, ſiue in funere magni alicuius uiri. Cui ſimile eſt, qđ hoc tẽpore fit, quũ publicè paſcimus pauperes, ut in mortibus propinquorũ. Quod idẽ eſt penè quod Parentare, ſi Hieronymo credimus, qui ita tertio libro in Hieremiam inquit: Mos autem lugentibus, ferre cibos, & præparare conuiuiũ, quæ Græci περίδειπνα uocãt, & à noſtris uulgò appellantur parẽtalia, eò quòd à parentibus iſta celebrantur. Dapes uolunt eſſe uel Deorum, uel noſtras in ſacrificijs Deorum.

Sementis, & Meſsis. CAP. XXIIII.

SEmẽtis eſt ſatio, ſiue (ut ſic dicã) ſeminatio. Liuius: Cãpani ſementẽ facere poſſent. Miror quare cum in alijs locis apud Hieronymũ plurimis, tũ in Geneſeos principio

sementis pro semine positum est. Messis tum ipsa messio est, tum seges iam matura. Cicero de Oratore: Vt sementem feceris, ita metes.

Lib.2.

Seges, & Fruges. CAP. XXV.

SEges est eorum seminum, ex quibus conficitur panis, nondum demessa. Nonnunquam contentum pro continente usurpantes, ipsam humum ad accipiẽda semina subactam, segetem uocamus, ut Vergilius:

Georg.1.

Illa seges demum uotis respondet auari
Agricolæ, bis quæ solem, bis frigora sensit.

Fruges uerò quicquid ex fructu terræ in alimoniã uertimus. Liuius: Eam gentem tradit fama dulcedine frugum, maxime uini, noua tamen uoluptate captam. Idem: Non arbore frugifera, non satis in spem relictis. Plinius titulum dedit de naturis arborum frugiferarum.

Lib.15.

Malleolus, & Sarmentum. CAP. XXVI.

Lib.3. cap.6.

MAlleolus à Sarmento sic distat, ut pars à toto. Est enim Malleolus (ut placet Columellæ) in modum mallei rostra habens, aptus plantationi. Quãdo autẽ arefacta sarmenta sunt cum malleolis igni reseruata, indifferenter uocantur. Nã & Annibalem legimus sarmẽta cornibus boum alligasse, eaq; incendisse, ut hostes falleret. Et nonnullis ciuibus Romanis, quòd domos haberent plenas malleorum, ad Capitolij, uel urbis incendia, fraudi fuit.

Liui. decadis 3. lib.2.

Cic. pro Mil. Sallust. item in Catil.

Arbor & Frutex. CAP. XXVII.

ARbor à Frutice ita differt, ut frutex ab herba. Est enim Frutex, qui ad iustam magnitudinẽ arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur, neq; arescit ut herba, sed perennis est. Inter frutices est soboles quoq; illa arborũ, & plantula. Ab hac Fruticari uerbũ, quasi fruticẽ renasci ex arbore. Marc. Tull. ad Attic

Atticum: Excisa est enim arbor, nõ euulsa: itaq; quàm fruticetur uides. Nam illud, quod sæpe legimus fruticari pilum, translatum est. Epist. 3. li. 15.

Acinus, Bacca, Pomum, & Nux. CAP. XXVIII.

ACinos inter & Baccas hoc interesse puto, quòd Acini inter fructus minutiores arborũ, fruticum'ue densius nascũtur: Baccæ uerò dispersius, & rarius. Inter Acinos enim numerãtur grana uuæ, grana hederæ, grana sambuci, grana ebuli, grana mali punici, addo etiã morũ, & quicquid his est simile. Inter Baccas uerò, fructus lauri, fructus oliuæ, corni, loti, quam fabã Syriacã uocant, myrti, lentisci, similiũq;. Supra hæc autẽ poma dicũtur, dũtaxat quibus uescimur. Cerasũ uerò, uel (ut Seruio placet) cerasium, & prunũ, & mespilũ, poma, nõ acini, neq; baccæ nominãtur. Glãs in numerũ istorũ nõ uenit, syluestris enim, & pastio porcorum est. Castanea in nuces refertur: unde Verg. Castaneasq; nuces, sicut pinus, corylus, siue à loco auellana, amygdalus, iuglans, & siqua sunt his similia, non poma dicuntur, sed nuces. Nonnunquam acini, & baccæ indifferenter ponuntur: ut Vergilius,

Ser. in illud Verg. 2. Georgic. Pullulat ab radice aliis densissima sylua. Vt cerasis. Eclog. 2. Eclog. 10.

Sanguineis ebuli baccis, minioq; rubentem.

Crepitus, Strepitus, Fremitus, & Stridor. CAP. XXIX.

CRepitus, sonitus est uiolentus ex impulsu resultans. Vnde Increpare, est cũ eruptione uocis, & immani sonitu reprehẽdere. Cymbala, tympanaq; crepitãt. Vnde fit Crepitaculũ. Tubæ quoq;, & cornua, similiaq; crepãt, siue crepitãt. Crepitus quoq; speciali uocabulo quid significet, malo me tacẽte minus notũ esse, quàm me dicente nimis. Strepitus fit ex corporũ tactu, siue collisione rerũ, et multarũ uocum in unũ confusione, si modò non sit immodicus: tũc enim dicitur Fremitus, ut ex alto mari sonus flu-

Stoici, ut ait Cic. epist. 22. li. 9. fam. epi. aiũt crepitus æquè liberos, ac ructus esse oportere. Est autẽ sonitus ille, qui à pedente fit.

ctuum: & in populo murmur, uocatur etiã fremitus: quin & indignantis, & excandescentis, & quasi humanã uocem præ iracundia immutantis uox, orationeq; Fremitus dicitur. Stridor est acrior, & quasi sibilans collisio. Strepitus tamen propriè pedum ambulantium, manuumq; aliquid pertractantium sonus est. Appellatur etiam fastus, & pompa diuitiarum, quasi à strepitu comitantium: ut Declam.13. *apud M. Fabium, Hic quũ me euocasset subitò trepidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circumstetisset.*

Officium, & Officia. CAP. XXX.

O*fficium est uirtutis actio, quod Græci καθῆκον uocãt: uel, ut latius explicem, pro loco, pro tẽpore, pro rerum dignitate, similibusq;. Inde illud est, quod dicitur à multis, In familia bene instituta omnes in officio sunt: id est, omnes agunt, quod debẽt. Et, Missi sunt legatis obuiã ciues officij gratia, &, Circumstabãt Senatores Cæsarem sedentẽ in aurea sella officij gratia, i. honoris gratia, quẽ legatis, Cæsari'ue exhibere debemus. Nihil enim tam nos decet q̃ merẽti uel honorẽ exhibere, uel opem ferre. Quo factũ est etiã, ut Officia significẽt beneficia, siue obseqa.* De Amic. *Vnde illud Cicer. Odiosum sanè genus hominũ est officia exprobrãtiũ, quæ meminisse debet is, in quẽ collata sunt, non commemorare qui contulit. Et illud Quintiliani: Duxit me similis ætas, euicerũt officia, cepit fides, amantem odisse nõ potui. Magistratus quoq; officiũ dicitur, siue qa honoris causa factus est, siue opis populo ferẽdæ, siue quia ius suũ cuiq;, & quod cuiq; debetur, reddat. Cæteræ autẽ artes, quæ modò honestè sint, suã rationẽ officiũ uocãt: ut, officiũ grãmatici est, officiũ medici, officium architecti.*

Histrio, & Mimus. CAP. XXXI.

H*Istrio qui personatus in scena tragœdias agit, comœdiasq;*

diisq́; uoce, et corporis gestu. Mimus qui uel intra, uel extra scenã gesticulationes quasdã exercet, imitaturq́; mores hominum, ac naturas, præsertim obscœnè. Nam mimorũ scriptores, res obscœnas, ut amores, tractant. Primùm *è Thusco quodã homine tractum nomẽ esse, T. Liuius, ac Vale. Maximus autores sunt. Alterũ è Græco uenit, ἀπὸ τ̃ μιμέομαι. Mimi tam homines, quàm poëmata uocãtur.*

Hister, Thusco uerbo ludio dicitur. Id est, imitor.

Actor, & Autor. CAP. XXXII.

A*Ctor, & Autor ita differunt, quòd Actor dicitur orator, qui agit causam, quiq́; gestũ uultus, et corporis agit. Vnde tum ipsa pronũtiatio, tũ oratio quæ habetur, tum oratio scripta, Actio est appellata. Itẽ Comœdus, & Tragœdus, id est, histrio qui agit gestus in scena, et quod huic generi similimũ est, qui agit Atellanas, & Mimus omnis, Actor uocari potest: et partes comœdiæ, Actus dicũtur. Nam Comicus Tragicusq́; poëta ipse est comœdiarũ, tragœdiarũq́; cõditor. Autor autẽ est (ut sic dicã) factor. Nã Factor in usu non est, nisi in quibusdã è Græco trãslatis. Et illud quotidianũ, Credo in unum deũ patrẽ omnipotentẽ, factorem cœli, & terræ: Græcè est ποιητὴν, hoc est, poëtam. At nos poëtas, cæterosq́; operum conditores, Autores uocamus: & illũ qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, autorẽ operis, autorem belli, autorem pacis dicimus, nunquàm actorẽ. Quidam originem eius è Græco repetũt αὐξάνω, sed à Latino quoq́; facilius formari potest, nisi quòd nullũ Latinũ in or, à supino descẽdens, est cõmunis generis, ut autor. Nam quum est ab augeo (si modò unquã reperitur) Auctor, & Auctrix facit, ut Seruio placet in Vergiliũ scribẽti. Idẽ super Donati artẽ ita ait: Quæritur, autor utrũ per se, an de uerbo oriatur. Sed sciendũ est quòd à se nascitur. Nã illud quod est augeo, nõ*

Ser. in illud Verg. 12. Ae. Autor ego audendi, sic exhor. reliq.

nos seducat, quod inde ueniat. Aliud enim est Augere, aliud Autorē esse. Ego uerò à Seruio nō oīno dissentio, quū huius uocis nō uideatur mihi origo esse, nec augeo, nec αὐξάνω: & inauditū est, significationis illius hic & hæc autor esse. Nā nūquàm aliud (quantū ego sentio) significat, quā duo: Vnū quod dixi: & alterū, quod est huic simile, hominem, in quo est uis, potestas, & dignitas. Vnde Autoritas

Liui. lib.1.ab urb. dicta est, ut apud Liuiū dicitur: Decreuerunt enim, ut quū populus regem iussisset, id sic ratū esset, si patres autores fierent. hoc est, autoritatē (ut aiunt) suam, & decretū interponerēt, ratum haberēt, atq; ratificarēt, siue comprobarent. Et alibi: Maiores nostri nullā ne priuatā quidem rē agere fœminas sine autore uoluerūt: in manu esse parētum, fratrū, uirorūq;, Et Autores pupilli uocātur, in quorum administratione infirma ætas, resq; eius sunt. Ideoq; regū pupillos sub autoribus fuisse legimus. Vnde Paulus Iurisconsultus: Etiā si nō interrogatus tutor, autor fiat, ualet autoritas eius, quū se probare dicit, id qđ agitur. Hoc est enim autorē fieri. Et Pompon. Etsi pluribus datis tutoribus, unius autoritas sufficiat, tametsi tutor autoretur. Quare Autores sentētiæ alicuius cōsilij uocātur hi, quorū sententiā, cōsiliūq; secuti sumus. Et duces militū, Autores uocabātur. Vnde Autorare. Liu. li. XLVI. Signo dato suo impressas tabellas misit, & uero pignore uelut autoratū sibi proditorē ratus est. id est, obligatū, & subiectū. Et Valer. Max. lib. III. Autorato socijs officio. Sueton.

In Tibe.cap. 30. lib. III. De legendo, uel autorando milite, ac legionū, & auxiliorū discretione. Ex quo fit, Autoramentū, uel quasi obligatio, nexusq;, uel quasi stipendiū quoddam, & quasi pretium cuiusdā militiæ, ac pugnæ, actionisq;: ut Quintil. Nec difficilē sanè, sub illo præsertim autoramēto, habuisset miss

set mißionem, sed noluit gladiator uiuere. Sueton. Munus gladiatoriũ dedit, rudiarijsq; quibusdã reuocatis autoramento cẽtenûm millium. Cicero: Est enim in illis ipsa merces autoramentũ seruitutis. Seneca lib. VII. epist. Nullũ sine autoramẽto malum est. Auaritia pecuniã promittit, luxuria uarias uoluptates, ambitio purpurã, & plausum, et ex hoc potentiã, & quicquid potẽtia potest: mercede te uitia solicitãt. Deniq; Autor nihil habere cõmune cum augeo, neq; cum αὐξάνω, Auctio probat, quæ uenditio quædã est in publico, ac celebri loco. Et hinc Auctionari, publicè, et ferè sub hasta uendere, nõ ea quæ ad esum spectant, sed ea quæ ad supellectilem, atque ad alios usus, nec ferè nisi quæ penes alium in usu fuerunt. Differt igitur Auctus ab haustu, quia diuersam originem sortita sunt. Auctus enim est incremẽtum, ab augeo descendens, ut Haustus ab haurio. In Tiber. capite 7. Offic. 1.

Pupillus, & Orphanus. CAP. XXXIII.

P*Vpillus est, qui caret quidẽ patre, sed tantisper dum est in ætate, cui adhibetur tutor. Orphanus, qui caret patre, præsidioq; paterno, & qui summopere desiderat illius opem, quum sine eo malè habeat. Græcum tamẽ nomen est, non sanè à ueteribus usitatum.*

Triclinium, & Conclaue. CAP. XXXIIII.

T*Riclinium à tribus toris, mensis'ue appellatũ est. Ibi enim comedebãt, præcipuè in cõuiuiũ accepti, quum res ipsa postularet tres toros, mẽsas'ue extrui. Qui autem huic ministerio præerat, Architriclinũ uocãt. Quintilianus quidẽ Tricliniũ uocat, quod Cicero Cõclaue. Nam de eodẽ conuiuij loco, ubi Simonides artẽ memoriæ traditur inuenisse, ille sic ait: Vix eo limẽ egresso, triclinium illud supra cõuiuas corruit. Hic sic: Hoc interim spatio, cõclaue illud ubi epularetur Scopas, concidisse. Est igitur Tricli-* Quint. lib. 11. cap. 2. Cic. 2. de Orat.

nium cõclaue discubitoriũ. Nam Cõclaue generalius est: quod est etiam pars quędã in penatibus remotior, in qua uel uiri colloqui, uel mulieres cõfabulari solẽt: Aulã autẽ, quod Gręcũ est, nostri semper transferunt atriũ. Nã Aulam pro olla, Plauto, uetustissimisq́; dicendũ relinquamus.

Penus, & Commeatus. CAP. XXXV.

P*Enu ea omnia contineri dicuntur, quę ad uictũ pertinent, sed priuatũ: si modò domi reposita ac recondita sunt. Nã locũ ubi ista reponuntur, Varrone teste, Penariũ appellamus. Quę uerò ad uictũ publicum spectant (sicut alio loco diximus) Cõmeatus uocãtur: sed ex paucioribus cõstat, ut sumus diligẽtiores pro re priuata, quàm pro publica. Ferè nihil aliud cõtinet Commeatus, quàm annonã, & quicquid annonę uicẽ habere potest. Quãquã (ut iterũ dixi) priuatorũ etiã cõmeatus est: nec annona tantùm frumẽtaria, Cicerone dicẽte lib. II. de Diuinatione: Aut si Epicurei de uoluptate liber rosus esset, putarẽ annonã in macello cariorẽ fore. Nescio tamẽ an Macellũ nõ tantum pro loco, ubi caro uẽditur, accipiatur, sed ubi & annona.*

Ceruix, Iugulus, & Collum. CAP. XXXVI.

C*Eruix est posterior colli pars, unde origo est omnib. neruis. Iugulus anterior, unde uox, halitusq́; procedit. Collũ omnes partes insolidũ cõplectitur. Et quoniam nerui, qui corpus erectũ, rigidumq́; faciũt, in ceruice sunt collocati, dicimus Hominẽ durę ceruicis, quasi indomabilẽ, more ferociũ boũ: uel quòd qui ceruice erecta, & rigida est, cõtumaciã quandã, et rigorẽ mẽtis pręse fert, tanquam nemini caput inclinare uelit, tali nõie uocatur, quasi duri capitis, durę q́; mẽtis. Ceruices etiã dicimus pro ceruice: imò singulari numero neminẽ ante Hortensiũ dixisse, Quintilia. est autor. Similiter quoniã in iugulo morti-*

Lib. 8. cap. 8. de Ornatu.

fera statim plaga est præ cæteris membris, eademq́; pars corporis uulneri obnoxia, ad quam mucro inter ipsa arma facilè subit, à ueteribus dicebatur, Petere iugulum, Ferire iugulum: pro eo quod est, petere in mortem, inferre mortem. Quint. Inituriisq́; forẽsium certaminum pugnã, iam in schola uictoriã spectet, & iugulum petere, & ferire uitalia, aut tueri sciat. Cicero in Verrinis: Sua confeßione inducatur, ac iuguletur necesse est. Verr. 7.

Sinus, & Gremium. CAP. XXXVII.

S*Inus est intra pectoris, brachiorũq́; complexum: unde sinus uestium, quales erant tunicæ Romanorũ, & modò quorundam religiosorum supra cincturam laxitas illa uestis, quæ cingulũ operit. Litora quoq; curua, & quasi brachijs mare amplectẽtia, Sinus uocamus. Gremiũ est inter cõplexũ femorũ, feminum'ue: quo in cõplexu mulieres concipere solent. Et per translationẽ Gremium terræ appellamus, quum semẽ suscipit, conceptumq́; retinet, quasi uiuentẽ fœtum postea paritura. Quare quũ lactantur infantes, ad sinum admouẽtur: pueri uerò iã facti, à sedentibus matribus, utiq; quũ illis blandiuntur, ad gremiũ accipi solent. Vt Verg. de Cupidine sub imagine pueri Ascanij.* Aeneid. 1.

Hæret, & interdum gremio fouet inscia Dido.

Quinetiam matres, nutrices'ue quum super genua collocant infantem, aut extremis uestibus repositũ, & ad uterum usque sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu, tenere aut gestare dicuntur. Vt idem de eodem:

-Et fotum gremio dea tollit in altos Idaliæ lucos. Aeneid. 1.

Socius, Comes, & Sodalis. CAP. XXXVIII.

S*Ocius socio dicitur, Comes comiti rarò dicitur. Nãq; socius est par, Comes uerò minor, quippe q sequitur, & ducẽ habet: ut Cicero, Nec se comitẽ illius furoris, inquit,* De Amic.

sed

sed ducem præbuit. Et alibi: *Neq; enim princeps tunc ad salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent.* Ideoq; duces in bello quoties milites adloquuntur, conciliandæ beneuolentiæ gratia, non ferè appellant comites, sed socios, communicantes quodãmodo ipsorũ dignitatem cum illis: ut e diuerso quum eosdem commilitones uocãt, communicantes, eorum conditionẽ, ac sortem cum ipsis. Neq; enim dux commilito est militũ, sed milites inter se cõmilitones:

Aeneid.1. ut apud Vergilium Aeneas comites suos consolans ait:

Aeneid.3. O socij. Et autor ipse sua persona loquens de Achæmenide, inquit: Comes infelicis Vlyßi. Et iterum:

Aeneid.1. Vno graditur comitatus Achate.

Neq; rectè dixeris de Vlysse, & Aenea, hunc esse comitẽ Achatæ, illum Achæmenidis. Idem tamen ait:

Aeneid.2. Arma, deosq; parat comites. Et iterum:

Aeneid.2. Sacra, deosq; tibi commendat Troia penates:

Hos cape fatorũ comites. Nunquid dij erant comites Troianorum, atq; Aeneæ, an duces? certè dij penates comites erãt, cõfeßione tum Aeneæ, tum ipsorũ quoq; deorum. Nam lib.1. Aeneas ait: Raptos qui ex hoste penates

Classe ueho mecum. Et in tertio dij aiunt:

Nos te, Dardania incensa, tuaq; arma secuti:

Nos tumidum sub te permensi claßibus æquor.

Sub te, id est, te duce: & te secuti sumus: id est, tui comites fuimus. Idẽ quoq; de Græcis dicendũ est, & de eorũ deis. Idem etiã de Sibylla, & de Aenea, quanquàm modò hic, modò illa dux erat, aut comes: tamẽ qa sequebatur Aeneæ uolũtatẽ Sibylla, & quasi ministram se præbebat, comes erat. Quia uerò ducebat præmõstrãs iter, et declarãs ea

De Inuent. lib.2. quæ ignorabat, dux eadẽ dicitur: tãetsi aliquãdo Comitẽ pro socio dicimus: ut Cicer. in Rhetor. de illo uiatore, qui

quum

quũ ante lucẽ surrexisset, Comitẽ, inquit, suũ inclamauit semel, & sæpius: quum de eodẽ anteà dixisset, In itinere quidẽ proficiscẽtẽ ad mercatũ quẽdã, & secũ aliquãtum nummorũ ferentẽ est comitatus. id est, insecutus. Quare peccauit tũ Priscianus ad Iulianũ scribẽs: Tibi ergo hoc opus deuoueo omnis eloquẽtiæ præsul, ut quãtũcũq; mihi deus annuerit, suscepti laboris gloria, te comite, quasi sole quodã, dilucidius crescat. Quid magis absurdũ, quàm quẽ dicas tuũ solem, eundẽ appellare comitem tuũ, hoc ipso q̃ sol est? Tum ille (parco nomini sacrosancti uiri) qui dixit, Ebrietas est comes libidinis, & intemperantiæ: Superbia comes est odij: Diuitiæ sunt comites superbiæ. Nã potius dicendum erat, Libido & intemperantia comes est ebrietatis. Sequitur enim libido, & intẽperãtia: ebrietas antecedit. Odiũ comes superbiæ est: superbia, comes diuitiarũ. Cicero: Est gloria comes uirtutis. Gloria enim sequit̃ honestatẽ, sicut umbra corpus. In eodẽ opere nuper à quodã perdocto uiro illud, Iracũdiã laudãt, cotẽ fortitudinis esse dicunt: emendatũ sic erat: comitẽ fortitudinis, ut sciremus uerũ esse, quod ait Quint. Dum librariorum inscitiã insectari uolunt, suam confitentur. Idẽ Cicero alio loco: Eloquẽtia pacis est comes, otijq; socia. Siquidẽ pacẽ sequitur dicendi cupiditas. Quid ergo si hæc comes est? Illa dux erit: dicemusq;, Pax est dux eloquentiæ, & Ebrietas est dux libidinis, & intẽperãtiæ. Nõ est hic sermo quidẽ usitatus, sed potius per alia uerba, quorũ tria nunc in mentẽ ueniũt: magister, magistráue: pater, materúe: materies, materiáue: ut, ebrietas magistra est libidinis, & intẽperãtiæ: superbia est mater odij: diuitiæ sunt materia supbiæ q̃bus tribus ferè indifferẽter uti possumus. In personis uerò magis cõuenit dux, aut in his rebus, quæ personis sunt similes

Prisc. in præf. magni operis

Tuscu. quæst. lib. 1. & 3.

De clar. Ora.

similes: qualis est fortuna, quæ dea fingitur. Cicero nō semel dixit, Fortunā nō ducē, sed comitem fuisse quibusdam imperatoribus. Est prætereà (ut eò redeam unde egressus sum) alia differētia inter comitē, & socium: quòd Comes est, q ut cūq; sequitur alterius ductū: Socius plerūq; in negotijs, serijsq; rebus, & fortunæ arbitrio subiectis: ut Cæsar in cōmētarijs, Itaq; Androsthenes prætor Thessaliæ, quum se uictoriæ Pōpeij comitē esse mallet, quàm sociū Cæsaris, in rebus aduersis omnē ex agris multitudinē seruorū, ac liberorū in oppidū coëgit. Verùm huiusmodi differētia aptior est inter sociū, & sodalē. Est enim propriè Sodalis in rebus leuioribus, ac sæpe uoluptuosis. Quintil. Quo tandē patereris animo, si delicatus adolescens, præsertim splendidis opibus uel ex ætate mores, uel ex fortuna traxissem, & tēpestiua cōuiuia, & puigiles iocos aduocata sodaliū turba solutus, atq; affluens agerē. M. Tull. Sodalitates autē me quæstore cōstitutæ sunt, sacris Idæis magnæ matris acceptis. Epulabar igitur cū sodalibus omnino modicè. Idē alibi: Ego Planciū Laterēsem et ipsum gratiosum esse dico, & habuisse in petitione multos cupidos sui, gratiosos: quos tu si sodales uocas, officiosam amicitiā nomine inqnas criminoso. Caius autē, Sodales, inqt, sunt, q̄ eiusdē sunt collegij, quos Græci συναίτυς et ἑταίρυς uocāt. A quo nō sanè discordat apud M. Tull. Antonius, qui Norbanum quæstorem, suū appellat sodalē. Comis est benignus homo, & facilis, qui alijs non grauatè inseruit.

Epist. 3. li. 10. Epist. fam. In Cato. Ma. Pro Plancio.

Pompa, & Spectaculum. CAP. XXXIX.

POmpa omnis spectaculum est, sed non cōtrà. Pompa quidē in prosperis est, & in aduersis, qualis est in triūpho, & in funere, quasi quidā solennis apparatus, et ostentatio. Cicero: Sed iā è Pompa in ueram aciē descendamus. Vergil.

Vergil. Iam nunc solenneis ducere pompas Ad delubra iuuat. Quintilianus: *Quid enim si respondere iubeas orbitatem, cur in exequijs totos egerat census, quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum? Spectaculum uerò, nunc illud est, quod spectatur: ut,* Georg. 3.

Nocte pluit tota, redeunt spectacula manè. Verg. in Opusculis.

Nunc ipsa spectatio: ut, O spectaculum miserum, atque acerbum. Nunc locus unde spectatur: ut, Sedebat in spectaculis: &, de spectaculis excitatus est. Cic. 7. Verr.

Senecta, & Senectus: Iuuenta, & Iuuentus. CAP. XL.

SEnecta est senilis ætas. Iuuenta autem iuuenilis, & (ut quibusdam placet) dea ipsa melioris ætatis, & iuuentutis. At senectus idem est quod senecta. Iuuentus uerò etiam frequentia iuuenum, non solum ætas. Senium quoq; pro senectute accipitur.

Continentia, & Abstinentia. CAP. XLI.

COntinētia ab Abstinētia ita differt, quòd Abstinētia iustitia est. Continentia uerò illa, quæ inter uirtutes quarta numeratur, quæ eadē dicitur Tēperātia, et Modestia. Est enim hæc, quū à uoluptatibus nos cōtinemus. Abstinētia, quū abstinemus ab alienis, nulli uim inferētes, nihil cuipiā eripiētes. Cic. Si in una uoluptate cōtinuerit, in alia se effuderit. Rursus: Quod beneficiū est, quòd te abstinueris à nefario scelere. Nonnunquā tamē indifferēter, ut apud Valeriū Maximū titulus est De Abstinentia, & Continētia: ubi exempla istarum uirtutū promiscua sunt. Vt tamen sentio, continentiæ dare poteris nomen Abstinentiæ, potius quàm ediuerso. Illud enim specialius uidetur, hoc generalius: quemadmodū temperātia putatur sub iustitia esse, uel ab ea nō posse separari: illa uerò sine hac frequēter est. Quare rectè cōtinētia uocatur abstinētia.

Pecus

Pecus pecudis,& Pecus pecoris. CAP. XLII.

PEcus pecudis,& Pecus pecoris,propè nihil differũt. Significatur enim hoc nomine animal,quod sub imperio hominũ ex pabulo terræ pascitur:ut Bos (qui taurum, uaccamq; cõprehendit,præter suũ propriũ significatum) Equus,Caballus'ue,qui asinariã potius operã exercet. Asinus,nõ autẽ Onager,nec Lalisio. Mulus,qui propriè generatus est ex Asino,& Equa. Nam Hinnulus dicitur,qui patre Equo,matre Asina genitus est, quẽ quidã Burdonẽ nonunãt. Camelus quoq;: nam nõ tantũ pascitur sub magistro,uerũ in quibusdã locis inter armẽta. Et eius significatio nõ modò ad marẽ,fœminãq; pertinet,ut passer,et aquila,sed cũ genere fœminino nonnunquã iungi inuenitur:ut Camelos fœtas:quale est bos:ut apud Vergi. Ille meas errare boues,ut cernis. -Quod ideo minus mirum est,quòd Lupus etiã apud Varronẽ,& Enniũ,et Fabiũ pictorẽ in genere fœminino reperitur,sic ut hic Lupus Lupã quoq; significet. Huic simile est Bubalus. Cæterùm et ipsi Cameli,& cætera quæ enumeraui, Armẽta faciũt,licet quidam uelint tantũ esse Boũ,quasi ab arando aramẽta dicta, deinde sublata tertia litera armẽta. Præterea Ouis quæ marẽ,fœminãq; significat. Capra,cũ qua Caper,siue Hircus: Porcus,cum quo Porca intelligitur. Vnde fiũt greges:ut, grex ouiũ,grex caprarũ,grex porcorũ. Ouid. Met. IIII.

Eclog. I.

Mille greges illi,totidemq; armenta per herbas
Pascebant. Vergilius tertio Georgicorum:
Hæc satis armentis:superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges,hirtasq; capellas.

Idem tamen de ceruis primo Aeneidos dixit:

Eclog. 6.

-Hos tota armẽta sequuntur A tergo. Vt minus mirandũ sit,si de bobus Gregem dixerit,ibi: Aut aliquam in magno

magno sequitur grege. Tamen ad distinctionem adiecit magno, sicut Horatius adiecit mugientium in Epod.

Aut in reducta ualle mugientium
Prospectat erranteis greges.

Quasi Grex sit generalius nomen, Armentum uerò specialius, & illud sine apposito de pecoribus minutis intelligatur, cum apposito poßit etiam ad maiora transferri. ut Cic. in Philip. Fudit apothecas, cecìdit greges armentorum: Hæc omnia Pecudes, & Pecora dixeris: quorum exempla tot sunt, quoties hoc uocabulum reperimus. Verumtamen Pecus pecoris, nonnũquam reperitur pro multitudine pecorum, siue pecudum, sed gregalium potius, quàm armentalium: ut Vergil.

Dic mihi Dameta, cuium pecus?- Et paulò pòst: Eclog.3.
Infelix ô semper ouis pecus.- Et alibi:
Caprigenumq́; pecus nullo custode per herbam. Aeneid.3.

Ouidius Metamorphoseos libro XIII.

Hoc pecus omne meũ est: multæ quoq; uallibus errãt:
Multas sylua tegit, multæ stabulantur in antris.
Nec (si fortè roges) poßim tibi dicere quot sunt.
Pauperis est numerare pecus: de laudibus harum
Nil mihi credideris: præsens potes ipse uidere,
Vt uix sustineant distentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoq; par alijs ætas in ouilibus hœdi.

Cur dixit multæ, & harum, cùm nullum genus anteà nominaßet? nisi quòd intellexit oues, et capras, quas posteà nominat. Cicero in Verr. Nominat iste seruum, quem magistrum pecoris esse diceret. Vergilius tamen Georg. III.

Pascitur, idq́; pecus longa in deserta sine ullis
Hospitijs, tantùm campo iacet, omnia secum

Armẽtarius Afer agit. Armẽtariũ pecoris dixit. Nonnũquã Pecus pecoris significat ouẽ, nec solùm uulgò, ubi hæc animalia pecora dicũtur, uerùm etiã apud graues au-
Cap.94. tores, quorũ est Plin. qui lib. VIII. inqt: *Est & in Hispania, & maximè Corsica, nõ absimile pecori, genus musimoniũ, caprinò uillo, q̃ pecoris uelleri propius. Quorum è genere & ouibus natos prisci Vmbros uocauerũt. Infirmissimũ pecori caput.* Et nõ lõgè pòst; *Suis fœtus sacrificio die quinto purus est, pecoris die octauo, boũ tricesi-*
Cap.51. *mo.* Quint. *Cur in usum uestiũ sæpe pecori lanæ detrahũtur?* Præter pecudes, autẽ cæteræ quadrupedes Feræ sunt, licet propriè uideãtur Feræ dici, quæ feritatem habẽt, ut Leones, Vrsi, Pardi, Lupi, Vulpes. Harũ quæcũq; mãsuefactæ sunt, Cicures uocantur. qualis Canis, qui nec pecus, nec fera est, licet sit natura ipsa nõ tantùm fera, sed etiã ferus: qualis Elephas, siue (quod usitatius est) Elephãtus ad bella domitus, alioqui fera natura. De quo nomine idẽ q̃d de Camelo fortasse dici potest, q̃d & cõmunis gen. sit, & armentũ faciat. Quidam Suem domesticũ tantùm, cicurẽ uocãt. Ego potius, Aprũ dixerim, qui ex fero cicur est factus. Nec aprũ modò, sed etiã Onagrũ, Ceruũ, Capreolũ, Damã, Capreã, Leonẽ quoq;: deniq; qcqd cicurari potest.
De ling. Lat. lib.6. Cicurare enim (ut Varr. ait) est mãsuefacere. *Quod enim à fero discretũ est, id dicitur cicur: et ideo dictũ, Cicur ingenium obtineo. i. mansuetũ. Innatũ à cico cicur uidetur. Cicũ dicebãt membranã tenuem, quæ est in malo punico discrimẽ.* Hæc Varronis uerba cõfirmat Cic. ubi ait: *Nam aliæ sunt feræ, aliæ Cicures, aliæ natantes, aliæ uolucres.*

Collis, Iugum, Cliuus, & Promontorium. CAP. XLIII.

COllis est (ut ita dicã) mõticulus, siue per se, et à mõte separatus, siue pars montis. Iugũ (ut etiã ita dicam)

Ipsa arduitas mõtis, et procliuis, ac prona supinitas, cui similis est in colle Cliuus, tamen mollis magis, & clemẽs, ut cliuus Capitolinus, cliuus q ducit ad Ianiculũ, cliuus mõtis Auẽtini, quos oẽs scimus esse in urbe Roma colles. Vnde quidã uocant eã urbẽ Septicollẽ. Et antiquitus fiebãt festa quædã Septimontalia. Liu. Itaq; quũ p Caßilinũ euadere nõ posset, petẽdiq; mõtes, & iugũ Calliculæ superandum esset. Et alibi: Quantũ in altitudinẽ egrediebãtur magis, magisq; syluestria, et pleraq; inuia loca excipiebant. Vt uerò iugis appropinquabãt (quod rarũ ĩ alijs locis esset) adeò oĩa cõtecta nebula, ut haud secus, q̃ nocturno itinere impedirẽtur. Promontoriũ, locus est in mari prominẽs, ut Plin. lib. XXVI. Promõtoria aperiũtur mari, & rerũ natura agitur in planũ. Liu. lib. XXXIII. Aut aperiẽtib⁹ classem ꝓmontorijs. Idẽ XLV. Adiunctaq; insula Euboea, & excurrente in altũ, uelut promontoriũ, Attica terra sita. Lib. 2. deca. 3. Cap. 1.

Officina, & Taberna. CAP. XLIIII.

O*fficina, est ubi opera fiunt: Taberna ubi opera ipsa, cæteraq; merces uẽditãtur. Officina est statuarij, fusoris, flatoris, cælatoris, excusoris, uitrearij, sutoris, fabri: q multiplex est, lignarius, et hic nõ uni⁹ generis: ferrarius nec hic simplex: lapidarius, q & ipse in multas diuiditur species. Taberna uocãtur uinaria, lanaria, olearia, et mille huiusmodi: unde Opifices, et Tabernarij uocãtur. Cic. pro Lucio Flac. Opifices, & tabernarios, atq; omnẽ illam fæcẽ ciuitatũ, qd est negotij cõcitare? Nec negauerim aliquando unũ, eundẽq; locũ officinã, & tabernã esse, ut Sutrina, in qua calcei & fiunt, & uendũtur. Quædã igitur Artificia (quanq̃ sola artificia sunt opificũ) cætera Quæstus, & Operæ dicuntur: sed quædã huiusmodi semper habent suum nomen, ut hæc ipsa Sutrina sutoris, & lignarij*

propriè Fabrica, aurificis Aurificina, cauponis Caupona: tñ & eã, quæ uinũ uenditat, cauponã uocamus. Quidam malũt dicere cauponã, pro loco. Argentarij Argentaria, quod nomẽ quidã, p artificio, & Argẽtariũ, pro artifice (qui idẽ est aurifex) accipiũt: atq; ita est in Hieremia. Titus autẽ Liuius, Cicero, Quintilianus, cæteraq; omnis antiquitas pro his accipit, qui Cãpsores uulgò dicuntur, non illos dico minutos, qui Nũmularij, & Mẽsarij à nobis, κολλυβισαὶ à Græcis dicuntur, q ijdẽ Trapezitæ uocari possent. Nam Colybistæ trapezas habent. Sed Plaut. in Curculione trapezitam, & argentarium pro eodem accipit.

Auis, & Volucris. CAP. XLV.

AVis est, quæ oua parit, pennisq; est prædita, præter unum uespertilionẽ, qui utroq; caret: quatuor enim pedes habet, & feminius est. Volucris est quæcũq; uolat, nec auis solũ, sed illæ bestiolæ quoq; minutiores, ut, Apes, Vespa, Culex, Tabanus, Locusta, Musca, Cicada. Siquidẽ
Declam. 13. Quint. apes uolucres uocat. Et Plin. nõ semel hoc signat, unde & Cupido uolucer dicitur.

Indoles. CAP. XLVI.

INdoles est non solùm in pueris, & adolescentibus significatio futuræ uirtutis: ut apud Quint. In primis annis
In Cato. Ma. laudaretur indoles. Cic. Vt enim adolescentibus bona indole præditis sapiẽtes senes delectantur. Et Valerius titulum de indole fecit, non tantùm puerorũ, adolescentiumq; exempla repetẽs, sed etiã in uiris, & quidẽ præsentis uirtutis, ut idẽ Cic. de Offi. In quibus est uirtutis indoles, com
Lib. 3. mouentur. Idem pro Cælio: Si quis iudices hoc robore ani
Libr. 1. deca. 1. mi, atq; hac indole uirtutis, & continentiæ fuit. Liuius de
Lib. 5. Lauinia, iam matre. & post mortem Aeneæ res. administrante inquit: Tanta in ea uirtutis indoles fuit. Lucanus.

Indole

Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis. Indole quasi generositate quadã uirtutis, atq; animi. Liuius ad malam quoq; partem, & ad muta, atq; inanimata transfert, loquens de Annibale: sic, Cum hac indole uirtutum, & uitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit. Et alibi: Sicut in frugibus, pecudibusq; non tantùm semina ad seruandam indolem ualent, quantũ terræ proprietas, cœliq; sub quo aluntur: generosius in sua quicquid sede gignitur, insitum alienæ terræ in id quod alitur, natura uertente se degenerat. Lib. I. deca. 3.

Concio. CAP. XLVII.

CONCIO est populi multitudo congregata uel ex magistratus iussu, uel ex publici sacerdotis, uel interdũ sua autoritate, & sponte propria ad audiendum oratorẽ concionantem in bonum publicum: cuius etiam oratio uocatur Concio. In priore significato est Græcè ἐκκλησία, quã nos pro Latina uoce habemus. Multiq; ecclesiam nescio quo iure ædes sacras appellant, quum cœtum hominum, ut dixi, significet, non loca.

Aliud Leges esse, aliud Iura. CAP. XLVIII.

LEGES, iuraq; scripta, sæpe inuenimus: ex quo datur intelligi aliud esse Leges, aliud Iura. Sunt igitur Leges aut principis, aut liberi populi. Quæ à rege cõdũtur, alterius cõsensum nõ requirũt: quæ ad populũ ferũtur, quæq; sine eius iussu ferè ratæ nõ sunt, q a rogari. i. interrogari de his populus solet, Rogationes etiã dicũtur. Iura autem magis generalia sunt. Siquidẽ & Ius gentiũ est, & Ius ciuile. Nã Ius naturale dicere, qđ natura omnia animalia docuit, ridiculũ est. Appetitũ coeundi, atq; adeò, nocendi imbecilliori animali, spoliandi, occidendi, qs ius esse dixerit? Ideoq; M. Tul. in lib. Offi. de iure naturali silẽtiũ egit

inter solos homines ius esse significãs, idq; Gentiũ esse, uel
De Inuē. li. 2. Ciuile. In rhetoricis tamẽ Ius naturale statuit, sed quod in homines tantummodo cadat: cuius species sex esse uoluit, Religionem, Pietatẽ, Gratiã, Vindicationem, Obseruantiã, Veritatẽ. Sed hæc hactenus. Ius ciuile dicim⁹ tã leges, quàm plebiscita, senatusc̃osulta, decreta principũ, respõsa prudentũ: quod ultimũ uelut interpretatio est superiorũ: quod q profitẽtur, iurisc̃osulti nominãtur. Qui uerò legẽ fert ad populũ, ferè Orator est, aut præsidio oratoris indigens, ut appareat quãtò præstantior Orator est, q̃ Iurisc̃osultus, quũ hic sit quasi illius scriba: aut ille præceptor, hic pædagogus: ille dux, hic ducis legatus, atque assecla. Quid dicã de Iurisperitis, hoc præsertim tẽpore, qui cùm maximo ab illis c̃osultis interuallo distẽt, se literatorũ arcem tenere arbitrantur? quorũ quãta sit eruditio, uel hinc colligi c̃oiectura põt, ꝙ quoties Pauli, Vlpiani, aliorũue testimoniũ assumũt, Legẽ nominãt, quũ longè aliud sit, legem esse, & habere uim legis: quodq; deformius est, unam legẽ in plures partiuntur: uerbi causa: Ad legẽ Aquiliam quoties Scæuola, quoties Papinianus, alius'ue quis loquit, etiam si bina uerba, & quidẽ à superioribus depẽdentia, toties nouã legẽ appellant: nõ ab aliquo legislatore unam legẽ, sed ab infinitis interpretibus legũ, infinitas leges esse iudicantes. Etiam titulum de Verborum significatione non legem, imò leges appellant: quo quid absurdius?

Aceruus, Strues, Strages, & Sarcina. CAP. XLIX.

ACeruus, minutarum propriè rerum congeries est, ut frumẽti, & leguminis, ut salis. Interdũ aliquãtò etiã maiorum, ut Aceruus scutorum apud Verg. & ferè generale ad omnia est. Strues autẽ propriè lignorum. Strages uerò cadauerũ interfectorũ uno in loco, ac propriè iacentium

Verg. Aen. 8. Qualis eram, cũ primãaciẽ

tium multitudo, siue humanorũ, siue mutorum. Sarcina, *utẽsilium, & corũ quæ ad cultum, ad ornatũ, & ad cæterum usum pertinẽt (ut sic dicã) fascis, quẽ quis in itinere faciendo cõportare poßit.* Siquidem *milites, cùm castra mouere uolunt, sarcinulas colligere dicuntur: & qui in aliam domũ immigrãt, sarcinas suas cõponere.* Res *enim nostras domi cistis, capsisq; compositas,* Sarcinas *uocamus. ut apud* Quintil. *Iacent relictæ sine hærede sarcinæ*

Præneste sub ipsa straui seu torũque incẽdi ulctor aceruos.

Inter Ministerium, & Mysterium. CAP. I.

M*inisterium, ministri opera est propriè: sed pro omni operatiõe quoq; accipitur: ut de rege Latino.* Ver.

- *Auersusq; refugit* Fœda ministeria. -

Aeneid. 7.

Mysterium uerò Græcũ est, μυςήριον, arcana quædã res, & propriè diuinis uiris, sacerdotibusq; tantũmodo cognita. Illud prius in numero plurali solet accipi pro ministris, sicut Seruitia *pro seruis. Nam* Seruitium, *aut seruitus ipsa, aut seruitutis actio est: ut* Dauus *apud* Terentiũ,

Ego Pamphile *hoc tibi pro seruitio debeo,*
Conari manibus, pedibus, noctesq; & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.

In Andr. act. 4. scen. 1.

Afferamus etiã in alijs exẽpla. Sallust. *Interea seruitia repudiabat, quorũ in initio ad eũ magnæ copiæ cõcurrerant, quia opibus cõiurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimãs uideri, causam ciuiũ cum seruis fugitiuis cõmunicasse.* Quintil. *sæpe* Ministeria *pro ministris dixit: ut ibi, Non torsit ministeria cæci.* Et Officia, *pro officia, obsequiaq; exhibẽtibus.* Paulus *iuriscons. teste* Labeone *ait, urbica ministeria dicimus etiã, quæ extra urbẽ nobis ministrare cõsueuerũt.* Vlpianus *deniq; concubinã, filios naturales, alũnos, constituit generali appellatione contineri, & si qua alia sunt eiusmodi ministeria.* Liuius

In Catilinario.

lib. IIII. *Frumento nanq; ex* Hetruria *priuata pecunia per hospitem, clientumq; ministeria coëmpto.*

Scurra, & Parasitus. CAP. LI.

Scurra est, qui risum ab audientibus captat, nō salua dignitate personæ. Parasitus, *qui omnia ad uoluntatem eius loquitur, in cuius cōtubernio est: omnia assentatur, omnia illius facta, simul ac dicta laudat, nihil repugnat, nihil facere recusat uentris gratia, in quo summū bonum constituit: quorum magna copia in principū domibus est.*

Bucca, Gena, Mala, & Cilium. CAP. LII.

Buccam, & Buccas pro eodem accipimus. Oratores *frequētius in singulari: unde illud usitatū: Dicā quicquid in buccam uenerit.i. in os: sed non in labra, ut uulgus existimat,* Quintil. *probante, qui ait:* Ore *enim magis, q̄ labijs loquendum est.* Sed *uulgus errat, atq; fallitur, cùm legit* Buccam, & Duas *buccas: in illa accipiens unum os, in his duo labra.* Verùm *ego ostendi,* Os, *ipsam concauitatem esse, unde uox prodit, non oram labrorum.* Etenim

Satyr. 3. Iuuen. *cùm ait, -* Bucca *foculum excitat. non de extremitate oris, sed de interiori parte dixit, quæ inflari solet, uen*

Satyr. 3. *tumq; concipere.* Et *iterum de tubicinibus loquens: -* No*tæq; per oppida buccæ: de illa deformi utrinq; inflatione intellexit tubam inflantium, non de labris, quæ latēt, cùm tuba canit.* Nam & Horatius *quoq; quum inquit:*

Lib. I. Serm. satyr. I. -*Quin illis* Iuppiter *ambas* Iratus *buccas inflet.*

Non *de labris locutus est, quæ inflari non possunt,* Quod Plaut. *apertius docet in* Pœn. Nescias *utrum ei maiores buccæ, an māmæ sient.* Quid *autem* Buccæ *significēt, ex* Plin. *audiamus, simulq; qd* Malæ, *quid* Genæ, *qd* Cilium. Hæc *enim eodē loco tractat is, præterquā q̄ alibi dicit,*

Cap. 37. Buccarū *sinus: & iterū,* Buccarū *inanitas: ita lib.* XI. *ait,*

(sequar

(sequar autem ipsius ordinē, seriemq; libri) Quibus fragilia operimēta, ijs oculi duri. Omnia talia, & pisces, & insecta nō habēt genas, nec integūt oculos. Oībus mēbrana uitri modo trāslucida obtēditur. Pauloq; pôst: sed quadrupedi in superiore tantū gena, uolucribus in inferiore, Ac paulò pôst: Grauiores alitū inferiore gena cōniuent. At quadrupedes, quæ oua pariūt, ut testudines, crocodili inferiore tantū sine ulla nictatione, ꝓpter præduros oculos. Extremū ambitū genæ supioris, antiqui ciliū uocauere, unde & supcilia. Hoc uulnere aliquo diductū nō coalescit in paucis corporis humani mēbris. Infra oculos malæ homini tantùm, quas prisci genas uocabāt, x i i. tabul. interdicto radi à fœminis eas uetātes. Pudoris hæc sedes. Ibi maximè ostēditur rubor. Infra eas hilaritatē, risumq; indicātes, buccæ. Et altior homini tātùm (quē noui mores subdolæ irrisioni dicauere) nasus. Nō alij animaliū nares eminēt. Auibus, piscibus, serpētibus, foramina tantum ad olfactus, sine naribus. Et hīc cognomina Simorū, Silonū. Septimo mēse genitis sæpenumero foramina auriū, & narium defuere. Labra, à quibus Brōci, Labeones dicti. Ex his Plinij uerbis apparet etiā eam in uultu partē uocari Buccas, quæ uēto inflari solet: Genā membranā illam, & quasi uestē, qua oculus integitur, & cōniuet, id est, aperitur, & clauditur: hoc enim est cōniuere. Malā uerò illud inter genā, & buccam, quasi rotundū in speciem mali (nā utrunq; horū uocabulorum primā longam habet: Malus uerò mala malum, primā breuē) cuius interior pars, quæ oris hiatum efficit, ubi molares affixi sunt, Maxilla dicitur, nomen diminutiuū, nō re, sed uoce. Malā quoq; genā dici Plin. idem fatetur. Ideoq; dens ille intimus, & ipsi genæ affixus, Genuinus dicitur, qui qa maximè latet, ea re.

factũ est iam tritũ uetustate prouerbiũ, Genuino rodere dente .i. latenter per inuidiam carpere famã alterius. Et hoc (ut ille testatur) à posterioribus: nã ueteres tantũ mẽbranam illã oculi, genam appellabant. Quã uetustatem à posterioribus quibusdã seruatã reperimus, nec poëtis modò, ut draconis genæ, pro oculis, continens pro contento: & Seneca in tragœdia de Oedipo loquẽs inquit, Et perirati sibi genas parentis. etiam continẽs pro contento: uerùm oratoribus quoq;: ut Quintil. de cæco loquens, Illa perpetua nocte clausæ genæ non custodierunt.

Pastio, Pastus, Pabulum, Esca, Pasco, Pascor, & Vescor. CAP. LIII.

PAstio uidetur significare cibũ, sed tamẽ potius ad alimenta pecudũ pertinet, quæ pasci dicimus, quãquàm suapte natura significat ipsam actionẽ pascẽdi, nunc frequentius cibũ. Pastus homini cõpetit. Varronis liber de
Libr.3.cap.2. Re rust. titulũ habet de Villaticis pastionibus: uidelicet, quæ ad bruta pertinent. Cicer. Tusc. lib. v. Cum oblectatione solertiæ, qui est unus suauißimus pastus animorum. Pabulũ est pecudũ quidẽ, & tamẽ aliorũ quoq; brutorũ, quãtumq; ego sentio, magis cibus herbaceus, fœniceusq; ac paleaceus, et stramẽtitius, similiumq;, quàm ex seminibus. A pasco enim & hoc descẽdit, sicut Pastio. Escã antiqui accipiebãt etiã, quod dabatur auibus, piscibus'ue ad decipiendũ, nõ solùm ꝑ cibarijs humanis, aliorumq; ani-
Prisc. lib. 1. maliũ. Quomodo autẽ Pasco neutrũ, et Pascor deponẽs, idẽ significẽt, Priscianus uiderit, qui hoc sibi persuasit. est enim Pascor comedo, & uoro, semperq; regit accus. illud
Eclog. 5. uerò sine accusatiuo: ut, Pascentes seruabit Tityrus hœdos. Propriè Pascere bestiarum est, sicut Vesci hominũ, nisi quòd hoc regit ablatiuum, & aliquando potũ quoq; complect

complectitur: ut Anacharsis apud Cic. Carne, caseo, lacte uescor. Pro quo significato non rectè dicam carnē, caseū, lac pascor. Aliud ergo est pascor, aliud uescor. Tusc. quæst. lib. 5.

Incola, Inquilinus, & Accola. CAP. LIIII.

INcola, qui in alterius regione habitat, et in aliena ciuitate, atq; Repub. Inquilinus, qui in alieno priuato, propriè tamen in cōducto, siue in urbe, siue ruri. Cic. de Offi. Peregrini, & incolæ est, nihil præter suū negotiū agere, nec esse in aliena Repub. curiosum. Idem in Philip. Quæ in illa uilla antè dicebantur? quæ literis mandabātur? iura pop. Rom. monumenta maiorum, omnis sapientiæ ratio, omnisq; doctrina. At uerò te inquilino, non domino, personabāt omnia uocibus ebriorū. hoc est in quo incola differt ab inquilino. Rursus Incola ita differt ab Accola, quòd Incola, q in loco: Accola, q ad locū habitat: ideoq; quicūq; iuxta aquas sunt, Accolæ dicuntur, nec refert in suo, an in alieno: ut, accola Vulturni, accola Padi, accola Rhodani. At qui in mōtibus domos, urbesq; positas habent, Incolæ dicūtur: qui iuxta mōtes, Accolæ. Nec immeritò legendū est illud in psalmo CIIII. *Et Iacob incola fuit in terra Chā: non autem accola, quia uox Græca etiam consentit παρώκησεν: licet multis alijs in locis apud Hieronymum quoq; hoc uocabulum reperitur sic positum.* Lib. 1. Philipp. 2.

Campus, Area, & Ager. CAP. LV.

Cāpus est planities terræ ampla, et grādis, ideoq; spatiosæ plateæ, areæ'ue, campi nomē acceperūt. Vnde Romæ Cāpus Martius: nā locus huiusmodi angustior uocatur Area. Ager uerò, tum circumiectū ipsi urbi territorium: ut, Ager Cāpanus, ager Leōtinus, ager Faliscus: tū locus in rure, quē colimus siue arando, siue cōserendo. Nā is, qui seritur frumentis, Aruū nominatur. Verùm in hoc

ſecundo ſignificato habet pluralem numerum:ut, Omnes agros ciuium depopulatus eſt.in priore non habet,duntaxat dum loquimur de ſingularium urbium territorijs:nõ enim dices rectè ſic, Antonius dedit militibus ſuis agros Campanos,& Leontinos:nam hoc pacto non complector nemora,ſaltus,paſcua,deſertos mõtes.ſed ſic potius:Dedit militibus ſuis agros,Campanum,& Leõtinum:id eſt, agrum Campanum,& Leontinũ:quo quidem modo complector omnia,quæ in territorio illo ſunt.Ager etiam flumina,lacus,cæteraq́; omnia includit.

Sylua,Lucus,Saltus,& Nemus. CAP. LVI.

SYlua,& Lucus,Saltusq́; ſic differũt,ꝙ Sylua generalius nomen eſt:prætereà ſolet eſſe cædua.Lucus nequaquam cæduus eſt, quin potius manu conſitus, religioſus, atq; uel alicui deo,uel alicuius hominis cineribus cõſecratus.Ideoq́;aut circa delubra numinum,aut circa ſepulcra uirorum poſitus eſt.Saltus uerò,ſylua inuia,nec tranſeuntibus peruia,in quo paſci,atq; æſtiuare pecudes ſolent:aut ſi locus,aërq́; patiatur,hyemare. Nemora autem uoluptatis cauſa comparata ſunt,& plena amœnitatis.

Femora,Femina,& Coxa. CAP. LVII.

FEmora partẽ illam exteriorẽ ſignificãt:Femina partem interiorem,molliorémq́;, quæ ſe contingunt:uel, Femora partem anteriorem,Femina poſteriorem.Liuius lib.XXII.Quoſdam & iacentes uiuos ſuccifis feminibus, poplitibusq́; inuenerunt. A' quo conficitur nomen Femoralia,ſiue Feminalia(utroq; enim modo ſcriptũ reperio) pro braccis. Tamen nominatiuus Femen non reperitur. Coxa pars ſupra femora: uertebrumq́; ipſum quoties uitiatum eſt,aut os illud, quod in uertebro uoluitur fractũ, coxa uitiata,fracta'ue dicitur.

Crimen,& Flagitium. CAP. LVIII.

CRimen non modò pro delicto, sed pro ipsa etiã crimi natione. Cic. in Phil. Hæreditatem mihi negasti obue nisse, utinam hoc tuum uerũ crimen esset. Flagitium propriè in libidine, quasi flagris dignũ crimẽ: sed pro cæteris quoq; peccatis accipitur, nec tantùm turpibus, uerùm his etiam, quæ per negligẽtiam, imprudentiam, obliuionemq; committũtur: ut idẽ in Bruto, Tantam'ne fuisse obliuionẽ, inquit, in scripto præsertim, ut ne legens quidem senserit quantum flagitij admisisset? id est, erroris.

Vectigal,& Fœnus. CAP. LIX.

VEctigal nõ solùm ex publico, uerùm etiã ex priuato capitur: ut in Paradoxis Cic. Ex meo tenui uectigali detractis sumptibus, &c. Et iterũ: Nõ intelligũt homines quã magnũ uectigal sit parsimonia. Paulus: Cæsæ arundinis, uel pali cõpendium, si in eodẽ fundo uectigal esse consueuit, ad fructuariũ pertinet. Ex omni tamẽ prædio uectigal est. Fœnus uerò ex solo ipso. Nã dicitur naturalis fructus terræ Fœnus. Posteà autem ad usuram translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. Eod. lib.

Luctus. CAP. LX.

LVct⁹ est dolor, q exterius ꝓditur uultu ipso, atq; aspectu. Sæpe ipse habitus, uultus, atq; uestis, luct⁹ est. Vnde de secundo bell. Pun. post cladẽ illã Cannensem censuerũt Patres cõscripti, ne fœminæ ultra triginta dies ĩ luctu essent: nõ uidelicet, ne in dolore (nõ enim imperare dolori possumus) sed ne in illo lugubri habitu. Et matronæ Iuniũ Brutum anno luxere, tanto tẽpore item Publium Valer. Liu. lib. 2. decad. 3. Liu. 2. ab urb.

Otium. CAP. LXI.

OTium uacatio à labore, quod notũ est, cuius contrarium est Negotiũ. Sed quia hi qui studijs operã dãt,

necesse

necesse est, ut non negotiosi sint, factum est, ut Otium pro literario studio accipiatur: ut Quint. Inquirendo scribendoq; talia, cõsolemur otium nostrum. Non desiderat otiũ solatium, sed labor: ergo pro labore studij otium accepit

Tusc. quæst. lib. 5. Cic. Quid est enim dulcius otio literario? id est, studio, & (ut ita loquar) negotioso otio. Tale quid habet apud Græcos, σχολή.

Amor, & Charitas: Caritas, & Penuria. CAP. LXII.

AMor genus est, Charitas species. Illud ad oĩa pertinens, hoc autẽ ad homines demũ, & quidem pro dignitate, ac qualitate personarũ. Maxima quidẽ charitas debetur parentibus, proxima filijs, et deinceps reliquis. Caritatem etiã pro Penuria accipimus: sed frumenti quidem, & annonæ caritatem dicimus. Penuriam uerò uini, aquæ, pabuli pecorũ, pecuniæ, uirorum, cæterarumq; huiusmodi rerum. Vel Penuria est (ut sic dicam) carentia omniũ rerũ: Caritas uerò, quæ contraria est uilitati. Ideoq;

Epist. 9. lib. 6 Plin. Iunior ait, accessisse agris suburbanis caritatem. Et Quint. quum ait: Itaq; caritas annonæ, rarum frumẽtum, cædes, ac direptio pecorum, idem est, ac si dixisset caritas annonæ, penuria frumenti.

Seditio, & Factio. CAP. LXIII.

SEditio, uel à seorsum sedendo, uel (ut Ciceroni placet) à seorsum eundo dicta, tunc est, quum populo secum discordante, res ad manum uocatur. Qualem ciuitatis statũ Vergilius describit, sic dicens,

Aeneid. 1. Ac ueluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitq; animis ignobile uulgus:
Iamq; faces, & saxa uolant, furor arma ministrat.

Similiter dicitur Seditio in exercitu, ĩ classe, in schola, et siqd est tale. Factio est diuisio ciuiũ in diuersa studia, quũ

aliqui se principes, & primarios in ciuitate efficere conãtur, inter quos æmulatio est, qui & Factiosi dicũtur, pro se quisq; quàm maximam potest ciuium multitudinẽ (qui Clientes uocantur) ad se trahens, cibiq; quouis pacto per fas, nefasq; concilians: quæ pestis intestina cunctas ciuitates duntaxat Italiæ inficit.

Bellum, Prælium, pugna, & Certamen, CAP. LXIIII.

B*Ellum, est tũ ipsa pugna, tum totũ tẽpus, quo in militia sumus, quã illiterati Guerram uocant, Prælium. ipsum tantũmodo armorũ certamen. Nã & Pugna Certamenq; etiã citra arma fit: interdũ etiã fit nudis uerbis.*

Copia, & Copiæ, CAP. LXV.

C*Opia, facultas, potestasq; est: ut, Faciam tibi copiam inspiciendi libros meos .i. dabo tibi facultatem, uel faciam tibi potestatem. ut enim alio loco dixi, semper iunctum est cum uerbo Facio, duntaxat apud oratores. Nam poëtæ cum alijs uerbis, & præcipuè cum Do. ut Vergil.*

Affari extremũ miseræ data copia matri. Et iterum: Aeneid. 9.

Postquam introgreßi, & coram data copia fandi. Aeneid. 1.

Sine his autẽ duobus uerbis, Copia plerũq; pro abundantia accipitur. Vnde dicta est copia orationis, & Copia pecuniarũ, & Copia frumẽti. In plurali quoq; pro eodẽ significato: ut, Noui copias tuas: Omniũ rerum copias habeo. Peculiariter tamẽ appellamus militũ multitudinẽ: ut Copiæ Põpeij, Copiæ Cæsaris, Copiæ aduersariorum: pro quo ĩperiti dicũt, Gẽtes aduersariorũ, Gẽtes nostræ. Et in hoc etiam significato nõnunquam in singulari: ut Pompeius ad Domitium: Neq; solus cum ista copia tantã multitudinem sustinere poteris. Et paulò pòst: Etiam atque etiam hortor, ut cùm omni copia quàm primùm ad me uenias. Sallu. Postremò ex omni copia Catilinæ neque in Epist. 19. li. 8. epist. ad Att. In Catil.

præl

prælio, neq; in fuga quisquam ciuis ingenuus captus est. Verg. 11. Aeneid. -Et *quæ sit me circum copia, lustro.*

Elogium. CAP. LXVI.

ELogium, *est testificatio de aliquo siue honoris, siue uituperationis causa. Vituperationis: ut* Quintil. *Nõ est iudices, q̃ putetis ideo nullum adiectũ ad exhæredatio nem iuuenis elogiũ, quia de scelere constaret.* Et alibi: *Si exhæredatũ à se filiũ pater testatus fuerit elogio, ꝓpterea quòd is meretricẽ amaret.* Multa *sunt huiusmodi exẽpla apud Iurisconsul. sed unum sufficerit* Modestini, *ubi huius nominis (nisi ab altero adiecta sit) interpretatio reperitur. Cuius hæc uerba sunt:* Desertorem *auditũ ad suũ ducem cũ elogio (id est, cũ uituperatione) mittat.* Honoris *causa, ut* M. Tullius: *In quod elogiũ plurimæ consentiunt gẽtes, uirum esse ciuitatis primariũ, &c.* Et iterũ: Quid *elogia sepulcrorũ?* Quæ *qualia sint,* Sueton. *in Claudij uita ostendit. dicens:* Nec *cõtentus elogium tumulo eius uersibus à se cõpositis insculpsisse, etiã uitæ memoriã prosa oratione composuit.* Seneca *in* Declam. Decessit *negotiator, testamento omnium bonorum reliquit formosam uxorem hæredẽ, & adiecit elogium, quia pudicam comperi.* Pro *simplici autem sententiæ suæ testificatione,* Cic. *Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat uelle suã mortem dolore amicorum, lamentisq; uacare.*

Lib. 2. de fin.

Tusc. quæst. lib. 1.

Cap. 1.

In Cato. maiore.

Condictio, & Conditio. CAP. LXVII.

COndictio, *à cõdico nascitur.* Cõditio *à cõdo. Illud rarius est, quod ita* Iustinia. *(si credimus hominẽ Græcũ* Romanis *iura potuisse præscribere) definit:* Cõdicere *est denũtiare, prisca lingua.* Nunc *uerò abusiuè dicimus* Condictionẽ, *actionẽ in personã, quã actor intẽdit sibi dari oportere.* Nulla *enim hoc tẽpore eo nomine denuntiatio*

tio fit.Ergo Condictio erit uel hæc actio, uel illa denũtiatio.Conditio uerò multi his temporibus male(ut pleraq;) usurpant,accipientes pro mentis qualitate: ueluti, Hic est *homo mansuetæ, & bonæ conditionis: quod antiqui dicebãt,boni,& mansueti ingenij: nos quoq; mansueti animi, & mansuetæ mentis.*Nos cùm dico,de illis dico,qui Latinè *loquũtur.*Nam *homo bonæ cõditionis*, Latinè dicitur, *si ad fortunas referatur,nõ si ad mores.*Vt, *Ille est uir magnæ,paruæ,mediocris cõditionis:i. diues, pauper'ue, aut inter hos medius.*Ego *sum positus in hac cõditione:i. fortuna,ac sorte.*Cic. *O' miserã conditionẽ administrãdi cõsulatus.*Huic *significato illud penè par est, quũ inter plura eligendæ sortis est oblata electio: ut apud* Mar.Fabiũ, *Oblata est à iuuenibus tyranno cõditio,ut dimitteret alterũ ad uisendam matrẽ,ad diẽ præstitutũ reuersurum, ita ut nisi accurrisset ad diẽ,de eo,qui restiterat,pœna sumeretur.* Dicimus *igitur,Offero conditionẽ: uel,* Fero, *uel pono cõditionẽ.*Nunquàm *ferè per aliud uerbũ.*Quæ cõ*ditio dũ placuit,etiã ferè semper dicimus,*Accipio *conditionẽ.*Vt *apud* Terẽtiũ, *amatores* Chrysidis *tulerũt mulieri conditionẽ, si uellet eis morem gerere, se daturos illi pretiũ,liberalemq; mercedem.*Ipsa *uerò accepit conditionẽ,hoc est,pactioni,promissioniq; assensit.*Ab *illo significato nõ longè absunt,*Offero *electionẽ,* Do *optionẽ.*Hæc *tamen solent esse inter plura,illud uerò in uno frequẽtius: ut,*Offero *electionẽ utrũ uelis eligẽdi: &,*Do *optionem, quod uelis potissimũ optandi: deinde tu aut eligere te dicis,aut optare.* Offero *cõditionẽ* Chrysidi, *unam scilicet.* In Andr. act. 1.sce.1.

Frondes,& Folia. CAP. LXVIII.

FRondes *arborum sunt tantùm.* Folia *autem & arborum,& herbarum,& florum quoq;.*

Excubiæ,& Vigiliæ. CAP. LXIX.

EXcubiæ diurnæ, & nocturnæ. Vigiliæ tantummodo nocturnæ.

Suffragia. CAP. LXX.

SVffragia sunt (ut sic dicã) uoces, quæ dicebãtur ad comitia, in tabella'ue scribebãtur, qbus suã quisq; declararet uoluntatẽ de aliquo eligendo in magistratum: qualis est hoc tempore electio summi Põtificis, & eius quem Cæsarẽ Augustũ Christiani non erubescunt appellare, à damnatis nominibus tyrannorũ, qui non modò oppressere Rempublicã, ut nemo iam poßit uocari rex Romanorũ, sed sub eorũ gladio, REX uerus cœli, & terræ occisus est. Et posteà isti insani, & nostræ religionis immemores, uocãt diuum Augustum, diuum Claudiũ, diuum Traianum, quasi uulgus, atque homines poßint principes referre in deos. Sed hæc omittamus, hoc tantùm dicentes, Romanos non agnoscere regẽ aliquẽ. Et quum cæteræ gentes in libertatem se asseruerint, hoc multò magis nobis licere. Suffragia igitur (ut dicebam) sunt uoces in electionibus: quod suffragiũ, quia cui præstamus, nimirùm eidẽ gratum facimus, hinc factũ est, ut Suffragiũ pro auxilio sæpe ponamus: & Suffragor, pro auxilium fero. Refragor, repugno, propriè quidem in dictis, sed nonnunquã & in factis.

Catulus, Pullus, Hinnulus, & Fœtus. CAP. LXXI.

CAtuli sunt ferarum siue immitiũ, siue mitiũ. Nam & Catulos murium legimus. Pulli uerò pecudũ. Fœtus auium, & piscium: quanquã & hoc generalius nomẽ est. Vnde Fœtificare, pro parere: & Fœtura pro partu, ad omnia animalia muta pertinet. Ceruorũ hinnulos dicimus capreolorũ quoq; caprearũ, damarũ, leporũ similiumq;.

Georg.3. Catulos quoq; serpentũ, ut Vergilius de colubro: -Catulos

los tectis, atq; oua relinquens. Immaniumq; piscium, qui non edunt oua. Propriè tamen catuli sunt filioli canum. Eclog.1.
Vergil. Sic canibus catulos similes. Cicero de Diuin. Lib.1.
Erat autem mortuus catellus eo nomine.

Lues,& Pestis. CAP. LXXII.

LVes, & Pestis hoc differunt, quo genus, & species. Nam quum in urbe,aut in agro febris,aliud'ue genus morbi sæuit,siue solos homines,siue sola pecora,siue utrosque corripiens, Lues dicitur:interdũ etiam si arbores,ac sata. Pestis uerò aut citò occidit, aut citò abit ab eo,quem inuasit, quæ eadẽ dicitur Pestilentia. Nonnunquã tamen pro lue ponitur,atq; ad animi uitium sæpe transfertur.

Corpus,& Caro. CAP. LXXIII.

COrpus potius,quàm carnem,nostrũ uiuentium dicimus: & hominem corpulentum potius,quàm (ut aliqui loquuntur) carnosum. Quintilianus in sexto: Corpulento litigatori,cuius aduersarius item puer circa iudices erat,ab aduocato latus, quid faciam? te ego baiulare non possum. Item in primo: Ossa detegunt: quæ ut esse & adstringi neruis suis debent,sic corpore operiẽda sunt. Idem in quinto, Neruisq; illis, quibus causa continetur,adijciunt,inducti super corporis speciẽ. Et alibi: Hæret adstricta nudatis oßibus cutis, & in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore: Cicero ad Gallum: Ego hic cogito commorari,quoad me reficiam. Nam & uires, & corpus amisi. Sed si morbũ depulero,facilè (ut spero) illa reuocabo. Quod etiam significauit Martialis,quum ait: Epist. 27.lib. 7.epist.fam.

Viuebant laceri membris stillantibus artus, Epigr.7.ad Cæs.
Inq; omni nusquam corpore corpus erat.

Videlicet quòd in corpore illius non erat caro.

Lamina,& Bractea. CAP. LXXIIII.

LAminam tam ferream, æream, plumbeam, stanneam, quàm auream, argenteam, electreã, orichalceã dicimus: Bracteã potius ex his posteriorib. Aut certè Bractea tenuis est, et sua spõte plicabilis: Lamina uerò craßior, ex qua armatura cõficitur, & qua incẽsa olim hoĩes torquebantur: nec crepitat, ut bractea præ tenuitate. Verg. ĩ v i.

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea uento.

Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea est, ut crepitare non poßit: ut illa ex qua fit auratura, & argẽtatura.

Munimenta, & Monumenta. CAP. LXXV.

MVnimenta sunt munitiones castrorũ, cæterarumq; rerum, quæ contra aduentum hostium muniunt, siue uallo, & fossa, siue alio quouis modo, quo sint milites (ut dixi) ab hostiũ aduentu muniti. Monumẽta, i mutata in u, sepulchra, statuæ, tituli, libri cæteraq;, quæ nos alicuius rei præteritæ moneant. Nam de futuro (ut quidam uolunt) ideo sepulchra appellari monumenta, quòd nos nostræ ipsorum mortis admoneant, falsum est. In honorem enim mortui illa tantummodo fiunt, nõ in publicã præceptionẽ: uixq; monumẽta dixerim, nisi literæ, aut alij tituli appareãt: quæ si desint, magis sepulchrũ, quàm monumẽtum erit. Liu. lib. x l v i i i. Vtrobiq; monumenta ostenduntur, & statuæ. Nam & Literni monumentum, monumentoq; statua superimposita, quam tempestate disiectam nuper uidimus ipsi: & Romæ extra portam Capenam in Scipionũ monumento tres statuæ sunt, quarum duæ P. & L. Scipionum dicuntur esse, tertia poëtæ Quinti Ennij.

Opera, & Opus. CAP. LXXVI.

OPera est actio, ut Dabo operam: & in iure ciuili, de Operis libertorũ. Cicer. de Officijs, Non malè præ- Lib. I.
cipiunt,

cipiunt, qui seruis uti iubēt, ut mercenarijs ad operā exigendam, & iusta præbēda. id est, ad laborē, & operationē corporis. siue (ut ait Vlpianus) Operæ sunt diurnū officiū: Opus est finis, fructusq́; operæ. Vnde Opera autorū dicūtur, & Opera publica, ipsa publica ædificia. Nōnunquam uidetur Opus pro opera accipi: ut Vergilius: Mollibus è stratis opera ad fabrilia surgit. quasi ad operas. Sed (ut uidere uideor) quoties non ad laborē corporis, sed ad laborem animi, & artem, industriamq́; respicimus, magis Opus, quàm Opera, dicendum est: ut, In opere rustico, in opere faciendo, in opere fabrili, in opere textorio. Hanc differentiam ita ponit Seruius. Hoc Opus, & hæc Opera tunc dicimus, quando negotium ipsum significamus, quod geritur. Si autem fœminino genere dixerimus Operas, ipsas personas, quæ aliquid faciunt: sicut Custodia dicitur, quæ custodit: ut, -Cernis custodia qualis. Nā ut hi, qui custodiuntur, Custodiæ dicantur, usurpatū est: unde male est in usu, custodiæ audiuntur. Hæc Seruius. Sed non absolutè definit opus, & operam: utrunq; autē horum nominum in eodē posuit loco Terentius: Quod in opere faciendo operæ cōsumis tuæ, si sumas in illis exercēdis, plus agas. Operæ autē pretium ab opera est, ut uersus indicat Iuuenalis:

Aeneid. 8.

Serui. in illud Vergi. 11. Aen. Extulerat lucem referens opera, atque labores.

Aeneid. 6.

In Heauton. act. 1. sce. 1.

Est operæ pretiū penitus cognoscere, toto Quid faciāt, agitentq́; die. Id est, fructuosum est, & ad rem pertinens, ideo uel quia decēs, uel quia utile, uel gloriosum, uel quia iucundū. Ab hoc nomine Liuius exorsus est, dicēs, Facturus'ne operæpretium sim, si res gestas populi Romani ab initio perscripsero, necdū scio, nec si sciam, dicere ausim.

Satyr. 6.

Lib. 1. ab urb.

Solatium, Consolatio, & Solamen. CAP. LXXVII.

SOlatium, & Consolatio idem sunt, nisi quòd illud re, hoc uerbis fit. Quintil. Cæcitatis miseræ solatiū est ha-

bere rem uidentium. Idem: *Itis obuiam cõsolationibus: & (quod omnẽ modum feritatis excedit) captatis in magna calamitate laudari.* Nec mirũ, *quum consolari sit oratione, Solari uerò semper ferè aliter.* Nolo afferre plura male utentium exempla, quæ facilè quilibet sibi inueniet. Cicero tamen de Amicitia ait: *Ipse me consolor, & maximè illo solatio, quòd eo errore careo, quo in amicorũ discessu plerique angi solent.* Vtrunq; rectè dictum est. Quid enim non rectè Cicero dicat? Nam quum se tanquam alterum, quasi colloquio à mœrore reuocet, debuit dicere consolatur. Quia uerò oratione non utitur, solatiũ dicere potuit. Solamẽ idẽ quod solatiũ est, sed magis poëticum. Vergil.

Aeneid. 3. Solamenq; mali de collo fistula pendet. Quo tamen Boëthius, & quidam alij utuntur.

Affectus, Affectio, & Affectatio. CAP. LXXVIII.

AFfectum nusquã uideor reperisse apud Marcũ Tullium, frequẽtissimè Affectionẽ. Contrà, apud Quintilianũ frequẽtissimè Affectũ, rarò Affectionẽ: ut illo loco (si modò non est mendosus) ubi ait: *Cupiditas causa sceleris fuit, quæuis eius ira quantũ efficiat in animis hominũ, talis affectio.* Nescio an sit affectus. Et in alio loco: *Illa uerò frigida, & puerilis in scholis affectio.* Affectionẽ Cice.

De Inuent. libro 1. modò sic definit: *Affectio est animi, aut corporis ex tẽpore aliquo de causa cõmutatio: ut lætitia, cupiditas, metus,*

De Inuent. libro 2. *molestia, morbus, debilitas, et alia quæ in eodẽ genere reperiuntur.* Modò sic: *Affectio est quedã ex tẽpore, aut ex negotiorũ euentu, aut administratione, aut hominũ studio cõmutatio rerum, ut nõ tales quales antè habitæ sunt, aut plerũq; haberi solẽt, habendæ uideãtur esse.* In Tusculanis idem autor, & alibi uoluntatẽ hominis affecti ad uirtutẽ, atq; ipsam uirtutẽ animi, appellari Affectionẽ ait, qualis

non

non est Affectus, qui Græcè dicitur πάθος, quod ipse Cicero interpretatur, Perturbationē malens dicere, quàm morbū, quo nomine sæpißimè utitur. At Quintil. nō perturbationē, sed Affectum nominat: neq; ipse aut solus, aut primus sed pleriq; ante eū, ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, alijq; multi. Ita enim ille ait: Alterā Græci πάθος uocant, nos, uertentes rectè, ac propriè, affectū dicimus. Illa igitur (ut ego quidē sentio) affectio Græcè πάθος dicitur, quā nostrates philosophi in Latinū uertētes appellant Dispositionē. Aliquibus tamē uideri posset definitio illa Ciceronis hunc quoq; significatū, qui est πάθος cōplecti. Quibus, quia ad rē nō multū attinet, nō sanè repugno: cùm præsertim oēs ferè Iuriscōsulti, omnesq; ecclesiastici scriptores affectionē pro affectu accipiāt. Est aūt Affectus pars illa animæ qualitatis, quæ è regione rationis est. Quicquid enim in anima, præter partē illā memoriæ, ratio nō est, affectus est: & rursus, quicqd nō est affectus, ratio. Ab hoc fit Affecto, quo etiā Cicer. ipse sæpe utitur in libris ad Herenniū: Nō tam affectanda, quàm illæ superiores, sed tamē adhibēda nonnunquam: Apud eundē nunquàm (nisi me incuria fefellerit, aut memoria fallat) legi Affectationē, frequēter apud Quint. & cæteros, ut ibi: Nihil odiosius affectatione, i. affectu, conatuq; æmulādi alteri⁹ uirtutē, quā assequi nequeas refragāte natura: uel nimio affectu, nimioq; conatu alteri⁹ uirtutē æmulādi: ita ut turpe sit ac deforme, sic auidè æmulari.

Quintil. li. 6. cap. 3.

Lib. 4.

Latebræ, & Latibula. CAP. LXXIX.

LAtebræ, hominū propriè dicūtur: Latibula, ferarum. Quintilianus: Et quāuis odio euersoris nostri euocatus è latebris suis populus, subsellia nō implet. Cicero: Videant, ne quæratur latebra piurio, id est, excusatio piurij.

Declam. 12. Lib. 1. de Off.

Latibula nōnunquam hominum: Latebræ etiam ferarum. Liuius lib. XLVII. *Inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit.*

De Luce,& tenebris,Die,ac nocte. CAP. LXXX.

LVce,& tenebris,pro Die,ac nocte accipere solemus. Differt tamē Prima luce,à prima die. Nam ibi intelligitur prima pars diei,& quasi diluculum:hîc autē prima dies. Ita Primis tenebris,et Prima nocte.Ibi de prima parte noctis loquimur,hîc de nocte ipsa. Ideoq; Ante lucē melius dicimus q̃ Ante diē, si diluculum significamus. Nam Ante diē,pro ante tempus,dici solet:præterquàm si de certo die loquamur:ut, Ante diē decimū:uel, Ante sextū Calendarū Nouēbriū:id est,sexto die ante Calend.Nouemb. In quo loco præceptū Pauli inserere nō inutile fuerit, qui ait: Ante diem decimū Calendarū, & post diem decimum Calendarum,æque utroque sermone undecima dies significatur. Verùm nō quemadmodū Ante lucē melius, quàm ante diē, pro diluculo dicimus: sic Ante tenebras, q̃ ante noctē,pro crepusculo,sed ediuerso potius. Reperitur autē Luci pro luce,ut Vesperi pro uespere, & Ruri pro rure.Cice.in Philip.Quis enim audeat luci? quis in militari uia? Diē pro diurno tēpore, itēq; pro certo tēpore uolunt esse masculini generis, notauerūtq; Vergiliū indifferēter accepisse. Ego tamē & apud hunc, & apud cæteros pro tēpore ipso semper annotaui esse fœmininū:ut,Ipsa dies facit hominē prudentē: &, Multa dies magnā dat hominibus rerū experiētiā. Vnde Pædianus uult fieri Dieculam, pro paruo tēpore. Et apud Iuriscōsultos,Bima,trima,quadrima die,pro tēpore Biēnij,triēnij,quadriennij:quod Iurisperiti nō intelligūt. In certo tēpore Pædianus idē consentit, debere esse generis masculini. Dicimus ergo Hesterno

Philip.12.circa finem.

sterno die, & crastino: non hesterna die, & crastina. Ad diem non uenit, ad diem non affuit: id est, die præstituto.

Orator, Rhetor, & Declamator. CAP. LXXXI.

ORator, qui causas orat uel in iudicijs, uel in cõcionibus: qui Græcè dicitur ῥήτωρ, id est, rhetor. Nos tamen rhetorem professorem rhetoricæ uocamus, nõ oratorẽ. Mirorq́; cur in hoc tã facili, peruulgatoq́; nomine exponẽdo Victorinus errauerit. Declamator est, qui studẽs apud rhetorẽ in cõuentu scholasticorũ fictã causam orat, id agens, ut in ueris posteà causis posit orare. Ipse quoque rhetor, & quicunq; alius etiã extra scholã hoc ipso genere utitur, siue ut alios, siue ut se exerceat, Declamator uocatur. Nonnunquã tamẽ more Græco reperimus poni, ut Cic. lib. II. de Nat. deo. Hæc quum Cotta dixisset, tũ Velleius, Ego, inquit, incautus, qui cum Academico, & eodẽ rhetore cõgredi conatus sum. Nã neq; indisertũ Academicũ pertimuissẽ, neq; sine ista philosophia rhetorẽ, quãuis eloquentẽ. Rhetorem dixit uel oratorem, uel rhetoricum.

Victorinus in sua præfa. in lib. I. Cice. de Inuent.

Peregrinus, & Hospes, Diuersorium, & Hospitium. CAP. LXXXII.

PEregrinus, & Hospes hoc differũt: quòd Peregrinus uocatur, qui in ciuitate sua nõ est: Hospes, qui in aliena est. Vel peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriũdus non est: Hospes qui in nostra est. Cic. Vos hospites in hac urbe uersamini, uestræ peregrinantur aures? Quintil. Atticanus Theophrastũ hominẽ alioqui disertissimũ, annotata unius affectatione uerbi, hospitẽ dixit. Nec alio id se deprehendisse interrogata respõdit, q̃ quòd nimiũ Atticè loqueretur. Pro hoc imperiti dicũt Forenses, aut Extranei: loquẽdũ enim mihi barbarè est, ut barbariẽ emendẽ. Hospites igitur sunt, tã q in priuato alicuius hospitio sunt, quã

Lib. 8. cap. I. Pro Milo.

qui in publico, quod diuersoriũ, uel tabernã meritoriã appellamus: tãq; q recipit, q̃ qui recipitur. Vnde Ouid. Nõ hospes ab hospite tutus. Cic. Per dextrã istã, quam hospes hospiti porrexisti. Sed ille receptor propriè uocatur Hospes, q priuatim, et amicitiæ causa recipit: unde Hospitiũ: ut idẽ, Fuit mihi cũ illo uetus hospitiũ, i. amicitia familiariter uel mihi hospitãdi apud illum, uel illi apud me. Vnde Hospitales hoĩes, qui amore nõ pretio hospitiũ suũ cõmunicãt. Hospitiũ & priuatũ, & publicũ dicitur. Liuius, Tarẽto Annibali per dolũ prodito, ait hospitia tantummodo Romanorũ à militibus fuisse direpta. Certè priuata, nõ publica. Cicer. Ex hac uita sic decedo tanquã ex hospitio, nõ tanquã ex domo: cõmorandi enim natura diuersoriũ, non habitandi dedit. Pro eodẽ posuit diuersoriũ, & hospitiũ.

Metamor. 1.

Pro Deiotaro.

In Cat. Maio.

Conciuis, Conterraneus. CAP. LXXXIII.

Conciuis, qui eiusdẽ ciuitatis est: Cõterraneus, qui eiusdem terræ, hoc est, territorij. Maior est enim terra, quàm urbs, oppidum'ue, cuius habitatores uocãtur Ciues. Cic. Eorũ qui in hac terra fuerũt, magnãq; Græciã (quæ nunc quidẽ deleta est, tũ florebat) institutis, & præceptis suis erudierũt. Plin. tamẽ Catullum conterraneũ suum uocat: uel q ex diœcesi illa, uel quòd ex urbe sit Veronẽsi. Vterq; enim dictus est Veronẽsis. Nã illius nepos, & per adoptionẽ filius fuit Nouocomẽsis, & ideo Plin. Secũdus & ipse dictus est. Quidã librũ nuper sic inchoauit: Fauonius ciuis meus, optimè princeps, & cõsul tuus. Quum dicere debuisset, Cõciuis meus Dominus enim ciuitatis, ciuẽ suũ uocat, quia nõ põt appellare conciuẽ. Quẽadmodũ miles sociũ in militia, nõ militẽ suũ uocare potest, sed commilitonẽ. Et discipulus eũ, qui unà eidẽ præceptori dat operam, nõ discipulum suũ, sed cõdiscipulum. E diuerso præceptor

De Amic.

Pli. in præfa. nat. hist.

ceptor nō uocat auditores ſuos, cōdiſcipulos ſuos, ſed diſcipulos. Et dux in bello, nō cōmilitones, ſed milites ſuos appellabit. Licet Cæſar, & quidā alij appellauerint milites ſuos cōmilitones, cōparādæ beneuolentiæ gratia: ut apud Vergil. Aeneas qui ſub eo erāt, ſocios uocat. Hic ergo homo priuatus nō debuit quenquā ſuū ciuē appellare, ſed cōciuē: nec rurſum aliquē principē conſulē dicere. Nonnunquā tamē inuenitur ciuis pro cōciuis, ut Lælius apud Luc.

Verg. Aen. I. O ſocij, neque enim ignari ſumus antè malorū.

Nec ciuis meus eſt, in quem tua claßica Cæſar
Audiero. Dicam tamen municeps meus, pro eo quod eſt, cōciuis meus, quia cōmuniceps non inuenitur. At quoties non apponimus pronomē, rectius ſine appoſitione loquimur: Audite ciues, ſuccurrite milites, legite diſcipuli. etiā ſi mei fuerint cōciues, cōmilitones, cōdiſcipuli. Quòd ſi quando per hæc poſteriora ſine pronomine loquor, tamen pronomen ſubintelligēdum eſt: ut, Omnes me conciues amant. Cur tu non das commilitonibus partē? Ille ſemper exagitat condiſcipulos quæſtionibus. ſubintelligitur, mei, tuis, ſuos. Dicimus tamen, Vos eſtis ciues noſtri: quaſi Reipublicæ noſtræ, nō quaſi ſingulariū aliquorū ciuium.

De Prætor, Prætoriuſque, & aliis magiſtratuum nominibus. CAP. LXXXIIII.

PRætor, qui præturā: Conſul, qui conſulatū: Quæſtor, qui quæſturā: Aedilis, qui ædilitatem: Cenſor, qui cenſuram: Tribunus, qui tribunatū: Primipilus, qui primipilatū gerit. Senator, qui ſenator eſt, aut fuit. Prætorius, qui præturā: Conſularis, qui conſulatū: Quæſtorius, qui quæſturam: Aedilitius, qui ædilitatē: Cenſorius, qui cenſuram: Tribunitius, qui tribunatū: Primipilaris, qui primipilatū geßit. Senatorius nō dicitur ſenator, ſed (ut dixi) uel ſenatorij ordinis, aut de domo ſenatoria. Triūphator, q triū-

phat propriè, sed etiam qui aliquãdo triumphauit. Vt uictor exercitus, qui uicit. Triũphalis, qui triũphauit. Cæterùm illa priora nomina sunt substãtiua, quia iunguntur cũ adiectiuis: ut, diligẽs cõsul, bonus tribunus, iustus prætor, seuerus cẽsor. Hæc posteriora sunt adiectiua, eò quia iunguntur cũ substantiuis: ut, Homo cõsularis, tribunitia mulier, prætoria familia, cẽsoriũ edictũ. Quòd si absint substantiua, subintelligũtur: ut, Consulares rogãtur primi sententiã in senatu, proximi prætorij, deinde tribunitij: intelligimus homines: quemadmodũ in illis, plebeij, nobiles, potentes, ingenui, libertini. Proconsul, non qui pro alio consule præest prouinciæ, sed qui cũ potestate consulari extra ordinẽ ad aliquam prouinciam administrandam mittitur: præterquàm quòd non duodecim fasces eum præcedunt, qui præcedunt consulem, sed tantùm sex, ut etiam prætorem, & præsidem. Proprætor non pro alio prætore præturam, sed extraordinariam gerit. Itaq; dicitur Proquæstor, & si qui sunt alij huiusmodi nominum magistratus.

De locorum quorundam nominibus, & possessiuis horum. CAP. LXXXV.

RHegini ex oppido Calabriæ, Rhegienses ex oppido Galliæ Cisalpinæ: quorũ oppidorum utrumq; uocatur Rhegiũ. Albani, et Albẽses. ex oppido Alba in Latio, Albani: ex oppido Alba ad lacũ Fucinũ, Albenses: qui à quibusdã Albani dicuntur. Cumani ex oppido Cumarum in Campania, quam nunc prauè uocant Terrã laboris: Campaniã uerò illam regionẽ, quæ illi finitima est Romã uersus. Comẽses ex oppido Como in ea Gallia, quã nunc Lombardiã nominãt, in qua ipsa Gallia, & finitimũ Como est Bergomũ, unde Bergomẽses. Pergamũ, ex qua urbe Pergameni, in Asia: à qua, quia ob penuriã chartæ, ab Attalo

rege

rege missa est membranarũ copia, membranæ Pergamenæ sunt nominatæ. In Asia cùm dico, prouinciã intelligo. Nam in ea, quæ est tertia pars orbis terrarũ, regio quædam est eodẽ nomine, quam Turchiã nunc uocant, non autem, ut quidam uolunt, Teucriam: quemadmodũ in Africa, quæ & ipsa tertia pars orbis dicitur, est etiam regio eiusdem nominis. unde Afros dicimus homines, non autem Afram regionem. Thebani à Thebis in Græcia: Thebæi è Thebe in Aegypto. sed Thebæi secundum Græcam formam fit: nam & Thebani, Græcè Thebæi dicuntur. Non tamẽ occurrit, ubi in libris gentilium legerim Thebæos.

Priscus, & Pristinus. CAP. LXXXVI.

PRisca, quæ superioribus seculis, aut superiore ætate: ut, prisci Latini, priscus Tarquinius, prisca tempora. Pristina, quæ superioribus annis, mẽsibus, diebus, & quæ nostra memoria fuerũt: ut pristina nostra amicitia, pristina beneficia nostra. Neq; rectè hîc dicas prisca, neq; illhic pristina. At uerò si de rebus, quæ non senescũt, loquaris, Pristinũ, non priscum decebit: ut, Pharos & Tyrus nunquàm in pristinũ statũ redibũt. Maria in freto Messanensi laborãt, ne montes, si Lucano credimus, repetãt pristina confinia. Atqui tantũ tẽporis est, ex quo illhuc mare irrupit, ut memoriæ nõ ĩueniatur proditũ. Padus post qngentos, & eo amplius annos solet reuerti in pristinũ cursum.

Lucan. lib. 3. Vis illhic ingens pelagi, semperq́ue laborãt Aequora ne rupti repetant confinia montes.

Prosper, & Felix. CAP. LXXXVII.

PRosper qui dat: Felix qui recipit prosperitatẽ. Sidus Veneris (si credimus mathematicis) Prosperũ est: natus sub illo sidere Felix est. Dicimus ergo propriè homines quidẽ Felices: Deos autẽ, tẽpora, loca, actiones, fines, successus Prosperos, et si qua sunt similia. Vtrũq; tamẽ aliquãdo recipit exceptionẽ. Nam & nõ semel legimus pro-

speram

Cap.45. *speră alicuius ualetudinē:ut Suetō.de Cæsare, Fuisse eum*
Cap.68. *prospera ualetudine.id est, bona, & quasi fœlici.* Et de Ti-
In Catil. *berio, ualetudine prosperrima usum cum esse ait.* Sallust.
Sed pòst quàm res ciuibus, muris, agris satis aucta, satisq́;
Aeneid.1. *prospera uisa est.* Rursus Verg. *Sis fœlix, nostrumq́; leues quæcūq; laborē.* Pro eo quod est, sis prospera, et benigna.

Saluber, & Sanus. CAP. LXXXVIII.

SAluber, siue (quod usitatius est) Salubris, dicitur aër, cibus, potus, locus, multaq́; huiusmodi: idem ferè quod Salutifer, siue Salutaris. Sanus homo dicitur, cæteraq́; animalia. Res salubris præbet sanitatem, homo uerò recipit: qui potest & præbere, tuncq́; saluber, quasi salutifer dici. Sed in utroq; etiā aliqua reperitur exceptio. Siquidē Sanū aërem, sanū cibum, sanū locū uocamus, quasi salubrē,
In Iugurth. & præbentē sanitatem. Contrà Salubris pro sano. Sallustius: *Genus hominū salubri corpore, uelox, patiens laborum, plerosq; senectus dissoluit.* Liuius: *Grauiore tēpore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora*
Lib.10.epigr. 47. *esse cœpere.* Martialis dum describit uitam beatā, inquit:

Lis nunquàm, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici.

Hi tres quos produxi loci, idem nomen habent coniunctum cum corpore. Quare non ausim dicere, ut dixit Boëthius in translationibus suis, Aeger an saluber. Nam de æquali suo Cassiodoro, qui apud nonnullos in pretio est, nunquàm ideo facio mentionē, quia cùm regibus suis Theodorico, & Alarico, quorum scriba fuit, Gotthicum sonat, & barbarum.

Iucundus, & Gratus. CAP. LXXXIX.

IVcundus, et Gratus sic differūt, quòd Iucūdus propriè in prosperis, Gratus in aduersis. Iucundū uoco non qui

lætus est, sed qui lætitiæ est alteri: ut prosper, ac salubter. Vsq; adeò potest quis tristis, mœstusq; esse, & tamen iucundus: ueluti quum hostis meus in dolore est, tũc mihi iucundus est: & ego gaudẽs, sum illi minimè iucũdus. Quare nõ rectè locutus est, qui ait, Iucundos nos faciat suæ interesse cõmemorationi. Sed ad differentiã Cicero ad Sulpitiũ Consolantẽ de morte filiæ inquit: Seruius tamẽ tuus omnibus officijs, quæ illi tẽpori tribui potuerũt, declarauit, & quãti ipse me faceret, & quàm suũ talem erga me animũ tibi gratũ putaret fore: cuius officia iucũdiora scilicet sæpe mihi fuerũt, nunquàm tamẽ gratiora. Idẽ ad Lucceium: Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas à te proximè accepi: nõ ille quidẽ mihi ignotus, sed tamẽ gratus et optatus: dicerẽ iucũdus, nisi id uerbũ in omne tẽpus perdidissem. Idẽ ad Attic. Fuit enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris cõsolatio grata. Idẽ tamẽ lib. III. inuectiuarũ: Est mihi iucũda ĩ malis, & grata in dolore uestra erga me uolũtas. Iucũda dixit, quasi lætitiæ plena, et uoluptuosa, qualis est in psperis. Grata, quasi plena affectus, ac fructus. In iucũdo enim quædã gratia est delectatiõis, in grato uerò etiã cõmodi. Quippe aspectus rosarũ, liliorũ, uiolarũ, florũq;, ac similiũ iucũdus est. Aspectus plenæ messis uberum olearũ, grauiũ fructu uitiũ, pinguiũq; pecorũ, gratus. Et pueritia filiorũ, atq; infantia iucundior: adolescẽtia uerò, ac iuuẽtus gratior, utpote utilior. Idẽ de Offi. lib. II. Atq; etiã illæ ĩpẽsæ meliores sunt, muri, naualia, portus, aquarũ ductus, oĩaq; q̃ ad usum Reip. pertinẽt. Quãquàm qđ præsens, tãquã in manu datur, iucũdius est, tamẽ hæc ĩ posterũ gratiora sunt. Hierony. nõnũquã his duobus nominibus cũ ea, quã ostẽdi, proprietate, et distinctione usus est.

Epist. 6. li. 4. famil.

Epist. 15. li. 5. famil.

Plura

Plura, Complura, Plerique, & Plerunque. CAP. XC.

PLura, & Cõplura sic differũt, ꝙ Plura possunt esse duo: Cõplura duo esse nõ possunt: illud cõparatiuum est, hoc uerò minimè: ideoq́; nõ regit casum. Pleriq;, modò autores pro maxima parte accipiũt, modò ꝓ nõnulli.
In Iugurth. Salluſt. In diuiſiõe orbis terræ, pleriq; in parte tertia Africã poſuere, pauci tantũmodo Aſiã, & Europã. Paulò pòſt: Pleroſq; ſenectus diſſoluit, niſi q ferro, aut beſtijs interiere: nã morbus haud ſæpe quẽquã ſuperat. Quint. Vi
Declam. 15. deas pleroſq; ita paratos, i. nonnullos. Plerunq; magis à priore ſignificato, q̃ à poſteriore uenit: id eſt, pro eo quod eſt fere ſemper. Quint. in amatore: Excuſſa ſunt plerũq; languentiũ, uitia uerberibus, id eſt, nõnunquã. Tamen in hũc ſenſum hæc dictio (ſiue nomẽ, ſiue aduerbiũ ſit) rarò reperitur. Seruius quidẽ neſcio an unquam utatur aliter.

Clarus, & Præclarus. CAP. XCI.

CLarus & Præclarus figuratè accipiũtur pro eo, qui tanquã fulgore quodam famæ, & gloriæ reſplendet. Vnde Clariſſima, & præclariſſima geſta dicimus. Sed Præclarus nõnunquàm pro bono reperitur apud Cicer.
Philip. 7. ſicut apud eundẽ Luculentus ꝓ magnus, ut in Philip. Luculentã tamẽ ipſe plagã accepit, ut declarat cicatrix. In
Philip. 3. eodẽ opere ait: O præclarũ cuſtodẽ ouiũ (ut aiunt) lupũ. Non Claritas in cuſtode deſideratur, ſed probitas: ergo Præclarũ pro bono poſuit. Idẽ in Lælio: Cũ illo uerò qs neget actũ eſſe præclarè? Et paulò pòſt: Cũ illo quidẽ (ut ſupra dixi) actũ eſt optimè, mecũ incõmodius. Nã non ſuprà dixerat actũ cũ illo optimè, ſed præclarè. Verũ ideo ſic dixit, qꝛ Præclarè, & Optimè idẽ roboris, et uiriũ i ſignificatiõe obtinẽt. Eoq́; κράτιςον (quod eſt optimũ) & apud Græcos accipi ſolet, & à nobis trãsferri præclarũ.

Feſtus

Festus,& Festiuus. CAP. XCII.

FEstus dies,potius quàm Festiuus: Res festiua,potius quàm festa. Nam Festus,festa,festum,ad diem festum pertinens. Festiuus,festiua,festiuum, res iucunda,& lepida:ut Oratio festiua, dictum festiuum:frondem festiuã legimus,non quæ ad festum comparata sit, sed quæ iucunda,& læta. Nam & festam frondem uocamus, quæ festis adhibetur. Festiuum multi pro festo accipiunt.

Venale,& Vendibile. CAP. XCIII.

VEnale,& uẽdibile hoc habent differẽtiæ, quòd illud significat rem uenditioni expositã,hoc rẽ quæ facilè potest uendi. Hæc domus est uenalis.i. proscripta, uel exposita uenditioni. Et hoc de Curione significat Lucanus, Lib.I. quum dicit, Audax uenali comitatur Curio lingua.i. pretium, non ueritatẽ honestatemq; sequens ex suæ linguæ facundia. Cic. in Brut. Horũ ætati propè coniunctus L. Gel. non tam uendibilis orator,quã ut nescires,quid ei deesset. Et in eodẽ: Nam populo nõ erat satis uendibilis præceps quædã, & cũ idcirco obscura, & peracuta,tũ rapida,& celeritate citata oratio. Et alibi: Nã ut sint illa uendibiliora,hæc uberiora certè sunt. De finib. li.I. Vendibile dixit pro gratum, & quod animos hominum solicitet,ritu rerum,quæ ad se alliciunt emptorem. Hoc à uendo uenit,illud à ueneo.

De Sciens feci,Prudens feci,& similibus. CAP. XCIIII.

SCiens feci, & Prudens feci:itẽ Insciens, & imprudẽs, atq; ignorãs feci: hoc est,quòd cũ facerẽ aliquid,sciui me facere illud,aut ignoraui. At Scienter feci,idẽ est quod cum sciẽtia,ac doctrina feci: semperq; in laude est sciẽter quid fecisse. Scientẽ uerò quid fecisse,tũ laudare,tum uituperare solemus pro rei qualitate. Si ergo Scienter facere semp laudabile est: ediuerso Insciẽter facere semp est uituperabile.

perabile. Prudenter quoq; facere, opus prudentiæ nimirũ est: Imprudenter uerò, stultitiæ. Tamẽ quid imprudenter facere ignoranter'ue, rarò in usu est, in cuius locum uelut succedit Per ignorantiam, & Per imprudentiam factum, per se neq; laudi, neq; uitio dandũ. Idem enim est Per imprudentiam, siue Per ignorantiam fecisse aliquid boni, uel mali, quod imprudentem, ignorantemq; fecisse: quorũ neutrum aut præmium meretur, aut pœnam.

Marinus, & Maritimus, & Transmarinus. CAP. XCV.

MArinũ piscẽ dicimus, & Auem marinã, & Deum marinũ, uel Deam, uel nympham marinã. Nominatim quoq; Vitulum marinũ, Lupum marinũ, Turdum marinum, Turturẽ marinũ. Prætereà Colorẽ marinũ, Casũ marinum, Periculum marinũ, sonum, fluctũ. Aquam marinam, non maritimã: Nauem marinã, quidam etiã nauem maritimã. Rursus Oram maritimã, gentem maritimã, res maritimas, bellum maritimũ, non marinũ. Item Hominẽ, gentem, urbẽ, triumphum transmarinũ, non transmaritimum. Horũ omnium hæc differentia est, quòd Marinũ uocatur, quod incolit mare, aut ex mari est, Maritimũ, q̃ mare accolit, & ad mare est, uel ad mare fit. Transmarinũ, quod trans mare est: Transmaritimũ enim foret, qđ trans loca maritima esset, idem propriè quod mediterraneum.

Frequens, & Celebris. CAP. XCVI.

FRequentẽ locũ dicimus, quẽ freq̃ẽtare multi solent: ut urbs frequẽs, oppidũ frequens, platea frequens, ubi multi homines aut habitãt, aut diuersantur. Quando autẽ de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: uel de sola sic: Sit miles frequẽs spectator præliorũ. i. creber, & aßiduus. Vel de turba, sic: Frequẽs populus, frequẽs senatus. id est, copiosus, & multus. Et quidẽ cum nomine

nomine collectiuo in singulari,cũ cæteris uerò in plurali: ut,Frequẽtes ciues,frequẽtes senatores. hoc est multi, et numerosi. Verũtamen quũ dico, Sis frequẽs, innuo actionẽ: quũ dico Frequẽs locus,paßionẽ. Ille frequẽtat,hic frequẽtatur. Cui simile est Celebris semper paßiuè positũ,tã ad rẽ,quã ad personã relatũ. Locus celebris, quòd celebratur: Homo celebris,quòd cũ honore celebratur. & colitur. Propter quod in hãc ducor opinionẽ,ut Locus celebris propriè sit honoratorũ frequentia cultus: nõ ita frequẽs,neq; frequẽtia: quo nomine qualiscũq; hominũ multitudo significatur: quod ex uocabulo hinc ducto probatur, quod est Celebritas,quæ tũ hominũ cœtũ honoratorũ declarat, tũ dignationẽ ipsã,atq; honorẽ. Quinti. Ante oĩa futurus orator,cui ĩ maxima celebritate,et ĩ media Rep. uiuendũ est,assuescat iã à puero nõ reformidare homines: neq; illa solitaria,et uelut umbratili uita pallescere. Cic. Ita q in maxima celebritate,atq; in oculis quondã ciuium uiximus,nũc fugiẽtes conspectũ sceleratorũ hominũ,quibus omnia redũdant, abdimus nos quantũ licet, & sæpe soli sumus. Idẽ in alterã significationẽ: Hac tanta celebritate famæ,quũ esset iã absentibus notus,Romã uenit, Mario,et Catulo cõsulibus. Quare impropriè,licet frequẽtissimè dicitur, locus celebris,an desertus. quasi cõtrariũ sit Celebrẽ esse ab illo, Desertũ esse. Vbi enĩ baiuli,aut aleatores,aut lenones,scortaq; esse cõsueuerunt, quis eũ locũ propriè dixerit celebrẽ? nõ aliter, quàm Celebrẽ meretricem,aut nobilẽ: ut sæpe legimus & singularẽ improbitatem,& unicam turpitudinẽ: ut in bonũ,ita & in malum.

De Offi. li. 3. | Pro Archia.

Ferus. & Ferox. CAP. XCVIII

FErus homo, q animũ ferinũ obtinet,ut Leonis, Vrsi, Pardi, Lupi. Ferox, q peranimosus est ad decertãdũ

cum altero, & ad uim alteri faciendã, atque ad nocẽdum.

Corporeus, & Corporalis. CAP. XCVIII.

COrporeum est existẽs ex materia, atq; substãtia corporea, & ediuerso Incorporeũ: ut lapis est res corporea, uirtus incorporea. Corporale uerò existens in materia substãtiaq; corporea: & ediuerso incorporale: ut Domus, fundus, mancipiũ, corporalia sunt, nõ corporea: Legatum, hæreditas, iura, incorporalia sunt, nõ incorporea. Nãq; hic de qualitate agimus, quæ inest substantiæ, ibi de ipsa substãtia: quas res diligẽtius exequemur in dialecticis nostris. Et sanitas, uires, pulchritudo, bona corporalia appellãtur, nõ corporea. Præterea (ut alia ratione hanc differẽtiã distinguamus) corporeus, et incorporeus nõ nisi cũ hoc noĩe Res, aut substãtia iũgũtur, aut ubi res subintelligitur: ut Lapis est res, siue substãtia corporea, non autẽ est corporeus. Virtus est res incorporea, nõ autẽ uirtus incorporea. Omnia aũt corporea aut tangũtur, aut uidẽtur. i. omnes corporeæ res, nõ autẽ sic, res incorporeæ.

De Lassus, Laxus, Lapsus, Fessus, Defessus, Fatigatus, Defatigatus. CAP. XCIX.

LAssum, quod labore fatigatũ est, tam animo, quã corpore: ideoq; ad ea demum spectat, quæ laboris molestiam sentiũt. Laxũ uerò magis ad inanimata, quæ sunt lẽta, mollia, flexibilia, nõ dura, nõ rigida: ut, Laxi rudẽtes, laxi funes, laxæ chordæ. Lapsus à labẽdo, quod uel corpore, uel per translationẽ animo, & opinione labitur. Fessus idẽ est, quod fatigatus siue animo, siue corpore. Defessus, defatigatusq;, qui ita fessus, atque fatigatus est, ut non queat amplius, & sæpe à labore, atque incepto quod instituerat, desistat: ut in Bruto Cic. Et ne defatigaretur, orauissent. Et de Oratore: Profectò nunquã cõquiescã, neque Lib. 3.

desat

defatigabor antè, quàm illorū ancipites uias, rationesq́; & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero.

Bonum, & Bonitas. CAP. C.

BOnum generale nomē est, honesta pariter, atque utilia cōplectens: ut Bonū animi, bonum corporis, bonū fortunæ. Bonitas uerò nō (ut multi opinantur) idē, utique quod bonū, honestū, sed idem quod benignitas. A primo fit Bonus uir, bonus seruus, bonus iudex: id est, iustus, & exequēs officij sui debitū: ab hoc, bonus pater, bonus dominus, bonus Deus, bonus Aeneas: hoc est, benignus, & clemēs, quā alterā iustitiæ partē esse constituūt, uocantes candē Beneficentiā. Nā iustitiā partiūtur in duas partes: Iustitiā, quæ est seueritas: & Beneficētiam, quā ego uoco Bonitatē. Ergo qui planè bonus esse uult, planeq́; iustus, bis bonus sit necesse est. Et hoc quidē ad uirtutē pertinet. Est autē & alia bonitas, nō ex industria, sed ex natura, tam homini, quā quibusdā alijs rebus attributa. Cic. Quæ & bonitate naturæ multi assequuntur, & progreßione discēdi. id est, excellētia, & dote naturæ. Quintil. At in solo fœcūdo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Nō dixit, plus bonitas cultoris, quā bonitas soli, quia excellēs cultor industria sit, nō natura. Nonnunquā tamē Bonitas pro iustitia siue pro honesto accipitur. Cicer. de Officijs tertio: Quū enim bonitatē alicuius, fideq́; laudāt, dignū esse dicūt, qui cū in tenebris mices. Quinti. in XII. Quòd si in mediocribus etiā patronis cōuenit hæc, quæ uulgò dicitur bonitas: cur nō orator ille, qui nōdū fuit. sed potest esse, tam sit moribus, quā dicēdi uirtute perfectus? Nonnūquā etiā Bonū accedit ad naturā uirtutis, & bonitatis. Nā quū dicimus de Aequo, & bono, nō de rigore iustitiæ, et de sūmo iure loquimur, sed quasi de bona æqtate.

De Offic. 3.

Cap. 1.

bere rem uidentium. Idem: *Itis obuiam cõsolationibus: & (quod omnẽ modum feritatis excedit) captatis in magna calamitate laudari.* Nec mirũ, quum consolari sit oratione, Solari uerò semper ferè aliter. Nolo afferre plura male utentium exempla, quæ facilè quilibet sibi inueniet. Cicero tamen de Amicitia ait: *Ipse me consolor, & maximè illo solatio, quòd eo errore careo, quo in amicorũ discessu pleriq; angi solent.* Vtrunq; rectè dictum est. Quid enim non rectè Cicero dicat? Nam quum se tanquam alterum, quasi colloquio à mœrore reuocet, debuit dicere consolatur. Quia uerò oratione non utitur, solatiũ dicere potuit. Solamẽ idẽ quod solatiũ est, sed magis poëticum. Vergil.

Aeneid. 3. *Solamenq; mali de collo fistula pendet.* Quo tamen Boëthius, & quidam alij utuntur.

Affectus, Affectio, & Affectatio. CAP. LXXVIII.

AFfectum nusquã uideor reperisse apud Marcũ Tullium, frequẽtissimè Affectionẽ. Contrà, apud Quintilianũ frequẽtissimè Affectũ, rarò Affectionẽ: ut illo loco (si modò non est mendosus) ubi ait: *Cupiditas causa sceleris fuit, quæuis eius ira quantũ efficiat in animis hominũ, talis affectio.* Nescio an sit affectus. Et in alio loco: *Illa uerò frigida, & puerilis in scholis affectio.* Affectionẽ Cice-

De Inuent. libro 1. modò sic definit: *Affectio est animi, aut corporis ex tẽpore aliquo de causa cõmutatio: ut lætitia, cupiditas, metus,*

De Inuent. libro 2. *molestia, morbus, debilitas, et alia quæ in eodẽ genere reperiuntur.* Modò sic: *Affectio est quædã ex tẽpore, aut ex negotiorũ euentu, aut administratione, aut hominũ studio cõmutatio rerum, ut nõ tales quales antè habitæ sunt, aut plerũq; haberi solẽt, habendæ uideãtur esse.* In Tusculanis idem autor, & alibi uoluntatẽ hominis affecti ad uirtutẽ, atq; ipsam uirtutẽ animi, appellari Affectionẽ ait, qualis

non

non est Affectus, qui Græcè dicitur πάθος, quod ipse Cicero interpretatur, Perturbationẽ malens dicere, quàm morbũ, quo nomine sæpißimè utitur. At Quintil. nõ perturbationẽ, sed Affectum nominat: neq; ipse aut solus, aut primus sed pleriq; ante eũ, ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, aliiq; multi. Ita enim ille Quintil. li. 6. *ait: Alterã Græci πάθος uocant, nos, uertentes rectè, ac* cap. 3. *propriè, affectũ dicimus. Illa igitur (ut ego quidẽ sentio) affectio Græcè πάθος dicitur, quã nostrates philosophi in Latinũ uertẽtes appellant Dispositionẽ. Aliquibus tamẽ uideri posset definitio illa Ciceronis hunc quoq; significatũ, qui est πάθος cõplecti. Quibus, quia ad rẽ nõ multũ attinet, nõ sanè repugno: cùm præsertim oẽs ferè Iuriscõsulti, omnesq; ecclesiastici scriptores affectionẽ pro affectu accipiãt. Est aũt Affectus pars illa animæ qualitatis, quæ è regione rationis est. Quicquid enim in anima, præter partẽ illã memoriæ, ratio nõ est, affectus est: & rursus, quicqd nõ est affectus, ratio. Ab hoc fit Affecto, quo etiã Cicer. ipse sæpe utitur in libris ad Herenniũ: Nõ tam affe* Lib. 4. *ctanda, quàm illæ superiores, sed tamẽ adhibẽda nonnunquam: Apud eundẽ nunquàm (nisi me incuria fefellerit, aut memoria fallat) legi Affectationẽ, frequẽter apud Quint. & cæteros, ut ibi: Nihil odiosius affectatione, i. affectu, conatuq; æmulãdi alteri⁹ uirtutẽ, quã assequi nequeas refragãte natura: uel nimio affectu, nimioq; conatu alteri⁹ uirtutẽ æmulãdi: ita ut turpe sit ac deforme, sic auidè æmulari.*

Latebræ, & Latibula. CAP. LXXIX.

L*Atebræ, hominũ propriè dicũtur: Latibula, ferarum. Quintilianus: Et quãuis odio euersoris nostri euocatus è latebris suis populus, subsellia nõ implet.* Declam. 12. *Cicero: Vi*- Lib. 1. de Off. *deant, ne quæratur latebra piurio, id est, excusatio piurij.*

Latibula nõnunquam hominum: Latebræ etiam ferarum. Liuius lib. XLVII. *Inter uepres in latebris ferarum noctem unam delituit.*

De Luce,& tenebris,Die,ac nocte. CAP. LXXX.

L*Vce,& tenebris,pro Die,ac nocte accipere solemus. Differt tamẽ Prima luce,à prima die. Nam ibi intelligitur prima pars diei,& quasi diluculum:hîc autẽ prima dies. Ita Primis tenebris,et Prima nocte. Ibi de prima parte noctis loquimur,hîc de nocte ipsa. Ideoq; Ante lucẽ melius dicimus q̃ Ante diẽ, si diluculum significamus. Nam Ante diẽ,pro ante tempus,dici solet:præterquàm si de certo die loquamur:ut, Ante diẽ decimũ:uel, Ante sextũ Calendarũ Nouẽbriũ:id est,sexto die ante Calend. Nouemb. In quo loco præceptũ Pauli inserere nõ inutile fuerit, qui ait: Ante diem decimũ Calendarũ, & post diem decimum Calendarum,æque utroque sermone undecima dies significatur. Verùm nõ quemadmodũ Ante lucẽ melius, quàm ante diẽ, pro diluculo dicimus: sic Ante tenebras, q̃ ante noctẽ,pro crepusculo,sed ediuerso potius. Reperitur autẽ Luci pro luce,ut Vesperi pro uespere, & Ruri pro rure. Cice.in Philip. Quis enim audeat luci? quis in militari uia? Diẽ pro diurno tẽpore, itẽq; pro certo tẽpore uolunt esse masculini generis, notaueruntq; Vergiliũ indifferẽter accepisse. Ego tamẽ & apud hunc, & apud cæteros pro tẽpore ipso semper annotaui esse fœmininũ:ut, Ipsa dies facit hominẽ prudentẽ: &, Multa dies magnã dat hominibus rerũ experiẽtiã. Vnde Pædianus uult fieri Dieculam, pro paruo tẽpore. Et apud Iuriscõsultos, Bima,trima,quadrima die,pro tẽpore Biẽnij,triẽnij,quadriennij:quod Iurisperiti nõ intelligũt. In certo tẽpore Pædianus idẽ consentit, debere esse generis masculini.* Dicimus ergo *Hesterno*

Philip.12.circa finem.

sterno die, & crastino: non hesterna die, & crastina. Ad diem non uenit, ad diem non affuit: id est, die præstituto.

Orator, Rhetor, & Declamator. CAP. LXXXI.

ORator, qui causas orat uel in iudicijs, uel in cõcionibus: qui Græcè dicitur ῥήτωρ, id est, rhetor. Nos tamen rhetorem professorem rhetoricæ uocamus, nõ oratorẽ. Mirorq;, cur in hoc tã facili, peruulgatoq; nomine exponẽdo Victorinus errauerit. Declamator est, qui studẽs apud rhetorẽ in cõuentu scholasticorũ fictã causam orat, id agens, ut in ueris posteà causis poßit orare. Ipse quoque rhetor, & quicunq; alius etiã extra scholã hoc ipso genere utitur, siue ut alios, siue ut se exerceat, Declamator uocatur. Nonnunquã tamẽ more Græco reperimus poni, ut Cic. lib. II. de Nat. deo. Hæc quum Cotta dixisset, tũ Velleius, Ego, inquit, incautus, qui cum Academico, & eodẽ rhetore cõgredi conatus sum. Nã neq; indisertũ Academicũ pertimuißẽ, neq; sine ista philosophia rhetorẽ, quãuis eloquentẽ. Rhetorem dixit uel oratorem, uel rhetoricum.

Victorinus in sua præfa. in lib. I. Cice. de Inuent.

Peregrinus, & Hospes, Diuersorium, & Hospitium. CAP. LXXXII.

PEregrinus, & Hospes hoc differũt: quòd Peregrinus uocatur, qui in ciuitate sua nõ est: Hospes, qui in aliena est. Vel peregrinus, qui ex nostra ciuitate oriũdus non est: Hospes qui in nostra est. Cic. Vos hospites in hac urbe uersamini, uestræ peregrinantur aures? Quintil. Atticanus Theophrastũ hominẽ alioqui disertißimũ, annotata unius affectatione uerbi, hospitẽ dixit. Nec alio id se deprehendisse interrogata respõdit, q̃ quòd nimiũ Atticè loqueretur. Pro hoc imperiti dicũt Forenses, aut Extranei: loquẽdũ enim mihi barbarè est, ut barbariẽ emendẽ, Hospites igitur sunt, tã q in priuato alicuius hospitio sunt, quã

Lib. 8. cap. I. Pro Milo.

qui in publico, quod diuersoriũ, uel tabernã meritoriã ap-
Metamor. 1. pellamus: tãq; q recipit, q̃ qui recipitur. Vnde Ouid. - Nõ
Pro Deiotaro. hospes ab hospite tutus. Cic. Per dextrã istã, quam hospes
hospiti porrexisti. Sed ille receptor propriè uocatur Hospes, q priuatim, et amicitiæ causa recipit: unde Hospitiũ: ut idẽ, Fuit mihi cũ illo uetus hospitiũ, i. amicitia familiariter uel mihi hospitãdi apud illum, uel illi apud me. Vnde Hospitales hoĩes, qui amore nõ pretio hospitiũ suũ cõmunicãt. Hospitiũ & priuatũ, & publicũ dicitur. Liuius, Tarẽto Annibali per dolũ prodito, ait hospitia tantummodo Romanorũ à militibus fuisse direpta. Certè priuata, nõ pu
In Cat. Maio. blica. Cicer. Ex hac uita sic decedo tanquã ex hospitio, nõ tanquã ex domo: cõmorandi enim natura diuersoriũ, non habitandi dedit. Pro eodẽ posuit diuersoriũ, & hospitiũ.

Conciuis, Conterraneus. CAP. LXXXIII.

Conciuis, qui eiusdẽ ciuitatis est: Cõterraneus, qui eiusdem terræ, hoc est, territorij. Maior est enim terra, quàm urbs, oppidum'ue, cuius habitatores uocãtur Ciues.
De Amic. Cic. Eorũ qui in hac terra fuerũt, magnãq; Græciã (quæ nunc quidẽ deleta est, tũ florebat) institutis, & præceptis suis erudierũt. Plin. tamẽ Catullum conterraneũ suum uo-
Pli. in præfa. nat. hist. catur: uel q, ex diœcesi illa, uel quòd ex urbe sit Veronẽsi. Vterq; enim dictus est Veronẽsis. Nã illius nepos, & per adoptionẽ filius fuit Nouocomẽsis, & ideo Plin. Secũdus & ipse dictus est. Quidã librũ nuper sic inchoauit: Fauonius ciuis meus, optimè princeps, & cõsul tuus. Quum dicere debuisset, Cõciuis meus Dominus enim ciuitatis, ciuẽ suũ uocat, quia nõ põt appellare conciuẽ. Quẽadmodũ miles sociũ in militia, nõ militẽ suũ uocare potest, sed commilitonẽ. Et discipulus eũ, qui unà eidẽ præceptori dat operam, nõ discipulum suũ, sed cõdiscipulum. E diuerso præ-

ceptor

ceptor nō uocat auditores suos, cōdiscipulos suos, sed discipulos. Et dux in bello, nō cōmilitones, sed milites suos appellabit. Licet Cæsar, & quidā alij appellauerint milites suos cōmilitones, cōparādæ beneuolentiæ gratia: ut apud Vergil. *Aeneas qui sub eo erāt, socios uocat. Hic ergo homo priuatus nō debuit quenquā suū ciuē appellare, sed cōciuē: nec rursum aliquē principē consulē dicere.* Nonnun*quā tamē inuenitur ciuis pro cōciuis, ut Lælius apud Luc.*

Verg. Aen. I. O socij, neque enim ignari sumus antè malorū.

Nec ciuis meus est, in quem tua classica Cæsar

Audiero. *Dicam tamen municeps meus, pro eo quod est, cōciuis meus, quia cōmuniceps non inuenitur. At quoties non apponimus pronomē, rectius sine appositione loquimur: Audite ciues, succurrite milites, legite discipuli. etiā si mei fuerint cōciues, cōmilitones, cōdiscipuli. Quòd si quando per hæc posteriora sine pronomine loquor, tamen pronomen subintelligēdum est: ut, Omnes me conciues amant. Cur tu non das commilitonibus partē? Ille semper exagitat condiscipulos quæstionibus. subintelligitur, mei, tuis, suos. Dicimus tamen, Vos estis ciues nostri: quasi Reipublicæ nostræ, nō quasi singulariū aliquorū ciuium.*

De Prætor, Prætoriusque, & aliis magistratuum nominibus. CAP. LXXXIIII.

P*Rætor, qui præturā: Consul, qui consulatū: Quæstor, qui quæsturā: Aedilis, qui ædilitatem: Censor, qui censuram: Tribunus, qui tribunatū: Primipilus, qui primipilatū gerit. Senator, qui senator est, aut fuit. Prætorius, qui præturā: Consularis, qui consulatū: Quæstorius, qui quæsturam: Aedilitius, qui ædilitatē: Censorius, qui censuram: Tribunitius, qui tribunatū: Primipilaris, qui primipilatū gessit. Senatorius nō dicitur senator, sed (ut dixi) uel senatorij ordinis, aut de domo senatoria. Triūphator, q triū-*

phat propriè, sed etiam qui aliquãdo triumphauit. Vt uictor exercitus, qui uicit. Triũphalis, qui triũphauit. Cæterùm illa priora nomina sunt substãtiua, quia iunguntur cũ adiectiuis: ut, diligẽs cõsul, bonus tribunus, iustus prætor, seuerus cẽsor. Hæc posteriora sunt adiectiua, eò quia iunguntur cũ substantiuis: ut, Homo cõsularis, tribunitia mulier, prætoria familia, cẽsoriũ edictũ. Quòd si absint substantiua, subintelligũtur: ut, Consulares rogãtur primi sententiã in senatu, proximi prætorij, deinde tribunitij: intelligimus homines: quemadmodũ in illis, plebeij, nobiles, potentes, ingenui, libertini. Proconsul, non qui pro alio consule præest prouinciæ, sed qui cũ potestate consulari extra ordinẽ ad aliquam prouinciam administrandam mittitur: præterquàm quòd non duodecim fasces eum præcedunt, qui præcedunt consulem, sed tantùm sex, ut etiam prætorem, & præsidem. Proprætor non pro alio prætore præturam, sed extraordinariam gerit. Itaq; dicitur Proquæstor, & si qui sunt alij huiusmodi nominum magistratus.

De locorum quorundam nominibus, & possessiuis horum. CAP. LXXXV.

RHegini ex oppido Calabriæ, Rhegienses ex oppido Galliæ Cisalpinæ: quorũ oppidorum utrunq; uocatur Rhegiũ. Albani, et Albẽses. ex oppido Alba in Latio, Albani: ex oppido Alba ad lacũ Fucinũ, Albenses: qui à quibusdã Albani dicuntur. Cumani ex oppido Cumarum in Campania, quam nunc prauè uocant Terrã laboris: Campaniã uerò illam regionẽ, quæ illi finitima est Romã uersus. Comẽses ex oppido Como in ea Gallia, quã nunc Lombardiã nominãt, in qua ipsa Gallia, & finitimũ Como est Bergomũ, unde Bergomẽses. Pergamũ, ex qua urbe Pergameni, in Asia: à qua, quia ob penuriã chartæ, ab Attalo

rege missa est membranarũ copia, membranæ Pergamenæ sunt nominatæ. In Asia cùm dico, prouinciã intelligo. Nam in ea, quæ est tertia pars orbis terrarũ, regio quædam est eodẽ nomine, quam Turchiã nunc uocant, non autem, ut quidam uolunt, Teucriam: quemadmodũ in Africa, quæ & ipsa tertia pars orbis dicitur, est etiam regio eiusdem nominis. unde Afros dicimus homines, non autem Afram regionem. Thebani à Thebis in Græcia: Thebæi è Thebe in Aegypto. sed Thebæi secundum Græcam formam fit: nam & Thebani, Græcè Thebæi dicuntur. Non tamẽ occurrit, ubi in libris gentilium legerim Thebæos.

Priscus, & Pristinus. CAP. LXXXVI.

PRisca, quæ superioribus seculis, aut superiore ætate: ut, prisci Latini, priscus Tarquinius, prisca tempora. Pristina, quæ superioribus annis, mẽsibus, diebus, & quæ nostra memoria fuerũt: ut pristina nostra amicitia, pristina beneficia nostra. Neq; rectè hîc dicas prisca, neq; illhic pristina. At uerò si de rebus, quæ non senescũt, loquaris, Pristinũ, non priscum decebit: ut, Pharos & Tyrus nunquàm in pristinũ statũ redibũt. Maria in freto Messanensi laborãt, ne montes, si Lucano credimus, repetãt pristina confinia. Atqui tantũ tẽporis est, ex quo illhuc mare irrupit, ut memoriæ nõ ĩueniatur proditũ. Padus post qngentos, & eo amplius annos solet reuerti in pristinũ cursum.

Lucan. lib. 3. Vis illhic ingens pelagi, semperq́ue laborãt Aequora. ne rupti repetant confinia montes.

Prosper, & Felix. CAP. LXXXVII.

PRosper qui dat: Felix qui recipit prosperitatẽ. Sidus Veneris (si credimus mathematicis) Prosperũ est: natus sub illo sidere Felix est. Dicimus ergo propriè homines quidẽ Felices: Deos autẽ, tẽpora, loca, actiones, fines, successus Prosperos, et si qua sunt similia. Vtrũq; tamẽ aliquãdo recipit exceptionẽ. Nam & nõ semel legimus prosperam

Cap.45. *sperã alicuius ualetudinẽ:ut Suetõ.de Cæsare, Fuisse eum*
Cap.68. *prospera ualetudine.id est, bona, & quasi fœlici.* Et de Ti-
In Catil. *berio, ualetudine prosperrima usum eum esse ait.* Sallust.
Sed pòst quàm res ciuibus, muris, agris satis aucta, satisq;
Aeneid.1. *prospera uisa est.* Rursus Verg. *Sis fœlix, nostrumq; leues quæcũq; laborẽ.* Pro eo quod est, *sis prospera, et benigna.*

Saluber,& Sanus, CAP. LXXXVIII.

SAluber, siue (quod usitatius est) Salubris, dicitur aër, cibus, potus, locus, multaq; huiusmodi: idem ferè quod Salutifer, siue Salutaris. Sanus homo dicitur, cæteraq; animalia. Res salubris præbet sanitatem, homo uerò recipit: qui potest & præbere, tuncq; saluber, quasi salutifer dici. Sed in utroq; etiã aliqua reperitur exceptio. Siquidẽ Sanũ aërem, sanũ cibum, sanũ locũ uocamus, quasi salubrẽ,
In Iugurth. & præbentẽ sanitatem. Contrà Salubris pro sano. Sallustius: *Genus hominũ salubri corpore, uelox, patiens laborum, plerosq; senectus dissoluit.* Liuius: *Grauiore tẽpore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora salubriora*
Lib.10.epigr. *esse cœpere.* Martialis dum describit uitam beatã, inquit:
47.

Lis nunquàm, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici.

Hi tres quos produxi loci, idem nomen habent coniunctum cum corpore. Quare non ausim dicere, ut dixit Boëthius in translationibus suis, Aeger an saluber. Nam de æquali suo Cassiodoro, qui apud nonnullos in pretio est, nunquàm ideo facio mentionẽ, quia cùm regibus suis Theodorico, & Alarico, quorum scriba fuit, Gotthicum sonat, & barbarum.

Iucundus,& Gratus. CAP. LXXXIX.

IVcundus, et Gratus sic differũt, quòd Iucũdus propriè in prosperis, Gratus in aduersis. Iucundũ uoco non qui

lætus

lætus est, sed qui lætitiæ est alteri: ut prosper, ac salubɾer. Vsq; adeò potest quis tristis, mœstusq; esse, & tamen iucundus: ueluti quum hostis meus in dolore est, tūc mihi iucundus est: & ego gaudēs, sum illi minimè iucūdus. Quare nō rectè locutus est, qui ait, Iucundos nos faciat suæ interesse cōmemorationi. Sed ad differentiā Cicero ad Sulpitiū Consolantē de morte filiæ inquit: Seruius tamē tuus omnibus officijs, quæ illi tēpori tribui potuerūt, declarauit, & quāti ipse me faceret, & quàm suū talem erga me animū tibi gratū putaret fore: cuius officia iucūdiora scilicet sæpe mihi fuerūt, nunquàm tamē gratiora. Idē ad Luceium: Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his literis, quas à te proximè accepi: nō ille quidē mihi ignotus, sed tamē gratus et optatus: dicerē iucūdus, nisi id uerbū in omne tēpus perdidissem. Idē ad Attic. Fuit enim mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris cōsolatio grata. Idē tamē lib. III. inuectiuarū: Est mihi iucūda ī malis, & grata in dolore uestra erga me uolūtas. Iucūda dixit, quasi lætitiæ plena, et uoluptuosa, qualis est in ꝓsperis. Grata, quasi plena affectus, ac fructus. In iucūdo enim quædā gratia est delectatiōis, in grato uerò etiā cōmodi. Quippe aspectus rosarū, liliorū, uiolarū, florūq;, ac similiū iucūdus est. Aspectus plenæ messis uberum olearū, grauiū fructu uitiū, pinguiūq; pecorū, gratus. Et pueritia filiorū, atq; infantia iucundior: adolescētia uerò, ac iuuētus gratior, utpote utilior. Idē de Offi. lib. II. Atq; etiā illæ īpēsæ meliores sunt, muri, naualia, portus, aquarū ductus, oīaq; q̃ ad usum Reip. pertinēt. Quāquàm qđ præsens, tāquā in manu datur, iucūdius est, tamē hæc ī posterū gratiora sunt. Hierony. nōnūquā his duobus nominibus cū ea, quā ostēdi, proprietate, et distinctione usus est.

Epist. 6. li. 4. famil.

Epist. 15. li. 5. famil.

Plura

Plura, Complura, Plerique, & Plerunque. CAP. XC.

Plura, & Cõplura sic differũt, quòd Plura possunt esse duo: Cõplura duo esse nõ possunt: illud cõparatiuum est, hoc uerò minimè: ideoq; nõ regit casum. Pleriq;, modò autores pro maxima parte accipiũt, modò pro nõnulli. In Iugurth. *Sallust. In diuisiõe orbis terræ, pleriq; in parte tertia Africã posuere, pauci tantũmodo Asiã, & Europã. Paulò pòst: Plerosq; senectus dissoluit, nisi qui ferro, aut bestijs interiere: nã morbus haud sæpe quẽquã superat.* Declam. 15. *Quint. Videas plerosq; ita paratos, i. nonnullos. Plerunq; magis à priore significato, quàm à posteriore uenit: id est, pro eo quod est fere semper. Quint. in amatore: Excussa sunt plerũq; languentiũ, uitia uerberibus, id est, nõnunquã. Tamen in hũc sensum hæc dictio (siue nomẽ, siue aduerbiũ sit) rarò reperitur. Seruius quidẽ nescio an unquam utatur aliter.*

Clarus, & Præclarus. CAP. XCI.

Clarus & Præclarus figuratè accipiũtur pro eo, qui tanquã fulgore quodam famæ, & gloriæ resplendet. Vnde Clarißima, & præclarißima gesta dicimus. Sed Præclarus nõnunquàm pro bono reperitur apud Cicer. Philip. 7. *sicut apud eundẽ Luculentus pro magnus, ut in Philip. Luculentã tamẽ ipse plagã accepit, ut declarat cicatrix. In* Philip. 3. *eodẽ opere ait: O præclarũ custodẽ ouiũ (ut aiunt) lupũ. Non Claritas in custode desideratur, sed probitas: ergo Præclarũ pro bono posuit. Idẽ in Lælio: Cũ illo uerò quis neget actũ esse præclarè? Et paulò pòst: Cũ illo quidẽ (ut supra dixi) actũ est optimè, mecũ incõmodius. Nã non suprà dixerat actũ cũ illo optimè, sed præclarè. Verũ ideo sic dixit, quia Præclarè, & Optimè idẽ roboris, et uiriũ ĩ significatiõe obtinẽt. Eoq; κράτιστον (quod est optimũ) & apud Græcos accipi solet, & à nobis trãsferri præclarũ.*

Festus

Festus,& Festiuus. CAP. XCII.

FEstus dies,potius quàm Festiuus: Res festiua,potius quàm festa. Nam Festus,festa,festum,ad diem festum pertinens. Festiuus,festiua,festiuum, res iucunda,& lepida:ut Oratio festiua, dictum festiuum: frondem festiuã legimus,non quæ ad festum comparata sit, sed quæ iucunda,& læta. Nam & festam frondem uocamus, quæ festis adhibetur. Festiuum multi pro festo accipiunt.

Venale,& Vendibile. CAP. XCIII.

VEnale,& uẽdibile hoc habent differẽtiæ, quòd illud significat rem uenditioni expositã,hoc rẽ quæ facilè potest uendi. Hæc domus est uenalis.i. proscripta, uel exposita uenditioni. Et hoc de Curione significat Lucanus, Lib.I. quum dicit, Audax uenali comitatur Curio lingua.i.pretium, non ueritatẽ honestatemq; sequens ex suæ linguæ facundia. Cic. in Brut. Horũ ætati propè coniunctus L. Gel. non tam uendibilis orator,quã ut nescires,quid ei deesset. Et in eodẽ: Nam populo nõ erat satis uendibilis præceps quædã,& cũ idcirco obscura,& peracuta,tũ rapida,& celeritate citata oratio. Et alibi: Nã ut sint illa uendibiliora,hæc uberiora certè sunt. De finib. II.I. Vendibile dixit pro gratum, & quod animos hominum solicitet,ritu rerum,quæ ad se alliciunt emptorem. Hoc à uendo uenit,illud à ueneo.

De Sciens feci,Prudens feci,& similibus. CAP. XCIIII.

SCiens feci,& Prudens feci: itẽ Insciens,& imprudẽs, atq; ignorãs feci: hoc est,quòd cũ facerẽ aliquid,sciui me facere illud,aut ignoraui. At Scienter feci,idẽ est quod cum sciẽtia,ac doctrina feci: semperq; in laude est sciẽter quid fecisse. Scientẽ uerò quid fecisse,tũ laudare,tum uituperare solemus pro rei qualitate. Si ergo Scienter facere semp laudabile est: ediuerso Insciẽter facere semp est uituperabile.

perabile. Prudenter quoq; facere, opus prudentiæ nimirũ est: Imprudenter uerò, stultitiæ. Tamẽ quid imprudenter facere ignoranter'ue, rarò in usu est, in cuius locum uelut succedit Per ignorantiam, & Per imprudentiam factum, per se neq; laudi, neq; uitio dandũ. Idem enim est Per imprudentiam, siue Per ignorantiam fecisse aliquid boni, uel mali, quod imprudentem, ignorantemq; fecisse: quorũ neutrum aut præmium meretur, aut pœnam.

Marinus, & Maritimus, & Transmarinus. CAP. XCV.

MArinũ piscẽ dicimus, & Auem marinã, & Deum marinũ, uel Deam, uel nympham marinã. Nominatim quoq; Vitulum marinũ, Lupum marinũ, Turdum marinum, Turturẽ marinũ. Præterea Colorẽ marinũ, Casũ marinum, Periculum marinũ, sonum, fluctũ. Aquam marinam, non maritimã: Nauem marinã, quidam etiã nauem maritimã. Rursus Oram maritimã, gentem maritimã, res maritimas, bellum maritimũ, non marinũ. Item Hominẽ, gentem, urbẽ, triumphum transmarinũ, non transmaritimum. Horũ omnium hæc differentia est, quòd Marinũ uocatur, quod icolit mare, aut ex mari est, Maritimũ, q̃ mare accolit, & ad mare est, uel ad mare fit. Transmarinũ, quod trans mare est: Transmaritimũ enim foret, qđ trans loca maritima esset, idem propriè quod mediterraneum.

Frequens, & Celebris. CAP. XCVI.

FRequentẽ locũ dicimus, quẽ frequẽtare multi solent: ut urbs freques, oppidũ frequens, platea frequens, ubi multi homines aut habitãt, aut diuersantur. Quando autẽ de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: uel de sola sic: Sit miles frequẽs spectator præliorũ. i. creber, & assiduus. Vel de turba, sic: Frequẽs populus, frequẽs senatus. id est, copiosus, & multus. Et quidẽ cum nomine

nomine collectiuo in singulari, cũ cæteris uerò in plurali: ut, Frequẽtes ciues, frequẽtes senatores. hoc est multi, et numerosi. Verũtamen quũ dico, Sis frequẽs, innuo actionẽ: quũ dico Frequẽs locus, paßionẽ. Ille frequẽtat, hic frequẽtatur. Cui simile est Celebris semper paßiuè positũ, tã ad rẽ, quã ad personã relatũ. Locus celebris, quòd celebratur: Homo celebris, quòd cũ honore celebratur. & colitur. Propter quod in hãc ducor opinionẽ, ut Locus celebris propriè sit honoratorũ frequentia cultus: nõ ita frequẽs, neq; frequẽtia: quo nomine qualiscũq; hominũ multitudo significatur: quod ex uocabulo hinc ducto probatur, quod est Celebritas, quæ tũ hominũ cœtũ honoratorũ declarat, tũ dignationẽ ipsã, atq; honorẽ. Quinti. Ante oĩa futurus orator, cui ĩ maxima celebritate, et ĩ media Rep. uiuendũ est, assuescat iã à puero nõ reformidare homines: neq; illa solitaria, et uelut umbratili uita pallescere. Cic. De. Offi. li. 3. *Ita q in maxima celebritate, atq; in oculis quondã ciuium uiximus, nũc fugiẽtes conspectũ sceleratorũ hominũ, quibus omnia redũdant, abdimus nos quantũ licet, & sæpe soli sumus. Idẽ in alterã significationẽ: Hac tanta celebritate famæ, quũ esset iã absentibus notus, Romã uenit, Mario, et Catulo cõsulibus.* Pro Archia. *Quare impropriè, licet frequẽtissimè dicitur, locus celebris, an desertus. quasi cõtrariũ sit Celebrẽ esse ab illo, Desertũ esse. Vbi enĩ baiuli, aut aleatores, aut lenones, scortaq; esse cõsueuerunt, quis eũ locũ propriè dixerit celebrẽ? nõ aliter, quàm Celebrẽ meretricem, aut nobilẽ: ut sæpe legimus & singularẽ improbitatem, & unicam turpitudinẽ: ut in bonũ, ita & in malum.*

Ferus, & Ferox. CAP. XCVII

F*Erus homo, q animũ ferinũ obtinet, ut Leonis, Vrsi, Pardi, Lupi. Ferox, q peranimosus est ad decertãdũ*

defatigabor antè, quàm illorũ ancipites uias, rationesq́; & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero.

Bonum, & Bonitas. CAP. C.

BOnum generale nomẽ est, honesta pariter, atque utilia cõplectens: ut Bonũ animi, bonum corporis, bonũ fortunæ. Bonitas uerò nõ (ut multi opinantur) idẽ, utique quod bonũ, honestũ, sed idem quod benignitas. A' primo fit Bonus uir, bonus seruus, bonus iudex: id est, iustus, & exequẽs officij sui debitũ: ab hoc, bonus pater, bonus dominus, bonus Deus, bonus Aeneas: hoc est, benignus, & clemẽs, quã alterã iustitiæ partẽ esse constituũt, uocantes eandẽ Beneficentiã. Nã iustitiã partiũtur in duas partes: Iustitiã, quæ est seueritas: & Beneficẽtiam, quã ego uoco Bonitatẽ. Ergo qui planè bonus esse uult, planeq́; iustus, bis bonus sit necesse est. Et hoc quidẽ ad uirtutẽ pertinet. Est autẽ & alia bonitas, nõ ex industria, sed ex natura, tam homini, quã quibusdã alijs rebus attributa. Cic. Quæ & bonitate naturæ multi assequuntur, & progreßione discẽdi. id est, excellẽtia, & dote naturæ. Quintil. At in solo fœcũdo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Nõ dixit, plus bonitas cultoris, quã bonitas soli, quia excellẽs cultor industria sit, nõ natura. Nonnunquã tamẽ Bonitas pro iustitia siue pro honesto accipitur. Cicer. de Officijs tertio: Quũ enim bonitatẽ alicuius, fideḿq; laudãt, dignũ esse dicũt, qui cũ in tenebris mices. Quinti. in XII. Quòd si in mediocribus etiã patronis cõuenit hæc, quæ uulgò dicitur bonitas: cur nõ orator ille, qui nõdũ fuit. sed potest esse, tam sit moribus, quã dicẽdi uirtute perfectus? Nonnũquã etiã Bonũ accedit ad naturã uirtutis, & bonitatis. Nã quũ dicimus de Aequo, & bono, nõ de rigore iustitiæ, et de sũmo iure loquimur, sed quasi de bona æqtate.

De Offic. 3.

Cap. 1.

Lubricus. CAP. CI.

Vbricus locus est, in quo nequeas insistere, nec ingredi, quales sunt herbæ perfusæ sanguine (ut apud Vergil. de Niso, & Homerũ de Aiace Oilei) aut aliter humectatæ. Marmora læuigata, lapidesq́; uel humore cõspersi, terra glaciata, aqua gelata, pauimenta, cæteraq́; huiusmodi, lubrica dicũtur. Inde p translationẽ adolescẽtiã uocamus lubricã, in qua q sũt, uelut in glacie facile labũtur. Anguilla quoq;, cõgrus, murena, et similia lubrica sunt. Alio tamẽ modo uidetur Cic. dixisse Lubricos oculos, &

Lib.2. imitat⁹ eũ Lactãtius in lib. de Dei opificio. Ita enim ait ille de natura deorũ. Sed lubricos oculos fecit, & mobiles, ut declinarẽt, si quid noceret: et aspectũ quò uellẽt, facilè cõuerterẽt. Dicti sunt Oculi lubrici eò modo, quo à qbusdã pes lubricus, p eo qđ est in lubrico. Ita oculi quasi ĩ lubrico positi sunt, ut uix queãt cõsistere: quale est quũ dicim⁹: Spargo humũ florib⁹: p eo qđ est spargo humi flores: et Sterno lectũ pallio: pro eo quod est, sterno palliũ lecto.

Aequalis, & Aequabilis. CAP. CII.

Equalis, quid sit notum est, ut in illo: Sintq́; pares in amore, & æquales. Sæpe accipitur pro coætaneo,

Li.5. Aeneid. siue coæuo. Vt Vergil. Aequalẽq́; ab humo miserãs attol-

In Cat. Maio lit amicũ. Cic. Ego Q. Maximũ eũ qui Tarẽtum recepit, senẽ adolescẽs ita dilexi, ut æqualẽ. Et iterum: Nec cum

Eodem lib. æqualibus solùm qui pauci admodum restant, sed cum uestra etiã ætate, atq; uobiscum. Aequabilis idẽ quod æqua-

De Inuẽ. li. 1. lis in priore significato: ut idem, Non ius æquabile, quid

Ad Her. lib. 3. utilitatis haberet, acceperat. Iterum: Et uox reducitur in sonum quendam æquabilem, atque constantem.

Perfidus, & Infidus. CAP. CIII.

Erfidus, qui fidem uiolat: Infidus cui nõ est fidẽdum. Hoc à fido descendit, quod habet primã longam, siue

fido à fidus: illud à fides, quod habet primã breuẽ. Ideoq; hæc duo adiectiua uario accentu efferuntur.

Moratus, & Morigeratus. CAP. CIIII.

MOratus, q̃ morib⁹ bonis est præditus: Morigeratus, participiũ ex morigeror, quod est morem gero, id est, obsequor, & obedio. Unde Morigerus, obsequẽs, obediens, & facilè morẽ gerens. Quod Accursius nõ intelligens (quid aũt intelligat, si ignorat, q̃d sit morẽ gerere?) ꝑ glossa scriptũ reliq̃t, Soluat Apollo: quasi aut ænigma esset, aut Apollo soluere ænigmata soleret magis, q̃ proponere soluẽda. Et alibi: Primipilus, inq̃t, nomen Græcũ est.

Proteruus, Procax, & Petulans. CAP. CV.

PRoteruus, Procax, & Petulans, multũ similitudinis habẽt, & quasi aliud alio magis increscit, tã in factis, quàm in dictis. Tria hæc, tũ quandam lasciuiã, libidinẽq; declarant, tũ iniuriã: nam, & proteruam, petulantemq; eodem loco de inhonesta fœmina apud Cic. legimus pro Cælio: Si uidua liberè, proterua petulãter, diues effusè, libidinosa meretricio more uiueret. Proteruã minore gradu, q̃ petulantẽ significauit. Petulans, pro libidinoso, lasciuoq; accipi notum est: ut, Petulansq; iuuenta. Et Ouid.

Quinetiam ut possem uerbis petulantius uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.

Id est, lasciuius, et licẽti⁹. Procaces quoq; meretrices legimus, qualis Bacchis Terẽtiana, cæteræq; ĩpudicæ mulieres, quæ pudori suo (quæ una dos fœminarũ est) ne uerbis q̃dẽ mordacib⁹, simul et turpib⁹ parcũt, à seipsis, suæq; cõditionis fœminis capiẽtes principium. Proteruia, leuior quædã cõtumelia, Procacitas maior, Petulãtia maxima. Cic. in Sall. Ne in idẽ incidã uitiũ procacitatis, quod huic obijcio. Et iterũ: Nõ enim procacitate linguæ, uitæ sordes eluunt In eadem.

In eadem. *eluũtur. Atq; iterũ: Nã quòd ista inusitata rabie petulãter in uxorẽ, filiamq; meã inuasisti. Et iterũ in eadẽ: Desine bonos petulantissima insectari lingua: desine morbo procacitatis isto uti. Sallu. in Cic. Grauiter, & iniquo animo maledicta tua paterer Marce Tulli, si te scirẽ iudicio ani*

In eadem. *mi magis, quàm morbo, petulantia ista uti. Et iterũ: Bibulum petulãtissimis uerbis lædis. Hæc eadẽ nomina in factis quoq; nonnunquã reperiũtur: ut si quis ambulãs p impotẽtiam mẽtis, obuiũ cubito feriat, aut cõtumelia sibi cedere*

Verg. I. Aen. In uada cæca tulit, penitusque procacibus austris. *cogat, hunc proteruũ dicimus. Et Verg. Austros procaces uocat. Et ab eodẽ: Hœdiq; petulci Floribus insultẽt. dictum est, quòd hœdi soleant iniuriã facere, per animositatem quandam transcendendo sepes, & in alia loca penetrando: quæ iniuria petulantia est.*

Georg. 4.

Orbus, & Cœlebs. CAP. CVI.

ORbus, *est quicũq; aliqua re chara priuatus est.* Propriè *autẽ parẽs amissis liberis, quasi amissa luce oculorũ. Vnde illud frequẽs, Parẽs liberorũ, an orbus sit, plurimũ distat. Et hinc orbitas, quæ est illa qualitas patrum post amissos liberos, ut uxoris uiduitas post amissũ mari-*

Quintil. lib. 5. cap. 10. *tum. Quintil. de patribus, in ipsos loquens pro uxoribus, ait, Nõ habet orbitas uestra lacrymas sup ardẽtes rogos, tenetis incõcussam, rigidamq; faciẽ. Contrarium huic est,*

In Phor. act. I. scen. 2. *quum dicitur Orbus, quasi orphanus, ut apud Teren. Orbæ, qui sint genere proximi, His nubant. Et hinc Orbitas apud M. Tull. lib. III. de Orat. quasi orphanitas. Deplorauit enim causam, atq; orbitatẽ Senatus, cuius ordinis à Consule, qui quasi parẽs bonus, aut tutor fidelis esse deberet, tanquã ab aliquo nefario prædone diriperetur patrimonium dignitatis. Cœlebs, tã qui caruit semper uxore, quàm qui nunc caret: & inde cœlibatus.*

Diut

Diuturnus, Diutinus, Præcox, Serotinus, Præmaturus, Maturus. CAP. CVII.

Diuturnus, & Diutinus nihil differũt. Vtrũq; enim et in bonũ, & in malũ reperitur: & utrũq; à Diu, siue Diutius uenit. Sed unũ eo modo formatur, quo à die Diurnus, à nocte Nocturnus: alterũ quomodo à serò Serotinus à manè siue à Matuta, quæ dea est, Matutinus: utq; aliqui utũtur, à uespere Vespertinus. De Diuturnꝰ plurima exempla sunt. De Diutinus apud Cic. perpauca. Ad Brutũ sic scripsit: Libertatis desiderio, odioq; diutinæ seruitutis Quint. Nõ sic, cõfundũt obuios grauibus catenis colla stridẽtia, nec diutino squallore cõcreta facies. Quia dici Serotinus à serò, uideor significasse Serò ꝑ uespere, nõ pro eo, qđ est tardè, siue post tẽpus. Hæc enim tria Serò significat, quæ tñ penè idẽ sunt. Vna, et uera significatio est ꝑ uespere, qđ est post occasũ. Altera quæ hinc nascitur, quæ est post tẽpus. Quod enim post solis lucẽ est, id uerè potest post tẽpus dici. Cic. quũ accusator Milonis idẽtidẽ interrogans, instaret, quo tẽpore Clodius esset occisus, urbanè respõdit, serò. non tã horã intelligens, quàm tardius occisum, & post tempus, quo debuisset occidi. Tertia significatio est, pro tardè: ut apud Senecam in Hercule furente, Epist. 8. li. 11. famil. epist. Quintil. lib. 6 cap. 4.

Serò nos illò referat senectus.
Nemo ad id serò uenit, unde numquàm,
Cum semel uẽnit, potuit reuerti.

Serotinus igitur quũ à primo significato (ut quibusdã placet) uenit, qui dicũt Horã serotinam, tempus serotinũ, pluuiam serotinã, tum à posterioribus. Appellamus enim ut Præcoces uuas, præcoces ficus, præcocia poma, quæ antè legitimũ, consuetũq; tẽpus, siue citò maturescũt, ita Serotinas uuas, serotinas ficus, serotina poma, quæ post legitimum,

mũ tẽpus,cõsuetũq; cæteris pomis, uel tardè maturescũt. Præcox *quoq; ingenium per trãslationem dicimus, quod nimis citò maturitatẽ consecutũ,nimisq; citò uidetur adoleuisse.* Ideoq; *ait* Quint. *Illud ingeniorum uelut præcoxi genus non temere unquàm peruenit ad frugem.id est,non ferè unquam ad perfectionẽ,tanquam ad frugem,fructũq; peruenit.* Præcox *quasi ante tempus excoctũ.* Huic *simile ac dissimile est,* Præmaturus,*quod est antè,q̃ sit maturus, & ante maturitatẽ:ut,* Segetes *prǽmaturæ,frumẽta præmatura,poma præmatura.id est,nondum matura.* Et *per trãslationem,* Præmaturus *sum militiæ,præmatura ætas, præmatura legatio,præmatura allocutio,præmatura postulatio.id est,immatura.* Quanquã *Maturũ ipsum in frugibus propriè dicitur,& id uno modo:in personis uerò figuratè,& hoc duobus modis:* Vno *sic :* Ego *sum maturus audiendæ philosophiæ,* Tu *es maturus rei militari.i.perfectionẽ tẽporis habeo ad hãc rẽ.* Vnde *senilis ætas uocatur matura,quasi omnino perfecta, & tẽpus debitũ assecuta.* Altero *sic:* Ego *sum homo maturus.i.perfectis moribus.et in hac significatione non cõponitur.* Inde *Maturesco,maturus fio.* Et *Maturo maturas,maturũ facio,uel perficio, atq; festino.* Vt *Verg. Maturate fugam.* Cic. *ad* Heren. *In ætate maturrima dixit:pro in ætate festinatissima.* Et *Maturè aduerbium,pro citò.*

Lib.1. cap.4. (margin, beside "leuisse")

Aeneid.1. (margin, beside "atq; festino")

Annuus. CAP. CVIII.

ANnuus *eodẽ modo dicimus,quo* Diurnus*:* Spatiũ *diurnum,spatium annuum,unius diei,unius'ue anni.* Annuus *quoq; quomodo* Quotidianus*.* Febris *quotidiana est quæ singulis dieb⁹ uenit.* Ita *apud* Verg.*- Atq; annua magnæ* Sacra *refer* Cereri. Id *est, singulis annis.* Et *duo illi* Epicurei *philosophi annua febri quo die nati fuerãt,corripiebant*

Georg.1. (margin, beside "quæ singulis")

piebantur: qua febri & mortui sunt, atque eodem quidem die. Dictum est ergo Annuũ, quasi anniuersarium. Nam ut festa, ita febres quibusdam, quorũ etiam Augustus fuit, anniuersariæ sunt.

Capitalis. CAP. CIX.

C*Apitale odium, quod caput, & uitam alterius petit. Cicero: Cum is tribunus plebis capitali odio à Qu. Pompeio, qui tũ erat cõsul, dißideret. Itẽ Capitale suppliciũ, Capitalis morbus, qui caput alterius petit. Capitalis autẽ homo, capitale uitiũ, capitale peccatũ, nõ quod petat alterius caput, sed cui⁹ caput, aut ꝑpter qđ caput cõmittẽtis peti debeat ad pœnã: ut idẽ: Capitalis Etheocles, uel potius Euripides. Et alibi, Fieri ait ĩ ciuitate uitia capitalia.* De Amic. De Offi. li. 3.

Meritorius. CAP. CX.

M*Eritoriam tabernam, diuersoriũ, atq; hospitiũ mercenariũ uocamus, quò cuiq; introire licet dãti mercedẽ. Nam Merere, mercede operari, laborare, atq; alteri inseruire est. Ideoq; Merere, ĩ militia est exerceri, propriè tamẽ spe stipẽdij, ac præmij, quod dicitur, Stipẽdia facere. Hinc Meretrices dictæ, suã et ipsæ militiã exercentes, ac stipẽdia sua faciẽtes. Et inde adiectiuũ Meritori⁹, meritoria, meritorũ: unde scorta mascula, Pueri meritorij uocãtur: nã puellæ nõ uocãtur meritoriæ, quippe propriũ suũ habẽtes nomen, quod est Meretrix. Quidã aiunt hos pueros, dici Catamitos, quod mihi non uidetur, sed potius Cõcubinos: Meritorij nanq;, ut meretrices, pretio merẽt. Cic. in Antonium: Ingenui pueri cũ meritorijs, scorta cũ matribus familiâs uersabantur. Ingenuos liberos dixit, meritorios: ergo non liberos: quos mango, qui ideo homines mercatur, ut uendat, commodare etiam abutendos pretio solet. Siue illi dominorum permißu, aut ipsi suo iure prostant,* Philipp.

stant,

stant, appellamus Corpus meritorium tam puerum meritorium, quàm meretricem: Orationē quoq; meritoriam, quasi uilem, & malè coëmptam.

Infensus, & Infestus. CAP. CXI.

I*Nfensus uehementer iratus, & odium gerens:* I*nfestus uehemēter molestus, atq; in aduersum uadēs.* I*nde* I*nstare, incursibus crebris molestia afficere: &* S*igna infesta, quæ in aduersum tendunt: hoc est, uexilla in hostem euntia, ut molestiam inferant.* M*olestare autē rarius reperitur, quàm* I*nfestare.* M*odestinus* I*uriscōsultus ait:* A*b* A*urelio* S*empronio fratre meo, neminem molestari uolo.*

Præsens, CAP. CXII.

P*Ræsens, nō modò quod est huius tēporis, sed etiam alterius: ut* C*ic.* E*go incolumitati ciuium primùm, & posteà dignitati: ille præsenti potius dignitati, quàm futuræ cōsulebat.* D*e mortuo loquitur: ergo nō nūc præsenti,*

Lib.12.ca.10. *sed tunc.* Q*uintil. de ipso* C*icerone iam defuncto loquens ait:* P*osteà uerò quàm triumuirali proscriptione cōsumptus est, paßim qui oderant, qui inuidebāt, qui æmulabantur, adulatores etiam præsentis potentiæ; nō responsurū inuaserūt.* P*ræsentis potētiæ, quæ tūc erat præsens.* N*eq; in præteritū modò, uerùm etiam in futurum: ut* H*oratius,*

De Art. poë. P*leraq; differat, & præsens in tempus omittat:*

H*oc amet, hoc spernat promißi carminis autor.*

I*n præsens: id est, in suum tempus, ut dixi, & quādo tempus dicendæ rei aderit: nisi accipiatur pro* I*mpræsentiarum.* V*t idem secundo* C*arminum:*

Ode.16. L*ætus in præsens animus, quod ultrà est,*

O*derit curare, & amara lento*

T*emperet risu: nihil est ab omni* P*arte beatum.*

P*ræsens quoq; dicitur subitus, & non dilatus in alterum*

tempus

tempus. Vt Vergilius:

Præsentemq́; uiris intentant omnia mortē. Iuuenal. Aeneid.1.
Pœna tamen præsens. Et, *Præsens ultio.* Vnde *Præsentissimū periculū,* & *Præsentißima medicina, remediū præsentißimū, uenenū præsentißimū,* quod etiā *præsentaneū* uocatur. *Præsentißimū,* quia statim aut sanat, aut occidit. Satyr.1.
Et quoniam ea quæ præsentē uim, affectūq; exhibēt, præstantiora, ac potētiora cæteris uidētur, ideo in hūc quoq; sensū accipi solet: ut, *Præsēs animus,* dicitur præstās, atq; excellēs. Et *præsēs remediū, Præsensq́; uirtus,* id est, potēs, et in primis efficax. *In rē præsentē,* nō tēpus, sed locū significat. ut Cic. Offic. lib.1. *Vt si cōstitueris cuipiā te in rē præsentē esse uenturū:* id est, ad locū, de quo cōtrouersia est. Liu. lib. XXXVIII. *Responderi legatis utriusq; partis placuit, missuros se in Africā, qui inter populū Carthaginiēsem, & regē in re præsenti disceptarēt.* Idē libro XLVIII. *Eodē anno inter populū Carthaginiensem, & regē Masinissam in re præsenti disceptatores Romani de agro fuerunt.* Valer. Max. lib. VII. *Q. Fabius Labeo arbiter à senatu finiū cōstituendorū inter Nolanos, & Neapolitanos datus, quū in rē præsentē uenisset, utrosq; sepatim monuit.* Ad tempus, duobus modis sumitur. Vno ad conditionē temporis, necessitatē, opportunitatē. Cic. pro Mil. *Quàm ad tēpus aptæ simulationes.* Quintil. *Fingere nimirùm ad tēpus uidebor, & rē nimiùm manifestā imprudēter cōplorare.* Altero ad spatiū temporis: ut, *Silebo ad annū, latebo ad tēpus.* id est, usq; ad annū, usq; ad tēpus quoddā, uel *In tempus.* ut Quintil. *Optimū emēdandi genus, si scripta in aliquod tēpus reponātur, ut ad ea post interuallum uelut noua, atq; aliena, redeamus.* id est usq; ad aliquod tēpus. Nam sæpe subintelligitur *Vsque:* ut idem, Lib 10. cap.4

Neq;

Neq; id ueteribus Romanis dedecori fuit: argumentum est sacerdotum nomine, & religione durans ad hoc tempus saltatio. id est, usq; ad hoc tempus.

Stultus, Fatuus, & Stolidus. CAP. CXIII.

S*Tultus, qui imprudẽs est, & improuidus: multiq; non insipientes homines aliquãdo stultè agunt. Fatuus planè insipiens est, tractum à sapore ciborum. Nam cum illi non sapiunt, fatui dicuntur: Ita homo qui non sapit, fatuus uocatur.* Martialis:

Li.13. epig.13 *Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,*
O quàm sæpe petet uina, piperq; coquus.

Melior huius uocabuli uidetur hæc causa, quàm ea quæ quibusdam placet, fatuos dictos, qui furore quodam (quali uxor regis Fauni Fatua nomine, corripi solebat) futura prædicũt: ut illa faciebat. Stolidus est, qui proximè accedit ad naturam sensumq; pecudum.

Beatus. CAP. CXIIII.

B*Eatus, qui rebus omnibus ad uitæ usum, ornatumq; spectantibus abundat. Ideoq; locupletes sanè omnes*
Satyr.1. *Beatos uocamus, ut apud Iuuenalem: Vetulæ uesica bea-*
De Inué. li.2 *tæ. Et Cice. Sint florentes, sint beati. Et alibi: Crotoniatæ quondã quũ florerent omnibus copijs, & in Italia quũ in primis beati numerarentur. Vnde apud inferos in Elysijs cãpis beati uocãtur, & à nobis qui apud superos uiuũt: ut penè idẽ sint Felices & Beati, Felicitas et Beatitudo. Felices, inquã, omniũ bonorũ cõpotes. Sunt & aliæ res pro sua quæque natura beatæ, felicesq;, ueluti de uoce apud*
Lib.11. cap.3. *Quintilianus Ornata erit pronuntiatio cui suffragatur uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aëra, auribus sedens. Beata dixit pro eo quod est plena, & perfecta. Et alibi: Nam uocis, quantum in nullo cognoui felicitas.*

Mollis homo, Molle opus. CAP. CXV.

Mollis homo dicitur, & molle opus: hoc in laudem, illud in uituperationem. Verg.

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Idem. Georg. 1.

Excudent alij spirantia mollius æra:

Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus. Aeneid. 6.

Quod non sine ratione factũ est. Nam qui non fuerit seuerus, fortis, & cõstans, & in morem rei duræ patiens, resistensq́; fortunæ uel aduersæ, uel blandæ, hic mollis est, similis ceræ, & tenellis plantis: quum præsertim qui mollicula membra habẽt, ferè molli sint mente, ut pueri, fœminæq́;. Contrà autem milites, nautæ, agricolæ, ut corpore, ita animo indurati putantur. Hoc igitur modo Mollis accipitur *in uitiũ. In laudẽ uerò, quod ut uitio datur durũ, ut* Durus *cibus, durũ cubile, durum solum, ita durũ ingeniũ, ueluti durus equus ad domandũ, durum ingenium ad docẽdum, & ad (ut sic dicam) sculpendum: eadem ratione* Molle di*cetur, quod nõ est durũ, eritq́; laudabile.* Quint. *de signis loquens, inquit:* Illius opera duriora, huius molliora. Di*cuntur autem* Signa, *opera sculptilia, siue fusilia, siue cætera eiusmodi ad effigiẽ animalium fabricata quemadmodum tabulæ, opera pictorum.* Siquidem *in tabulis antiqui pingebant, non in parietibus.* Hæc *talia magis dicentur mollia, quæ fiunt, quàm ingenium, quod facit.*

Crudus. CAP. CXVI.

Crudus uocatur, non qui cibum indigestũ habet in stomacho, sed q ægrè, difficileq́; digestibilẽ, et à quo offenditur, uel tanquam nimio, uel tanquam noxio: ut Cic. *de* Rosc. *Qui in cœnam non ueniret, quòd esset crudior.* Et Quint. *Crudo oratori declamandũ non putat. At cibo indigesto ferè & oramus, & negotia agimus, uel magis,*

quàm

reluctati sumus. Interq; nauigandum, peregrinandum, militandum, frequenter ad studia respeximus: ita ut si nihil lucri in literis (quod optabamus) certè (quod proximum est) nihil damni faceremus: quod si non contigit, iacturam hanc multarum rerum notitia, quas uel uidimus, uel sumus experti, fortasse pensabimus. Hac enim præcipuè uia Homerus informandum esse uirum sapientē præcipit, Vlyßis exemplo. Ita nanq; Odysseam inchoat:

Dic mihi Musa uirum captæ post tempora Troiæ,
Qui mores hominum multorum uidit, & urbes.

Quanquā quid tergiuersamur, quid blāda, aut inani excusatione nos fallimus? qualescūq; redierimus, nihil tamen quo dotē filiæ iam me absente adultæ ampliare queamus, attulimus, et collocādi iam tēpus est, satiusq; multò quàm primùm nuptui dare, quàm diutius custodiendo, pudicitiæ periculū adire. Mira enim est puellæ, uel procorū, uel amatorū multitudo, Ipsa quoq; teneri amplius non uult. Et (quod me ualde solicitū facit) alios magis incipit amare, quā patrē. Quare nō uacat cōparare plura, quò splendidius, ac magnificentius collocemus. Sex nanq; talēta, quæ ante profectionē nostrā parta, ac reposita erant, in dotem dabimus. quod quū satis esse debeat, tamen plus est, multo quod post hac tēporis acceßiōe adijcere possemus. Et certè similia impedimēta (ut de morte taceam) extimescenda sunt. Ne fortè (qđ Dij omē auertāt) uel absente patre, uel mortuo, filia (ut quæ ea ætate, atq; adeò ea mēte sit) prostet. Sufficiāt igitur huic operi quatuor superiora uolumina, quintūq; hoc de uerbis, accedēte sexto de notis autorū. Quòd si etiā plura scribēdi facultas, tēpusq; suppeteret, nescio an faciendū putarē: cū sciā, ea quæ uel optima, atq; pulcherrima sunt, nisi cōpēdij gratia iuuētur, ut pōtifica-

les olim cœnæ, longitudinis fastidio laborare: simulq; huius, de qua loquor, materiæ, neminem (de prudentibus loquor) uniuersum corpus aggredi esse ausum, suam sibi unusquisq; particulam ad scribendum delegit, siue ne longiore opere legentibus fastidium moueret (quod enim uocabulum non suam habet in significãdo elegantiam?) siue immensitatem, infinitatemq́; uoluminum ueritus. Quibus rebus me quoq; motum fuisse fateor, cùm mea sponte, tum illorum exemplo maxime, ne semper imperfectũ, ne semper inclusum habere, ne semper efflagitantibus opus negare uideamur: ne'ue quibus obsequi, & à quibus laudum suffragia nancisci cupimus, eiusdem iustæ querelæ, iustæq; uituperationis materiam præbeamus. Tum cò quòd insidiatores, & fures re expertus (ut secũdo libro dixi) cauere debeo, quos nunc multò plures esse, ac fore amici ostendunt: quæ causa Prisciano (ut ipse testatur) fuit, ut festinantius opus illud de arte Grammatica ederet. Hac eadem nos causa, & cæteris, quas enumerauimus, sumus adacti non modò ut festinantius libros nostros, uerum etiam ut pauciores ederemus. Et illi tantùm æmulorum insidiæ nocebant, mihi etiam præter cætera fautorum, atq; amantium studia nocent. Tradatur ergo aliquando uiro puella, contenta hac (quantulacunq;) dote. Non enim formosam esse credibile est, quæ maritum, nisi magnitudine dotis conciliante, non inuenerit, uirgo præsertim. Maritum autem puellæ cœtum literatorum intelligimus, à quo sanctitatem uxoris, pudoremq́; & custoditum esse cupimus, & custodiri debere testamur. Sed ad promissam uerborum disputationem (cuius hoc libro locus est) descendamus.

Prisc. in præfa. magni operis,

Disco,

Disco, Edisco, Dedisco, Dedoceo, & Instruo. CAP. I.



ISCO, & Edisco manifestè differũt. Nam Discere est, ut intelligas: Ediscere uerò, ut memoriter complectaris. Ideoq; caput apud Quintil. quod inscribitur de Ediscendo, ita incipit: Illud ex cõsuetudine mutandũ prorsus existimo in his, de quibus nunc differimus ætatibus, ne omnia, quæ scripserint ediscant, & certa, ut moris est, die dicant. Dedisco, quod didici obliuiscor. Dedoceo te, ostendo falsum esse quod doctus es, docẽs quod uerũ est: ut apud eundẽ in secundo: Et quidẽ dedocendi grauius, ac prius, quàm docendi. Illud, quo quidẽ utũtur, Instruo (quale est, Instruã te in uia hac, qua gradieris) nobis apud idoneos autores incõpertũ est. Dicimus enim Instruo classem, instruo aciẽ, instruo causam, instruo militẽ: non autem discipulum, aut mentẽ alicuius, nisi eo modo, quo instruimus ea, quæ dixi.

Lib. 2. cap. 8

Cap. 3.

Psal. 31.

Excogito, Reperio, Inuenio, Offendo, Nactus sum. CAP. II.

EXcogitare, est per cogitationem inuenire, idq; ad res tantũ incorporeas pertinet: ut, Excogitauit argumẽta, rationes, figuras, causas. Est ergo Excogitare, & Inuenire, cõsilij: Reperire uerò fortunæ. Vnde Ouid. - Tu non inuẽta reperta es. Sed iã usus obtinuit, ut idẽ sit reperio, quod inuenio. Est autẽ Inuenire uel cõsilio, uel casu, siue corporea, siue incorporea reperire. Offendo ferè qđ reperio, neq; solùm reuertendo, & ad statũ rerũ publicarũ, uel priuatarũ pertinet: ut Offendes Rẽpublicã perturbatam cõsilijs nepotis mei: Verũ etiã sine his, ut idẽ Cic. Sed tamẽ neminẽ tam maleficum offendi, qui illũ negaret Antonij dignũ senatu. Nactus sum etiã pro inueni, seu reperi,

Lib. 2. Meta.

Cic. in somn. Scip.

frequenter accipitur. Vt idem in Paradoxis: Eũ tu hominem terreto, si quem eris nactus, istis mortis, aut exilij minis. Et de Senectute: Vitis quidem, quæ natura caduca est, & nisi fulta est, fertur ad terram, eadem ut se erigat clauiculis quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Desipio, Desipisco, & Resipisco. CAP. III.

DEsipio, siue desipisco significat, uel ꝙ aliquid à communi sensu, sapiētiaq; minus habeo, uel quòd à meo sensu destituor. Quod ferè uitium aut ex ætate uenit, aut ex morbo, aut timore, aut amore, aut simili aliquo affectu. Cuius contrariũ est Resipiscere: & senes quidē iã dementes nunquàm resipiscũt, cæteri autē resipiscere, id est, ad priorē mentis statum, uel ad meliorem mentem redire solent.

In Heauton. act. 4. sce. 8. *Terentius: — Multò omnium nunc me fortunatissimũ Factum puto esse gnate, quum te intellego Resipisse.*

Prohibeo, & Inhibeo. CAP. IIII.

PRohibeo uel generale nomen est, uel ante rem inceptam. Inhibeo autem re iam incepta. Illud uetat, ne quid facias, uel ne quid incipias: hoc ne pergas ire, desistasq; ab incepto. Vergilius:

Aeneid. 1. *Quod genus hoc hominũ? quæue hũc tã barbara morē*
Aeneid. 12. *Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ. Idem:*
Parcite iam Rutuli, & uos tela inhibete Latini.

Vtor, Fungor, & Fruor. CAP. V.

VTor, et Fruor apertè differũt, sed nõ ea ratione, qua quidã uolunt, omnia sua imperitia confundentes, qui aiunt nos Vti humanis, Frui uerò diuinis: imò & diuinis utimur, & humanis fruimur. Quis enim mihi usũ diuinorũ ĩterdicat? qs rursus uetet me frui rebus meis, labore, & industria paratis? Aut quis dicat me frui sacris, cũ in illorũ uersor usu, atq; administratiõe? Vel quis neget, quũ uoluptati

ptati operã do, me frui his rebus, unde capio uoluptatem? Quòd si diceret, debere nos frui rebus diuinis, uti uero humanis (quãquàm ne in hoc quidẽ illis accedo) fortasse audirẽ. De rebus enim, nõ de uerbis disputarẽt. Nunc uerbũ exponũt, non res. Sed hos cũ sua imperitia, & (quod fœdius est) cũ sua pertinacia relinquamus. Vti igitur est alterius rei gratia: Frui nullius, sed (ut sic dicã) propter se. In illo iter est, in hoc meta. Hoc alterius finis, ad quẽ illud tẽdit. Qui hoc habet, quiescit, & cõtẽtus est: qui utitur, nunquàm cõtentus est, semperq́; ulterius tẽdit. Ideoq́; reprehensus est Annibal, q̃ cùm posset uti Cãnensi uictoria, frui maluit. Vtor armis, utor domo, utor libris, utor studio, diligentia, operaq́;, ut ex hoc posteà emolumẽti aliquid boniq́; cõsequar. Fruor bonis meis, fruor tuo aspectu, tuo colloquio, tuo cãtu, hoc est, delectationẽ, uoluptatẽq́; pcipio ex hac re, atq; ex huius rei usu. Nonnũquã eadẽ re duo pariter, hic utitur, ille fruitur: ut si alter ad focũ sedeat sanitatis causa, alioqui id nõ facturus, alter uoluptatis: hic non tẽdit ultrà, sed apud finẽ ipsum quiescit: ille non cõtentus præsenti cõditione, ad ulteriora tendit: qualis Annibal si fuisset, nec tã præsenti uictoria reqẽscere, q̃ progredi maluisset, nõ eũ Maharbal scire uincere, sed uictoria nescire uti dixisset: i. qui frui illa, q̃ uti maluerat. Dicimus tamen nõnũquã Vtimur pro Fruimur, uerecũdiæ cuiusdã causa: ut, Vtor pane triticeo, utor palmulis, utor ficis, quasi uiuẽdi potius causa edamus, q̃ edẽdi causa uiuamus. Deniq; Frui est delectationẽ capere ex utẽdo. Itaq; in idẽ recidũt, idẽq; efficiũt Frui, Delectari, Voluptatẽ capere. Quò fit, ut nõ fuerit causa, cur recẽtiores hoc uocabulũ Frui, unde uenit Fruitio, solis rebus diuinis dare uoluerint. Habet enim hoc uerbũ duo supina, Fruitũ, et Fretũ: quorũ primũ

Liu. 3. decad lib. 2.

uix in usu est, nisi apud eos, qui uerborum nouitatibus & gaudẽt, & gloriãtur. Secundũ significat confisum: ut, Fretus fortasse familiaritate, quæ est ei tecũ, ausus est cõfiteri. Adiungimus etiã alterũ uerbũ ad personam (de Vtor dico) *significatq́; cõuersor, & opera utor.* Idem Cicer. ad

Epist. 13. li. 2. epist. fam.

Cælium: Fabio uiro optimo, & homine doctißimo, familiarißimè utor. Et inde fit *Vsus: ut, Vsus mihi fuit tecũ: id est, cõuersatio, familiaritas, & consuetudo.* Quintil. *Mulierem cũ qua longa cõsuetudo, seu longus illi fuerat usus.* Atq; *quia solemus aliqua re ideo uti, ut ex ea fructũ percipiamus, factum est, ut dicamus* Vsum *pro utilitate, & fructu, tam in singulari, quàm in plurali: quorum exemplorũ plena sunt omnia.* Fungor *autem idem est, quod officium, munusq́; ago: ut, Fungor magistratu, fungor prætura, fungor legatione, fungor officio delegato, fungor munere iudicis.* Fungor *autẽ uita, quod fungor officio uitæ, & munere administrandi, gubernandiq́; corpus: munere, inquã, aßignato nobis ab imperatore* Deo. Inde *Defunctus est uita: id est, finiuit officium uitæ.* Vergilius:

Aeneid. 6.

O' *tandem magnis pelagi defuncte periclis.* Titus Liu. *Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpere.* Defunctus *periculis, ꝙ finita sunt pericula: & defuncta morbis corpora, ꝙ finiti sunt morbi corporũ.* Legimus etiam *Defunctus morte, i. mortẽ finiuit.* De Potior dixi alio loco.

Sto, Sedeo, Sido, Sisto, & Stator. CAP. VI.

STare, *est nõ ire, in his duntaxat, quæ cũt sine pedibus, aut quæ erecta nõ sunt: ut, Nauis stat, flumẽ stat, currus stat, sol stat, unde est* Solstitiũ, & Iustitium, *quia ius stat, forũq́; clausum est.* Anguis *etiam, et piscis, & lacertus, et auis in aëre stãt.* Quædã *ediuerso dicũtur* Stare, *q̃ erecta sunt, quãdiu nõ cadũt, sed hæc ferè sunt inanimata: ut,* Arbor

bor stat, simulacrũ stat, domus stat, colũma stat. Quædam uerò non dicuntur Stare, nisi nec cant, & erecta sint: ut, Homo, equus, uolucrisq; stat. Nanq; homo quum sedet, & equus quũ recumbit, & auis quum cubat, nõ stant, nec tamen eunt. Illud tamẽ notandũ aliter dici Sedere de hominibus, aliter de auibus. Nam cætera non sedent, nisi simia, & si quid est simile. Ipsum uerò Sedere auium, est in loco altiori esse: ut Passer sedet in tecto, hirundo sedet in pertica, cornix sedet in arbore: nec rectè dixeris, Stat ĩ arbore: sed tali potius quodã modo cornix stat, nõ cubat. Verg.

Alitis in paruæ subitò conuersa figuram, Aeneid. 12.
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, serum canit importuna per umbras.

Quintil. Vt si quæratur, an sit credibile super caput Valerij pugnãtis sedisse coruũ, qui os, oculosq; hostis Galli, rostro, atq; alis euerberaret. Lib. 2. cap. 4. Deniq; eodẽ mõ dicitur Sedere auis supra rẽ quãpiã, ut homo super equũ aut iumentum: qui dũ super equũ est, non dicitur Stare, aut manere, sed Sedere, quocunq; modo, aut quocũq; corporis habitu, gestuq; cõpositus sit. Sidere autẽ à Sedere multũ distat. Est enim Sidere deorsum descendere, pessumq; ire. Verg.

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Id est, ab alto demittũtur. Vnde Subsido, Desido: ut Oui. Metam. 1. Subsidere ualles. Et Lucã. Subsedit dubius. Lib. 1. Nam (ut ego sentio) à Sedeo præteritũ mutuatur. Inde Insido quoq; insedi, & Resido resedi, Aßido assedi. Siquidẽ Aßidêre est apud aliquẽ, ut ægrotũ, ut regẽ, sedere. Cũ enim Sallustius In Catil. inquit, Postq̃ Cato assedit: magis ab Aßido, q̃ ad Aßideo præteritũ hoc esse, significatio põt esse documẽto. Vt autẽ à Sedeo distat Sido, ita à Sto Sisto: ut, Siste lacrymas, siste fugam, siste gradũ: id est, fac stare gradũ, stare fugã, stare

lacrymas. Atq; ut illa superiora idem præteritũ habent, uel alterũ ab altero mutuum sumit: ita hæc duo idem supinum, uel sisto, à sto, uel sto à sisto accipit, quod est Statũ. Vnde fit Stator, quod magis à Sisto, quàm à Sto descẽdit:

Liui. lib. 1. ab urb. ob idq; Iupiter Stator uocatus est, qui Romulũ orantẽ, ut fugã suorũ sisteret, audiuit. Quare nescio, cur Hieronym. contra Iouinianũ dixerit, Offẽndet Iouem Statorẽ, qui libenter sederit. quasi Iupiter Stator à stãdo dicatur, & nõ à sistendo. Nimirũ oblitus historiæ est, ut super Ionã, fabulæ: ubi ait, Ex Ioppe Iudææ portu Andromedã à Perseo liberatam. In quo eorũ manifestus est error, qui quum legunt, quòd Ionas surrexit, ut fugeret in Tharsis, & uenit Ioppen, opinãtur hanc esse Andromedæ urbem, quum sit in India ciuitas Tharsis, unde illa fuit, ut ipse quoque Hieronymus meminit. Ouidius libro 1. de Arte amandi:

Perseus Andromeden nigris portauit ab Indis.

Et Sappho ad Phaonem:

Candida si non sum, rapuit Cepheïa Perseum
Andromede patriæ fusca colore suæ.

Eadẽ obliuio eiusdẽ fuit, quòd Gallos matris Deũ in Osee ait esse ex gente Gallorũ, qui à Romanis ob ignominiam illius nationis uindice animo effœminantur, quũ à Græcis hoc anteà, ut tunc, fuerit factitatũ. Sistere dicimus etiam pro repræsentare, & præsentiã corporis exhibere, dictũ ab eo quòd non tantùm cõparere quis debet, nisi & manserit: unde de iudicio sisti, hoc est de sistẽdo aliquẽ in iudi-

Epist. 26. li. 3. cio. Cic. ad Att. Des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Calendas Ianuarias, ubicunq; erimus, sistas. Et hinc Stator, nuntius, tabellarius'ue cõsulis. Idẽ de Offi. lib. 11 1. Vas factus est alter eius sistendi, ut si ille non reuertisset,

Aeneid. 2. moriendũ esset sibi. Vergil. Et patrio te limine sistam.

Appeto

Appeto,& Expeto. CAP. VII.

APpeto cum affectu: Expeto cũ ratione. Appeto qualiacũq;: Expeto honesta, planeq́; bona. Vnde de rebus expetẽdis scripsere philosophi, quæ scilicet peti debẽt: nõ autẽ de Appetẽdis: ex quo deriuatur Appetitus, qui ĩmensa, & ĩmoderata cupiditas dicitur. Quare qui dixit, Oĩa bonũ quoddã appetere uidentur, mallẽ dixisset Expetere.

Vendico,& Vindico. CAP. VIII.

VEndico idẽ est quod (ut sic dicã) approprio, ac meum esse dico. Quintilian. Circo usitatũ nomen Pœni sibi uendicant. Et iterũ: Rusticus petit partem bonorũ, orator sibi totũ uendicat. Et ferè hoc uerbũ postulat datiuũ, & hunc frequentißimè ex pronominibus primitiuis: ut, Hunc agrũ ego uendico mihi, tu uendicas tibi, frater uẽdicat sibi. Vindico ulciscor, unde Vindicta, quoties iniuriã, cõtumeliam'ue illatã punio. Interdũ Vindico, idẽ quod ab iniuria, cõtumeliá'ue, siue iactura facienda, defendo. Cice. pro M. Marcello: Nobilißimamq; familiã iam ad paucos redactã penè ab interitu uindicasti. Idem de Senectute: Est senectus natura loquacior, ne ab omnibus eã uitijs uidear uindicare. Vitijs, id est, uituperationibus, quẽadmodũ criminibus, pro criminationib. Dicimus Vindicare in libertatẽ, aut in seruitutem, quasi asserere in libertatẽ, aut in seruitutẽ: non (ut quidam uolunt) Vendicare: ut Liuius lib. XXIII. Intermori uehementioribus, quàm quæ pati poßit, remedijs ciuitatem sinere in ipsa uindicta libertatis perituram. Et in secundo: Præmium indici pecunia ex ærario, libertas, & ciuitas data. Ille primùm dicitur uindicta liberatus. Quidam Vindictæ quoque nomen tractum ab illo putant: Vindicio ipsi nomen fuisse. Ego nescio an uendico reperiatur, sed tantum uindico.

Explodo, Complodo, Supplodo. CAP. IX.

Explodo non tantùm significat eijcio, sed eijcio manibus, & quidẽ cum sono pulsantibus, qualiter quempiã è domo, è theatro, ex aliquo cõcilio iniectione manuũ atq; pulsatione eijcimus. Quod apparet ex alijs à plodo cõpositis. Cõplodo, & Supplodo. Est enim Complodere aduersas manus inuicem collidere, quod fieri pluribus de causis solet: uel ad testificandũ, more fœminarũ dolorẽ: uel præ gaudio: uel per subitam admiratione͂: uel si quæ sunt aliæ causæ. Supplodere est pedẽ terræ incutere, quod interim solet in oratore laudari. Itaq; quum dicit Cic. Quoniam Pyrrhonis, Aristonis, Herilli iampridem explosa sententia est: appositißimo uocabulo (ut semper) est usus. Non enim dixit eiectam sententiã eo modo, quo cætera eijciuntur, sed quasi pulsatione manuũ, tanquã ipsi illi huius sententiæ autores è cœtu ab ipso cœtu, iniectis in eos manibus, eiecti sint, ut apertius alio loco ĩdicat: Histrio si paulũ se moueat extra numerũ, aut si uersus pronũtiatus est una syllaba breuior, aut longior, exibilatur, & exploditur.

De Offic. libro. I.

In Parado.

De Dico, & quibusdam deriuatis ab eo. CAP. X.

Dicere propriè est oratorũ, & eleganter, facũdeq; loquentiũ. Quintil. lib. x. Nam mihi nec dicere quidẽ uidetur, nisi qui dispositè, ornatè, copioseq; dicit. Cice. de Offi. Vt non modò Græcarũ literarũ rudes, sed etiam docti aliquantulùm se arbitrẽtur adeptos & ad dicendũ, & ad iudicandum. id est, in oratoria arte, & in philosophia. Omnes ferè codices habẽt Discendũ pro Dicendũ. Quod exemplum ideo subieci potißimũ, ut uulgus emendarem. Vnde Dictio uocatur, oratoria & facunda oratio. Nã ab illo generali huius uerbi significato fit Dictio, quæ est uocabulũ, siue uerbũ. Ex hoc ipso uerbo Dico, duo frequẽtatiua

In præf. li. I.

tiua oriuntur, Dicto, & Dictito: sed posterius potius frequētatiuū est, & idē est quod frequētibus tēporibus, frequentibusq; locis dico, et narro. Alterū autem est, quod dico, si id alter scribēs excipiat, & manu, styloq; notet: ut Cicero ad Atticū quadā epistola testatur se illā non scripsisse, sed reparandi lateris gratia obambulantē dictasse. Epist.23.li.9. Et Quintilianus delicias dictādi appellat, sentiēs delicati, nō laboriosi esse dictare, nec accuratè dictando scribi. Lib.10.cap.3. Ita dicta sunt Dictito, & Dicto, à Dico, ut Vētito, et Aduēto à Venio, & eadē penè ratione significāt. Nā Vētitare est frequēter uenire: Aduētare uerò proximū iā esse ueniendo. Victitare autē eodē modo dicitur, significatq; non frequēter uiuere, sed uesci, & quasi uictu uti, siue tali genere uictus frequētißimè, & ferè semper uti: ut, Sarmatæ uictitant lacte. Dictū, & Dicta, de omni sermone intelliguntur, sed specialē quoq; significationē habent pro dicaci sermone: unde dicta est Dicacitas, quam Quintilianus ita Lib.6. cap.4. definit: Dicacitas sine dubio à dicēdo, quæ ex omni genere cōmuni dicta est. Propriè tamē significat sermonē cū risu aliquos incessentē. Ideo Demosthenē urbanū fuisse dicunt, dicacē negant. Dicacitas igitur (ut dicebam) sermo cum risu aliquos incessens, Dictum uocatur, quod Græcè σκῶμμα dicitur: quale est Ciceronis: Nisi fortè iure Ger- Philip.12. manū Cimber occîdit. Germani, quos Francos nunc dici Hieronymus ait, & Cimbri, nationes sunt olim inter se dißidentes. Cicero autem de quodam, cui nomen erat Cimber, à quo frater occisus est, loquitur, captans risum ex hac ipsa ambiguitate sermonis. Et illud Terentiani Thrasonis in adolescētulum, quod Gnatho uetus dictum credidisse se simulat, id est, ueterē facetiā, ac uetus ridiculum: In Eunu.act. 3.sce.2.

Lepus tute es, & pulpamentum quæris.

Valer

Valerius Martialis ad Domitianum:

Lib.1.epig.5. *Consueuere iocos uestri quoq; ferre triumphi,*

Materiam dictis nec pudet esse ducem. Qualia autē sunt dicta, quæ in ipsum triūphantē milites iaculari solebāt, illud quod Cæsari dictatori fuit decātatū, erit exēplo:

Sueto.in Cæsa.cap.49.

Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:

Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Illud Subegit, & Cæsarem, in quem dicitur, mordet: & alijs, apud quos dicitur, risum mouet.

Adorare, & Supplicare. CAP. XI.

ADorare, ab Oro, quod est ore precor, componitur: Supplicare, à Plico, quòd genu, poplitemq;, aut ceruicē plicamus, quum à potentiore aliquo magnum quid precamur. Et tamen Adorare sine ore, hoc est, sine uoce fit, nō sine plicatione genuum, ac gestu corporis. Supplicare sine plicatione genuū, ac gestu corporis, nō sine ore, & uoce. Hinc est, quare Supplicare tātùm homini datur, Adorare etiam mutis: unde elephas, & phœnix, & alia quædā irrationalia solem adorare dicuntur. Nosq; rebus mutis, & sensu carētibus nō supplicamus, sed adorationis honorē exhibemus, ut regū statuis, signis, uestibus, literis, alijsq; similibus. Et præcipuè picturis, imaginibusq;, tum Dei, tum sanctorū, tū ipsius etiā crucis, quā sapiētes adorāt, stulti etiā orāt. Quod de cruce, idē etiam de sudario dico, cæterisq; similibus: idē de reliquijs sanctorū, quorum corpora præsentia adoramus, animas uerò absentes oramus. Siqd autē ad hæc muta, quæ uidemus, dicimus, salutatione utimur, nō precatione, quale est: Salue sancta crux.

Assurgo. CAP. XII.

ASsurgunt sani, ut stent, aut ut obuiā eant: assurgūt ægroti, ut sedeāt, aut ut cubito innitātur. Vtroq; modo

in alt

in alterius honorem, aut officij, aut beneuolentiæ causa hoc agentes. Ideoq; ferè adiungitur datiuus: ut, *Aduenièti magistratui omnes assurgimus, etiam morbo affecti, uidelicet ob honorem.* Et, *Pater quum iaceret in lecto, redeunti à peregrina militia filio assurrexit, optatißimum illud caput amplexurus, nempe ob charitatem.*

Tollo. CAP. XIII.

SVstuli filium ex uxore, id est, habui filium. Itē, Sustuli filiū, id est, educaui: & ab utroq; fit Sublatū. Primū est à Tollo, pro capio: secūdū à Tollo, pro educo. Paulus: Tamē intelligendū est de his legē sentire, qui liberos tollere possunt. Itaq; si castratū libertū iureiurando quis adegerit, dicendū est, nō puniri patronū hac lege. Quintil. Cupidus ego liberorū uxorem duxi, filium sustuli, natum educaui, in adolescentiā perduxi. Aliud est igitur hîc Sustulisse, & Educasse. Et alibi: Qui ex duobus legitimis, alterū in adoptionē dederat, alterū abdicauerat, sustulit nothum, id est, habuit: quanquàm parū propriè significo, quod uolo. Nā ut fœmina quum mater fit, dicit, Peperi filiū: ita uir quū fit pater, dicit, Sustuli filiū. Terēt. Quicquid peperisset, decreuerūt tollere: i. educare. Idē: Meministin' me esse grauidā, & mihi te magnopere interminatū, si puellā parerē, nolle tolli? CHREMES, Scio quid feceris, sustulisti. Eodē modo dicimus, Tulit filiū, ut sustulit. Sueton. in Domitiani uita: Deinde uxorē Domitiani, ex qua ī secūdo cōsulatu suo filiū tulerat, repudiauit. Alia duo significata notiora sunt, quorū alterū est summouisse, ut Vergilius: – Iubet & sublata reponi Pocula. Alterū, in altum tulisse: ut idē: – Et sublatū altè consurgit in ensem. Quæ duo declarantur ex illo in Neronem epigrammate:

In Andr. act. 1. sce. 3.
InHeant. act. 4. sce. 1.
Aeneid. 8.
Aeneid. 9.
Sueto. in Nero. cap. 39.

Quis neget Aeneæ magna de stirpe Neronem?

Sustulit

Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Hic sustulit matrem, qui, occidit, & de medio abstulit. Ille sustulit patrē. id est, supra humeros sumpsit, & ab incendio eripuit.

Prouoco, & Lacesso. CAP. XIIII.

PRouoco, in malam partem dicitur, & in bonam. De mala notum est. De bona uerò, Cic. ad Brut. *Tuis literis amantißimis sum prouocatus.* Lacesso plerūq; in malū: ut idē, *Sed iustitiæ primum munus est, ne cui quis noceat, nisi laceßitus iniuria.* Sed nonnunquā in bonum: ut idē v. Tusc. *Tuis me amātißimis libris laceßisti.* Et ad Att. lib. XIII. *Cùm ipse homo nunquàm me laceßisset,* i. nunquàm me libris suis ꝓuocasset ad respōdendū. Est autē Prouocare, & Lacessere, tentare ad pugnā, & ad concertationē.

Offic. I.

Hio, Hisco, & Dehisco. CAP. XV.

HIare, est aliquid sua sponte, & externa aliqua ui diffindere, ut, *Tellus æstu, & lingua ariditate aut nimio calore hiant.* Hiscere est tantùm oris, & quidē humani, & accipitur pro eo quod est loqui, aut os aperire ad loquendum, sed ferè per negationē: ut, *Coram illo non aude6 res hiscere,* aut per interrogationem: *Quid nunc habes, quod hiscere audeas?* Ouidius tamen poëticè dixit,

In epist. Hypsiph. ad Iaso

Hiscere nempe tibi terra roganda foret.

Cùm oratores soleant potius dicere Dehiscere, id est, deorsum, peßumq; se aperire.

Do, & Habeo fidem. CAP. XVI.

DO fidem, nō est (ut nunc multi loquuntur) *Des fidē uerbis illius:* &, *Nō dedit fidē illi secū tantis uerbis loquenti.* Hi uidētur significare, ꝙ nō credatur illius uerbis, qd' Latinè dicitur, Fidē habere, loquēdūq; sic potius: *Habeas fidē uerbis illius.* Nam Dare fidē est aliqd sanctè promittere. Vt Terent. *Grauidaq; facta, dat fidē uxorem sibi*

In Andr. periocha.

sibi Fore hanc. Vergilius: *Accipe, daq; fidem.* id est *accipe sponsionem factam à me, & tu mihi uicißim da tuam.* Aeneid. 8.
Quintilianus: *Fidem habeas hominibus, quos mẽtiri alius affirmat.* Accius apud Ciceronem: *Neq; dedi, neq; do infideli cuiquã fidem.* id est, *non promisi uerè ex animo: quia ipse meretur, ut uicißim fallatur.* De Offi. li. 3.

Præ se ferre. CAP. XVII.

PRæ se ferre, est dicto, facto'ue, & ipsa statim fronte qualẽ opinionẽ de aliqua re aut homine habeas, confiteri. Quintil. *Fiduciã igitur præ se ferat orator, semperq; ita dicat tanquã de causa optimè sentiat.* id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa uoce, ex ipsa tota oratione eluceat fiducia: quẽadmodũ qui pugnaturi sunt, in uultu, & gestu indicant tacitã uel formidinẽ, uel fiduciã: hoc est, præ se ferunt fiduciã, uel formidinẽ. Cic. *Nã ille qui accipit iniuriã, meminit, & præ se fert.* id est, ait se accepisse iniuriã, mẽtem'ue se habere persequendæ iniuriæ ostendit. Iterũ: *At beneficio sum usus tuo, quod quanquàm illud ipsum, quod cõmemoras, præ me semper tuli, malui tamẽ me tibi debere cõfiteri, quàm cuiquã minus prudẽti nõ satis gratus uideri.* Præ se ferre, & Confiteri, pro eodẽ posuit. In eundẽ sensum accipi solet Præfero, item Præ me duco, Præ me gero, Ante me duxi. Idem: *Et tamen quum ita uiuit, neminẽ præ se ducit hominẽ.* Vbi accipitur Præ se, pro ante se, uel in comparatione sui. Et alibi: *Præ se utilitatẽ gerit.* Et alibi: *Tamẽ iniuriã à te in me factã, semper ante me duxi.*

Rationem habeo, & Ratio constat. CAP. XVIII.

RAtionẽ habeo, idem est quod Respectũ habeo, sed tantummodo in bonũ: ut, *Habenda est ratio salutis, ratio honoris, ratio rei familiaris:* nõ autẽ infirmitatis, turpitudinis incommodorũ, ut quosdam annotaui scribentes. &

Tu

Tu facis contra rationem ualetudinis.id est,non habes respectum ualetudinis,sanitatis inquã,non ægritudinis:quæ duo,hoc significat nomẽ. Quæ exẽpla,quia paßim inueniuntur,omitto. Cic.ad Mariũ inquit inusitatius: Pudori tamẽ malui,famæq; cedere,quàm salutis meæ rationẽ ducere.Et in II. Offic. Siue ratio cõstantiæ,uirtutisq; ducitur,aut hæc ars est,aut nulla omnino, per quã eã assequamur.Et hoc fit cũ genitiuo. Cum ablatiuo autẽ præposita præpositione Cum, habet aliã significationẽ:ut Cicero in Catone maiore: Rationẽ habet cũ terra,quæ nunquàm recusat imperium.id est, negotium, & commercium habet cum terra.Quod probatur ex illo in Tusculan. Quis est omnium qui modò cum Musis,id est,cum humanitate,& doctrina habeat aliquod commerciũ, qui se non hunc mathematicũ malit,quàm illum tyrannũ? Idem ad Att.Nunc uerò,quoniã ea quæ putaui præclara,expertus sum quàm essent inania:cum omnibus Musis rationẽ habere cogito.

Epist. 3.lib.6. fam.epist.

Lib.5.

Epist.5.lib.2.

Rationem constare (ut breuiter dicam) est æquam legitimamq; rationem aut ostendi,aut apparere ostendi posse. Plinius Iunior: Mihi & tentandi aliquid,& quiescẽdi illo autore ratio cõstabit.Et iterum: Mirum est quàm singulis diebus in urbe ratio cõstet,aut cõstare uideatur pluribus, cunctisq; non constat. Vlpianus: Planè ne si defendendi gratia aliquid fecerit,rationẽ ei cõstare oportet.id est,rationẽ eum iustã aut ostendere,aut facilè posse ostendere.

Epist. 5.lib.1.

Epist.9.lib.1.

De E,& Ex,diuersisque nominibus,& uerbis eisdem appositis. CAP. XIX.

È Republica est, id est,pro Republica est. Quint. At hoc nemo dubitabit quin si nocẽtes mutari i bonã mẽtem aliquo modo poßint,sicut posse cõceditur,saluos esse eos,magis è Repub.sit,q̃ puniri.È Republica dicẽdũ est, ut in

ut in Orat.Cic.te statur,nõ ex Repu. Tollitur enim x,sicut in omnibus fit ferè quæ ab r,incipiũt,E' regione.i.ex opposito,uel ex aduerso,atq; è cõtrario: nõ ex regione. E' re mea,è re tua,è re nostra.Liu.lib.XXXIII.Perinde ac si nõ postulauerint,quæ è re sua essent,sed suaserĩt, quæ nobiscẽ ferẽt utilia esse. Similiter è dignitate,ex utilite,ex usu:pro eo q̃d esset,pro dignitate,uel ad dignitatẽ, utilitatem,uel usum.Cice.Facis ex tua digitate, & è repub.Et alibi:Legẽ(ut æquũ est)ex utilitate Reip. cõsiderate. Terent.Quod ex usu siet. Cæsar in Commentarijs: Vtrum prælium cõmittere ex usu sit. Ex tẽpore dicere, est ex improuiso,& imprædmeditatũ dicere,nec domi cõpositam orationẽ afferre.Hinc uocatur Extẽporalis oratio.Persius autem ait:Atq; ex tempore uiuis? Ex tẽpore quoq; agere.Cic. Offi.II. Quos credimus expedire rem & consilium ex tẽpore capere posse. Aliter idem tertio eiusdem operis libro dixit:Vniusgeneris quæstiones sunt hæ omnes,in quibus ex tẽpore officium quæritur: ex tempore,quasi ex temporis cõditione.E' renibus laborabat, idem inquit: hoc est, morbum in renibus patiebatur. Ex uinculis causam dicere, est alligatum respondere criminibus:ut Ex equo pugnare,est in equo sedẽtem pugnare. Ad Brutum, epist.2. De Inuẽ.li.2. In Heauton. act.1.scen.2. Satyr.3.

Aestimo,& Existimo,Cogito,& Excogito. CAP. XX.

AEstimo,& Existimo à plerisq; cõfundũtur, quũ diuersa sint,sicut Cogito,& Excogito. Antè enim est Cogitare,deinde Excogitare,licet nõ quicũq; cogitat,statim & excogitet.Ita prius rem æstimamus,deinde qualis sit, existimamus. Aestimare enim est cõsiderare.Existimare uerò iudicare. Quint.Cõsumptis affectibus,nõ reperiens quo dignè modò uultum patris posset exprimere uelauit eius caput, & suo cuiusq; animo dedit æstimandum Lib.2. ca.14. Lib.1.

dum.Cic.de legib.Sisenna eius amicus, omnes adhuc scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus æstimare nõ possumus, facilè superauit. Et in Verrin. *Expendite deinde hæc, atq; æstimate pecunia.* Vnde dictum est Aestimare, pro taxare, ab æs æris, & τιμὴ Græcè, quod est pretium Latinè. Ouid. III. de Trist. lib.

Act. 7.

Quod quicunq; leget (si quis leget) æstimet antè,
Compositum quo sit tempore, quoq; loco.

Coniuro, & Conspiro. CAP. XXI.

CONIURARE, & Cõspirare, ferè in malum accipiũtur, quoties in patriam, aut bonũ principẽ coniuratio fit, atq; conspiratio. Sed si honesta causa id fiat, in bonũ etiã accipi debẽt. Nam & Mutius Scæuola ad Porsennam regem inquit: *Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, ut in te hac uia grassaremur.* Et Cic. ad Cæsarem pro Ligario, *Fratrum conspirationem* dixit, quasi unanimitatẽ. Verùm Conspiratio, ut in hoc ipso loco, nõnunquã nemini perniciosa est, in neminemq; grassatur: Coniuratio semper in alterius perniciem grassari solet.

Liui lib. 2. ab urb.

Cordi est, & In animo est. CAP. XXII.

CORDI est, et in animo est, differũt. Nãq; hoc secundũ notũ est significare ĩ animo habeo, uel animus est mihi, uel uolo, atq; cõstituo: ut ad Terentiã Cic. *Nobis erat in animo Ciceronẽ ad Cæsarẽ mittere.* Illud uerò, est delectat, & placet. Vt idem: *Itaq; non tam me ista sapientiæ, quam modò Fannius commemorauit, fama delectat, falsa præsertim, quàm quòd spero amicitiæ nostræ memoriam sempiternã fore: idq; mihi eò magis est cordi, quod ex omnibus seculis uix tria, aut quatuor numerãtur paria amicorum. Quo in genere sperare uideor Scipionis amicitiã et Lælij, notam posteritati fore.* i. eò magis me delectat, & placet,

Epistol. I. libro 14. fam.

De Amic.

placet. Terentius: *Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi.* Et alibi: *Quia uterq; utriq; est cordi.* id est, Nuptiæ iucundæ sunt tibi, & uterq; alterum amat. In Andr. act. 2. scen. 1. In Phor. act. 5. scen. 3.

Inuerto, & Interuerto. CAP. XXIII.

INuertere est quasi in cõtrariũ uertere, ut interiora ue stis, aut pellis, aut aliarũ rerũ exteriora facere, præpo stereq; uerba pronũtiare: ut ꝑ Lauo Vola. Interuertere est rẽ aut cõmodatã, aut depositã, aut creditã, callidè, doloq;, ne domino restituatur, efficere. ut Cic. in Verr. Candelabrũ, quod rex Syriæ Ioui Capitolino dono tulerat, à Verre, q illud à rege cõmodato acceperat, interuersum esse cõqueritur. Marcellus iurisc õsultus. Si duo, inqt, hæredes rem apud defunctũ depositam dolo interuerterint. Act. 6.

Compertum est, & Exploratum est. CAP. XXIIII.

COmpertũ est mihi, & Exploratũ est mihi, idem est quod scio ꝑ inuestigationẽ: similiter comperi, & exploraui. Cõstitutũ est mihi, Deliberatũ est mihi, Decretũ est mihi, idẽ quód Apud me cogitando firmatũ est: similiter constitui, & decreui, at nõ ita deliberaui. Possũ nanq; deliberasse, & nihil tamẽ constituisse. Quint. in ægro redempto: Oderitis licet confessionẽ meam, deliberaui. hoc est, dubitaui, et hæsitaui. Itaq; differt an dicamus Senatus deliberauit: an, Senatui deliberatũ est. i. decreuit. Plinius Iunior: Tũ ego, si fixum istud tibi ac deliberatum est, sequar te. Cic. in Verr. Deliberatũ autem est, si res opinionem meam, quam de uobis habeo, fefellerit, non modò eos persequi, ad quos maxima culpa corrumpendi iudicij, sed etiã illos ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Exploraui tamẽ pro inueni ferè accipitur, quũ Exploro idẽ sit, quod inquiro sagaciter: unde dicuntur Exploratores. Idẽ fit in nõnullis alijs, ut Exigo, quod est uehemẽter, & iure Declam. 5. Epi. ult. lib. 7. Act. 7.

quodam postulo: inde Exegi, *&* Exactũ, *pro postulando obtinui, & postulando obtentum.* Tale *est quæsitum, pro partum, à quæro.*

Fœnero, Fœneror, Mutuo, & Mutuor. CAP. XXV.

FOenero *tibi dicitur: sicut* Mutuo tibi: Fœneror *abs te, sicut* Mutuor *abs te. Qui mutuat pecuniã, dat mutuò. Qui fœnerat pecuniam, dat ad usuram. Qui mutuatur pecuniam, mutuò accipit. Qui fœneratur pecuniam, ad usuram accipit.*

Gradum facio, & Gradum iacio. CAP. XXVI.

GRadũ *facere, non est transitũ facere, sed ad aliquã rẽ gradũ, & quasi scalã ad alia facere.* Ideoq; *à quibusdam dicitur,* Gradũ iacere: *ut si riuum transire, si in arborem, fenestram'ue aut tectũ scandere uelim, & saxo, et scamno, aliquá'ue alia re gradum facio: ut apud* Quintil. *Nanq; & illud frequẽs est, ut ea, quibus minus cõfidimus, quũ tractata sunt omittam⁹: interim spõte nostra uelut donantes, interim ad ea, quæ sunt potẽtiora, gradũ ex his fecisse contenti.* Hoc *eodẽ modo* Ambrosius *in libris* Offi. *utitur.* Cice. *contra* Rull. *Nunc quasi gradum quendam, atq; aditũ ad cætera iactum intelligetis.* Idem pro Cluentio: *Antequàm ad hoc nefarium facinus accederet, aditum sibi alijs sceleribus antè muniuit.*

De Certum est. CAP. XXVII.

CErtum *est, non modò accipitur pro* Manifestum *est. ut* Quint. *Nempe legem esse certum est: sed etiã pro* Deliberatum, *&* constitutum *est.* In *quo secundo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: ut,* Certum *est mihi ire in* Hispaniam. *Nonnũquam datiuus subintelligitur, ut apud* Verg.

Eclog. 10. *Certum est in syluis, inter spelæa ferarum* Malle pati.

Liceor, Licitor, & Addico. CAP. XXVIII.

Liceor uidetur carere præterito, tamē quasi præteritū habeat, format à se frequentatiuum (sed eiusdē tamen significationis) Licitor: unde sunt participia Licitans, & Licitaturus. Vtriusq; igitur uerbi significatio est, pretiū deferre in auctione faciēda: hoc est, in uēditiōe, quæ publicè fit. Hinc unū compositū fit Polliceor, nō multū à primitiua significatione dissidēs. Est enim Polliceri, ultro aliqd pmittere. Ita qui licētur, aut licitātur, ultro p re emenda pretiū, alius alio maius pollicentur, ut sibi potius, q̄ alteri uenalia addicātur. Nā tali modo uēdere, Addicere est. Et inde apud Iuriscōsultos, De in diē addictione titulus est, quē nostri iurisperiti emendāt De in diē adiectione, non uerbū modò, sed sententiā quoq;, atq; ius ipsum corrūpentes. Afferamus ergo exēpla utriusq; uerbi. Vlpia. Si res eius uenierit, & existat qui plus liceatur, an in integrum pptcr lucrū restituēdus sit? Et quotidie prætores restituunt, ut rursum admittatur licitatio. Caius: Licitatio uectigaliū, quæ calore licitantiū ultra modū solitæ cōditionis inflatur, ita demū admittēda est, si fideiussores idoneos, et cautionē is, q licitatione uicerit, offerre paratus sit. ad cōducendū uectigal inuitus nemo cōpellitur. Et ideo cōpleto tēpore cōductionis, licitatores alloquēdi sunt. Licitatores uectigaliū ad iterandā conductionē antè, quàm superiori cōductioni satis faciāt, admittendi nō sunt. Paulus: Si uenditor simulauerit meliorē allatā conditionē, cū minoris, uel etiā tantidē alij uenderet, utriq; emptori in solidū erit obligatus. Sed si emptor aliū non idoneū subiecit, eiq; fundus addictus est, nō uideo, inquit, quemadmodū priori sit emptus, cùm alia cōditio, & uera subsecuta sit. Sed si neuter subiecit emptorē, maiore aūt pretio addictū est præ-

 dium ei,

diũ ei, q ſoluẽdo nõ eſt, abitũ eſt à priori emptione, qa ea melior intelligitur, quã uenditor cõprobauit, cui licuit nõ addicere. Quibus ex uerbis intelligitur, quid ſibi uelit illud Cic. in Offi. lib. III. *Non licitatorẽ uenditor, nec q contra ſe liceatur, emptor opponet.* Idẽ ꝓ Cecinn. *Quũ eſſet (ut dicere inſtituerã) conſtituta auctio Romæ, &c. Itaq; mulier facere cõſtituit, mãdat ut fundũ ſibi emat &c. Ebutio negotiũ datur, adeſt ad tabulã, licetur Ebutius, deterrẽtur emptores multi, partĩ gratia Cæſenniæ, partim pretio: fundus addicitur Ebutio, pecuniã argẽtario promittit Ebutius. Quo teſtimonio nũc uir optimus utitur, ſibi emptũ eſſe, quaſi uerò aut nos ei negemus addictũ, aut tum qſquã fuerit, q dubitarit, quin emeretur Cæſenniæ, cũ id pleriq; ſcirẽt, oẽs ferè audiſſent, hi cõiectura aſſeq poßẽt, cũ pecunia Cæſenniæ ex illa hæreditate deberetur, eã porrò in prædijs collocari maximè expediret, eßẽt aũt prædia, quæ mulieri maximè cõuenirẽt, ea uenirẽt, liceretur is quẽ Cæſenniæ dare operam nemo miraretur, ſibi emere nemo poſſet ſuſpicari.* Quint. de Paſto cadauere:

Declam. 12. *Si nobis nihil ex cõmeatu noſtro partiris, nos uicinæ ciuitati uendimus, liceat ſeruire ubi frumentum eſt.* Nõ exigua res eſt.

Declam. 5. *ꝓ uita, pro ſepultura, ꝓ innocentia licemur.* Idẽ in Aegro redẽpto: *Omnes facultates in pretia collegi, rus, ſeruulos, penates, & omnia utiliora properãti feſtinatione parẽtis addixi.* Inde addicti apud ueteres dicebãtur, qui prætoris pronũtiatione, ac iuſſu, quũ ſoluẽdo nõ eßẽt, creditoribus uẽdebãtur. De quibus magna apud Liu. fit mẽtio. Et Addictus morti, deſtinatus dicitur. Cic. de Offi. li. III. *Et is, q morti addictus eſſet, paucos ſibi dies cõmendãdorũ ſuorũ cauſa poſtulaſſet, uas factus eſt alter.* Aliquãdo ſine auctione fit licitatio: ut apud Curtiũ de Dario, qui pollicebatur

Lib. 4.

pretium

pretiū pro capite Alexādri, si quis eū dolo occidisset, ita inquit: Et quū habeatis arma, licitamini hostiū capita. Si quid tamē inter Liceri, & Licitari differt. i. quòd Liceri uidetur, aut sine respectu esse aliorū emere uolētium, aut tātum semel deferre pretiū. Licitari uerò cū multis, et sæpius augere pretiū, ut emere uolētes deterreas ab emēdo.

Audio, & Exaudio, Oro, & Exoro. CAP. XXIX.

AVdio, & Exaudio, indifferenter ponuntur pro duplici significatione. Vna pro eo quod est, auribus accipio: altera pro eo quod est, audita petenti concedo: ut, Audire uocem uisa sum modò militis. &, Teren. in Eunucho, act. 3. scen. 2.

Vox quoq; per lucos uulgò exaudita silenteis. Idem: Verg. Geor. I

Audijt, et cœli genitor de parte serena Intonuit lęuū. Aeneid. 9.

&, Nulli exaudita deorum Vota precesq; meæ. Aeneid. 8.

Audio tamē frequēter accipitur pro eo quod est, credo, accedo, pareo præcipiēti, sed ferè cū negatione, & frequentius per particip. quod transit in nomē, quod est Audiendus: ut apud Quint. Nec audiēdi quidam, quorū est Albutius, qui tres modò primas esse partes uolūt: qa memoria, atq; actio, natura, non arte cōtingant. Audiendus nō est, idem est, quod audiri non debet. Ideoq; licebit dicere. Neq; uerò quosdam, quorū est Albutius, audire debemus. Sine particip. Cic. Tusc. lib. I. Nec Homerū audio, qui Ganymedē à dijs raptū ait propter formā. Sine negatione, idē in eodē: Endymion uerò (si fabulas audire uelimus) nescio quando in Lycio obdormiuit. Sed cōiunctio hæc, tacitam quandā in se habet negationē. Aut certè idē hoc loco dicemus, quod diximus lib. III. de ullus. Sed nonnunquā sine negatione aptè dicitur, ut apud Liu. Ciuē tuum non audisti arma capere, ac sequi se iubentē Annibalē. Paulò pòst: Audisti castra prodi, & arma tradi iubentē. Audio insu- Lib. 3. cap. 3.

per,pro fateor,quæ similis significatio supiori est.Ideoq; sæpe sic scriptũ legimus: Audio,*et fateor: quasi posterius declaret primũ.* Exoraui *hoc munus,idẽ est,quod orãdo impetraui.*Exoraui *patrem, exorãdo induxi: quod licet etiam pueris notũ sit(quippe*Terẽtium *legẽtibus,ubi hoc uerbum millies est,nec unquam reperitur aliter acceptũ) tamen quidam sic loquuntur,*Exoramus *te* Deus.

De Lego,& Perlego,multisq́ue aliis à Per, compositis. CAP. XXX.

LEgo,*&* Perlego *differunt,& multa huiusmodi.Legere qd sit notũ est.*Perlegere *uerò ad finẽ usq; legere:ut* Quintil.*in* XII. Cap.8. *Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentũ,quod uidere nõ est satis, perlegendum erit.*

Epist. Oeno. ad Parid. Ouid.*Perlegis?an cõiux prohibet noua?*Lactan.*in prooemio lib.*V.*Non iniustè petere uidemur,ut si quis erit,qui inciderit in hæc,si leget,perlegat.* Ita *differt* Scribere, *&* Perscribere,*quæ exẽpla sunt plurima.*Tit.Liu.lib.I. *statim in prooem.*Facturuśne *operæpretium sim,si à primordio urbis res gestas* Po.Rom.*ab initio perscripsero.*

Perferre,*usq; ad constitutum finem ferre.* Vergil.

Aeneid.2. *Nec spatium euasit,nec totum pertulit ictum.*

Et *multi ferunt literas, sed eas uel negligentia,uel dolo, uel casu non perferunt.*Cicer.*Sed nuntius ille, qui literas accepit,non pertulit.* Seneca *in* Tragœdijs:

Leue est miserias ferre,perferre autem graue. Id *est, ad spatium tẽporis in miserijs esse,leue est:ad finem uerò usque uitæ,graue est:ut in illo simili exemplo* Martialis:

Li.9.epig.72. *Nã uigilare leue est,*Peruigilare *graue.* Hoc *est partẽ noctis uigilare,leue est:usq; ad finẽ uero, & totã noctẽ insomnem ducere,graue:quod dicitur etiam*Pernoctare, *unde &* Pernox,*quod à peruigilando ita differt, q̃ hoc interdiu*

interdiu quoq; fieri poteſt, illud uerò tantũmodo noctu, quãquam pernoctare peruigilãtes poſſumus.i.totã noctẽ inſomnẽ ducere. Peruigil *draco dictus eſt, nõ q pernox eſſet, ſed q nunquã dormiret, ſemper uigilans.* Peragere reum, *eſt nõ tantùm agere reum, niſi peruenias ad illius condemnationẽ.* Dicitur *enim accuſator reum cõdemnaſſe, cùm illum cõdemnãdum curauit.* Vlpianus: *Peregiſſe autẽ quis reum nõ aliter uidetur, niſi & condemnauerit.* Perorare, *finẽ oratiõis orare.* Vnde Peroratio, *finis orationis dicitur.* Sed *quia in hac parte utimur plerũq; affectibus, ideo uſurpamus interdũ* Perorare *pro ipſa cõmotione affectuum:ut* Quintil. *At iſta legem recitat, et in cadauer filij perorat.i.indignationẽ cõmouet.* Perſuadere, *eſt ſuadendo inducere:ut Cic.in* Philip. *Duo tamen tẽpora inciderũt, quibus aliquid cõtra Cæſarẽ Pompeio ſuaſerim, ea uelim reprehẽdas ſi potes.* Vnũ *ne quinquẽnij Cæſari imperiũ prorogaretur: alterum, ne pateretur fieri, ut abſentis eius ratio haberetur.* Quorũ *ſi utrũuis perſuaſiſſem, in has miſerias nunquã incidiſſemus.* Suaſit *ergo, & nõ perſuaſit Cicero Põpeio.* Ideoq; *dicere ſolemus, ſic mihi perſuadeo:non autẽ, ſic mihi ſuadeo.* Perſuaſum *habeo, perſuaſum eſt mihi:nõ autẽ ſuaſum habeo, ſuaſum eſt mihi.* Idẽ *ad* Brut. *Perſuaſum eſt enim adoleſcẽti, & maximè p me eius opera nos eſſe ſaluos.* Ille *tamẽ qui alijs, ſiue alios (utrũq; enim dicimus) pſuaſit, nõ* Perſuaſor *eius ſententiæ appellari ſolet, ſed* Autor. *Cice.lib.Offic.*III. Atq; *huius deditiõis, ipſe* Poſthumus *q dedebatur, ſuaſor & autor fuit. quaſi dixiſſet, ſuaſor, & perſuaſor.* Apud Quint. *autẽ, cæterosq; ſui tẽporis dicitur* Perſuaſio, *pro certa opinione, atq; ſentẽtia, quã nobis pſuaſimus:ut lib.*1. Si *qua publicè eſt recepta pſuaſio.* Quæ *(quãtum ego q-*

Declam.6.

Philipp.2.

Epiſt.3.

 dem

dem sentio) id significare uidetur, qđ Christiani dicūt, Fidem. Et si originē Græcā inquiramus nescio an cōmodius dicamus Persuasio, quàm fides, præsertim re ipsa pro nobis faciēte. Fides enim propriè Latinè dicitur probatio: ut, Facio fidē per instrumēta, per argumēta, p testes. Religio autē Christiana nō probatione nititur, sed psuasiosione, quæ præstantior est quàm probatio. Nā sæpe probationibus nō adducimur: ut malus seruus, malus filius, mala filia, mala uxor, optimo cōsilio, qđ cōfutare nō potest, nō tamē acquiescit. Qui psuasus est, planè acquiescit, nec ulteriorē probationē desiderat. Nō enim solùm sibi probatū putat, sed sese cōmotū ad ea exequēda intelligit. sed qa Fides etiā pro (ut si dicā) credulitate accipitur, quale est, Habeo tibi fidē, rectè etiā nostra religio nominata est fides, sicut à Græcis πίστις. Verū eò, unde egressi sumus, reuertamur. Persuadere est in effectu: Suadere autem in actu, itēq; Dissuadere. Itaq; nōnulli peccāt, cū dicūt, Dissuasi hoc illi. pro eo qđ est, reuocaui ab opinione, in qua erat. Siquidem pro hoc sensu dicimus, Persuasi ne faceret sicut ediuerso, Persuasi, ut faceret, Quare & Suasor, et

Lib.3.ca.10. Dissuasor nisi psuadeāt, nihil effecerūt. Quīt. Ergo pars deliberatiua, quæ eadē suasoria dicitur, de tēpore futuro cōsultās (quærit etiā de præte.) officijs cōstat duobus, suadendi, & dissuadēdi. Non dixit persuadēdi, quoniā nō est officiū oratoris positū in euentu, qualis est persuasio: neq; est eius ars persuadendi, sed suadēdi, & dissuadendi in deliberatiuo genere. In uniuersum autem bene dicēdi, quod est in actu, nō in euētu. Prætereà deliberatio uocatur Suasoria, quoniā utrinq; suadetur: q enim dissuadet, nil aliud quàm in cōtrarium suadet. Cic. in Catone ma. Dissuasimus nos. Deinde, ut scias finem euentumq; dissuasionis,

subiun

ſubiunxit: Itaq; lex popularis ſuffragijs populi repudiata eſt. id eſt, diſſuaſimus, & diſſuadendo ne fieret, perſuaſimus. Quantùm errãt philoſophi noſtri, quorũ Albertus unus eſt, qui quũ de cõparatione dialecticæ, & rhetoricæ diſputant, huius uerbi ſignificationẽ neſcientes, quiſquis illos leget, intelliget. Permanere, *eſt uſq; ad finẽ manere.* Plin. Iunior: *Tunc demũ lentè, cunctanterq́; ueniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt, alij diſsimulanter, & furtim: alij ſimpliciter, & liberè.* Epiſt. 12. li. 1.

De quibuſdam aliis à Per, Præ, uel Re, compoſitis. CAP. XXXI.

L*Ocuti ſumus nonnihil de præpoſitione* Per, *quando cõponitur: addamus adhuc aliquid amplius.* Nonnunquam *hæc per cõpoſitionem in malũ accipitur,* Periurus, Perfidusq́;, *qui iuſiurandũ, fidẽq́; uiolat.* Pertinax, *qui nimis eſt tenax.* Perfuga, *qui ad hoſtes trãſit.* Perditus, *qui in omne ſcelus eſt traditus.* Percitus, *q iracũdia, furoreq́; eſt incitatus.* Peruerſus, *q uerſatur ĩ malo, et à bono uerſus eſt.* Perpeſſus, *laborioſe paſſus. Sæpe accipitur quaſi p mediũ, ut* Perlucidũ, *ſiue* Pellucidũ. *i. p cuius mediũ fulgor emanat.* Perſpicuũ, *p cuius mediũ, licet opertũ ſit, oculos dimittim⁹, et p eius mediũ uidemus: ut aqua, glacies, laterna, ueſica, uitrũ, cryſtallus, gẽma.* Sed *perſpicuũ plerunq; ad mentẽ refertur: ut, Id quod ais perſpicuum eſt. i. tale, quale uitrum, aut cryſtallus.* Pellucidũ *magis ad corporea.* Plaut. *in Aul.* Ita *is pellucet, quaſi laterna Punica.* Seneca *de trãquillitate:* Quid *pellucenteis ad imũ aquas, et circũfluentes ipſa cõuiuia?* Quint. *Sed ut inter ſe iũcti, atq; ita cohærentes, ne cõmiſſura pelluceat.* Aliquãdo, *ſed figuratè, ad mentẽ refertur, ut apud* M. Tul. *in* Bruto: *Ita recõditas, exquiſitasq́; ſentẽtias, mollis et pellucẽs ueſtiebat*

bat oratio. Idem est Pellucens, & Translucens, *adeò ut* Plin. *maior ferè nunquã utatur perlucens, siue perlucidus sed trãslucens, siue translucidus, quod etiam figuratè ad*

In prooemio. *mentem refertur: ut apud* Quint. *libr.* VIII. *Similiter illa trãslucida, & uersicolor quorundã elocutio res ipsas effœminat, quæ illo uerborũ habitu ue stiantur.* Perfluere, *p mediũ alicuius fluere, ut si lagœna male materiata maleq; cõpacta sit, perfluit, id est, per eius mediũ humor, qui*

In Eunu. act. 1. scen. 1. *intus est, fluit.* Teren. *Hàc, atq; illhac perfluo. id est in modũ nõ fidelis lagœnæ, quæ mihi cõmittũtur, effundo.* Plin. *idem sæpius utitur* Trãsfluo *p perfluo, quæ idem sunt, ut perfuga, &* Transfuga. Perpluere, *per medium alicuius plluere: ut,* Hæc *domus ppluit, hoc tectũ perpluit.* Quint.

Cap. 4. *in* VI. Quum *cœnaculũ eius perplueret.* Frequentißimè *accipitur pro ualde, ut alio libro ostẽdi:* Permagnũ, Pergraue, Periucundũ. *Quo in loco notãdum est, quòd cùm* Præ *in eadem significatione reperiatur, tamẽ quædã uocabula cũ* Præ *coniunguntur, non cũ* Per: *ut,* Præpotens, *præcelsus, prælatus, præfulgens, præ diues, prædulcis, prælongus, prædurus, præclarus, præcultus.* Quòd *si qd inter has præpositiones interesse uelis, id erit, q̃ uehementius auget* Præ. *Nã* Prælongus *homo,* Prælonga *oratio, ea dicitur, quæ enormi lõgitudine est: &* Præpotẽs, Præcelsus, *& similia, maiorẽ in modũ potẽs, celsusq́;, et quasi præter modum, morem'ue aliorũ potens, ac celsus.* Vnde *etiam* Præcox *fructus, præter morẽ cæterorũ coctus, siue ante cæteros.* Vnde *uuæ, ficusq; præcoces dictæ: &* Præmaturus, *antè quàm sit tempus maturũ, collectus.* Quidam *tamen* Præcoquus *dicunt, ut* Martialis:

Li. 13. epig. 46 *Vilia maternis fueramus præcoqua ramis,*
Nunc in adoptiuis persica cara sumus.

Eadem

Eadē præpositio iuncta cū uerbo, nonnunquam habet pené nihil diuersum à sui simplicis significatione, ut Præludo, præcido, præmorior, præcingo. Idē sunt enim q̃ ludo, cædo, siue incîdo, morior, cingo. Cuius naturæ est etiam, Re, ut Reseco, recîdo, recingo, repurgo, refodio, repromitto, reuinco: quæ sæpe uix quippiā à simplicibus dissentiūt in significatione. Per in obtestationibus, atq; adiurationibus ferè solet separari à suo accusatiuo, interiecto nominatiuo, qui frequētißimè est Ego, ut Ver. Per ego has lacrymas, dextrāq; tuā, te, &c. Quint. in Mathem. Per ego has te optime pater (si uis) tantùm fortes manus. Lib. 4. Aeneid. Declam. 4.

Inter Prosequor, & Persequor. CAP. XXXII.

PRosequor, & Persequor multi nesciunt distinguere qui ne falli poßint, ita accipiāt, Prosequi nō ferè carere ablatiui comitatu, ut Prosequor te oculis, charitate, odio, honore, uersibus, cantu, cōuitijs: significaturq; actio, declarans alterius affectū in alterū. Persequor autē uel in malam partem, id est, insequor, & insector: uel in bonā, cùm perseuêro exequi, quod agere cœperam.

Partio, & Impertio, & Partior. CAP. XXXIII.

PArtio, & Partior quidā pro eodem legūt. Sed mihi uidetur raro reperiri Partio sine In, et Partior cum In, quādo est deponēs, sed quādo est paßiuū. Est nanq; Impertio idē, quod impendo, uel partē do. M. T. Aliquid tēporis impertias huic quoq; cogitationi. quasi impendas. Idem: Oneris mei partē nemini impertio. quasi partē do. Epist. 14. li. 9. ad Att. Pro Sylla.

Reperitur aliquādo mutata cōstructione, ut apud Terē. Plurima salute Parmenonē summū suū impertit Gnatho. quasi plurimā salutē Parmenoni suo impertit Gnatho: eo modo quo dicitur, Dono tibi hunc equū, & Dono te hoc equo. Huius paßiuum est Impertior, ut Cic. Atq; etiam ui In Eunu. act. 2. scen. 2.

ro forti collegæ meo laus impertitur. Partior idẽ est, quod partes facio, partesq; distribuo: sicut Sortior, sortẽ facio,
Aeneid.1. sortem'ue recipio. Vergil. – Et socios partitur in omnes. Quint. Partire uel gratis, dum quo respiremus afferas. Partiri itaq; de partibus dicimus. Impertio magis de re incorporea, & quasi communico. Impartiri tamen aliqui dicunt, pro impertire, ab ipso deponente Partior.

In manu est, & In manibus. CAP. XXXIIII.

IN manu est, In manibus est, utrũq; accipitur pro eo, quod
Epist.2.li.14. est, ĩ potestate: sed dupliciter, de præsenti, et de futuro.
fam.epist. De præsenti, Cic. Verùm hæc nõ sunt in nostra manu. Et filius in patris, & seruus in domini manu dicitur esse. Vnde Mancipium, & Manumißio. Lucanus:
Lib.7. In manibus uestris quantus sit Cæsar, habetis. Verg.
Aeneid. 9. Terra autem in nostris manibus. De futuro, Sallu.
In Catil. Verumenimuero pro Deorũ atq; hominum testor fidem, uictoria in manu uobis est, uiget ætas, animus ualet. Cõtrà, illis annis, atq; diuitijs omnia consenuere. Tãtùm incepto opus est, cætera res expediet. In plurali tamẽ frequẽtius, quũ dicimus, Victoria in manib⁹ est: quasi iamiã tenetur. Etiã dicimus In manibus est, in alia significatione, pro eo quod est inter manus est, aut quia admirationi est, aut quia nondũ operi summa manus imposita. Quãdo est admiratiõi: Cic. in Cat. Ma. Est in manibus laudatio: quã quũ legimus, quẽ philosophorũ non contemnimus? Quando res non est consummata: idẽ in eodẽ libro: Septimus mihi liber Originũ est in manibus, omnia antiquitatis monumenta colligo.

Præditus sum, & Affectus sum. CAP. XXXV.

PRæditus sum bono dicitur, & Præditus sũ malo: sicut Affectus sũ malo, & Affectus sũ bono: id est (ut breuiter magis, quã optimè dicã) habeo bonũ, & habeo malum:

lum:ut, Præditus sum humanitate, uirtute, diuitijs, dignitate, uiribus: qui sermo est usitatißimus, nunquam tamen cum ablatiuo, et præpositione à, uel ab, ut fit in Affectus: *ueluti,* Ego *sum à rege magnis honoribus affectus: non autem* Sum *præditus à* Deo *magnis uiribus.* De *malo rarius.* Cic. *pro* Sylla: Ni *uerò unũ me uis ferum præter cæteros, me asperũ, me inhumanũ existimari, me singulari immanitate, et crudelitate præditũ.* Idẽ *pro* Rabir. Senectute *affectus, morbo præditus,* Cõtingit *idẽ in singulari, ut ĩ pximo exẽplo:* Existimari *me singulari ĩmanitate.* Sæpeq; *legim⁹,* Ille *est singulari ĩprobitate,* Tu *es singulari stultitia.* Similiter *fit in alijs tribus, quatuor'ue:* Notabilis Nobilis, *Insignis, &* Eximius. Quint. *Hũc tu animũ modò inter libidines, ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solaq; impatiẽtiæ tuæ fabula notus.* Nobile *scortũ, quasi ĩ ordine meretricio excellẽs, uel maximè inter alia notũ.* Et *apud* Liui. Nobilis *ille clade* Rom. *locus.* Et *apud* Cic. Testis *est* Phalaris, *cui⁹ præter cæteros est nobilitata crudelitas.* Et *latrones uocamus insignes, q maiore manu, maioreq; audacia graßãtur.* Et *insignis improbitas, insignisq; stultitia dicit, queadmodũ singularis eximiaq; stultitia, qđ rari⁹ est.* Cic. Ver. 4. Sin *hãc uos in rege tam eximiã iniuriam, tam acerbã neglexisse audiẽt.*

Declam. 15.

De Offi. li. 2

Descendo. CAP. XXXVI.

D*Escẽdo in prœliũ, descẽdo in forum, descẽdo in campum dicimus: nõ quia de loco superiore in inferiorẽ descẽdimus, sed quia de loco tuto in locũ discriminis: opinor, q qui in loco celsiore se tenet, pugnã detrectare existimatur, quẽ cùm reliquit, & in locũ æquum uenit, atq; descẽdit, mentem se pugnãdi habere declarat.* Ideoq; *non ferè dicitur* In *forum descendere, nisi qui pugnãdi, & de-*

fendendæ

fendendæ litis causa uenit in forũ, nõ rerũ uenalium coëmptor, ac negotiator. Et in campũ descẽdere, nõ nisi qui litis dignitatis'ue causa (sicut in Cãpo Martio fiebat) certaturus uadit. Nec, in prœliũ, pugnam'ue descẽdere, ꝙ in loca inferiora descẽdat. Nõ enim locus est pugna, et prœliũ cùm nihil intersit qualis locus sit, planus, an montosus, in quẽ se confert, qui in pugnam descendere dicitur: ut apud
Aeneid.11. Verg. (satis autem erit in re perspicua unum exemplum protulisse) instructos acie Tyberino à flumine Teucros, Tyrrhenamq; manum totis descendere campis.

Amo, & Diligo. CAP. XXXVII.

Amare, est generalis significati, idem q̃d diligere, nisi ꝙ putetur plus quiddã esse, in amando, quàm in di
Epist.1. ligendo: ut Cic. ad Brut. L. Clodius trib. pleb. designatus ualde me diligit, aut (ut ἐμφατικώτερον dicunt) ualde me amat. Et iterũ: Sic igitur facies, et me aut amabis, aut, quo
Epist.14.li.9. famil. cõtẽtus sum, diliges. Idem ad Dolab. Quis erat, qui putaret ad eum amorẽ. quẽ erga te habebã, posse aliquid accedere? tãtum nũc accessit, ut mihi deniq; amare uidear, an-
Declam.12. teà dilexisse. Adamare est amatoriè amare, ut Quintil. multis in locis, sed unus suffecerit: Me quidẽ marite si qs interroget, oẽs matres liberos suos tanquã adamauerint, amãt. Videbis oculos nunq̃ à facie, uultuq; deflectere, comere caput, habitũq; cõponere, suspirare quũ recesserit, exultare cũ uenerint, cõserere manus, pẽdẽre ceruicibus, nõ osculis, nõ colloquijs, non præsentiæ uoluptate satiari. Amicus cùm honesta res est. Amica, quãdo ad uirũ refertur, ĩhonesta: ut, Hæc amica mea est. i. cõcubina. Ego uerò ipsius nõ amicus, sed amator sum. Ideoq; apud Terẽ. dici
In Andr. act. 4. scen. 3. tur: -Heræ putabã hũc Pamphilum Amicũ, amatorẽ, uirum. Ne putares amicũ in malam partem accipi, adiecit amator

amatorem. Sed apud prosam hoc obseruatum semper inuenies, apud poëtas fortasse non semper.

Declaro. CAP. XXXVIII.

DEclaro, frequentius ad facta pertinet, quàm ad dicta. Cicero, Declarauit id modò temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Aliquando etiã in dictis. Idem ad Ligariũ: Posteà uerò quàm magnã spem habere cœpi, fore ut breui tẽpore te incolumẽ haberemus, facere nõ potui, quin tibi & sententiam, & uoluntatem declararem meam. Et in eadem epistola: Quando quid sentirẽ exposui, quid uellẽ tua causa, re potius declarabo, q̃ oratione. Interdũ accipitur pro significo: ut idem lib. I I. de finibus, Nullũ uerbũ inueniri potest, qđ magis idem declaret Latinè quod Græcè ἡδονὴ, quàm declarat uoluptas, declaret, i. significet, uel ostendat, uel indicet. De Off. lib. I. Epist. 13 li. 6. fam. epist.

Ingredior. CAP. XXXIX.

INgredior componitur quidem ex in, sed diuersa ratione: nũc ad locum, ut ingredior forũ, uel in forum. Qui modus loquendi nemini ignotus est. Nunc in loco, quod est ambulo, & incedo. Vergilius:

Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit. Georg. 3.

Cicero lib. v. ad Att. Si dormis expergiscere, si stas, ingredere: si ingrederis, curre: si curris, aduola. Idem est ergo Ingrederis hoc loco, quod graderis, quod est ambulas. Epist. 23. li. 2.

Consulo te, & tibi. Consulto. Consultor. Consultus, & Inconsultus. CAP. XL.

COnsulo te, consiliũ peto à te, uel interrogo, & inquiro. Quint. Quid per fidẽ facere uultis? Iuuenẽ quem de parricidio consuluit pater ille seruatus, miror hercule (nõ dixisse uolui) sum ueneficus, sum parricida. Idẽ: Ergo Lib. 10. ca. 2

primũ est, ut quod imitaturus est, quisq; intelligat, et quare bonũ sit, sciat: tũ in suscipiẽdo onere cõsulat suas uires. Et iterũ: Ego aures cõsulens meas. Consulo tibi, consiliũ do tibi, uel prouideo tibi: sed hoc frequentius, & magis propriè in rebus: ut, Consule uitæ tuæ, consule ualetudini, cõsule dignitati, cõsule saluti, cõsule rebus tuis: adeò frequentißimè, ut quum dicitur Cõsulere uolo mihi, & liberis meis, intelligatur potius de corpore, & de rebus externis, quàm de animo. In plurali autẽ numero interdũ reperitur, sine apposito tamẽ: ut, Consulunt senatores: quod frequẽtius dicimus, cõsultãt, id est, deliberãt. Nisi enim adsit qui consiliũ petat, & qui cõsiliũ det, nõ erit deliberatio, siue cõsultatio. Atq; ut Consulunt dicimus, pro cõsultant, hoc est, quòd altera pars petit, altera dat consiliũ: ita ecõtrario nõnunquam Consultare est unius, nõ pluriũ partiũ, sed ita si apud se duas partes sustinet, secumq; deliberat. Hinc duo nomina nascuntur, Consultor & Cõsultus. Consultor ferè pro eo, qui aliũ consulit, accipi solet: nonnũquã tamen pro eo, qui alij consulit. Sallust. in Iugurth. Simul ab eo petiuit, uti fautor, cõsultorq; sibi adsit. Et iterũ: Ita cupidine, atq; ira, peßimis consultoribus, grassari, neq; facto, neq; dicto abstinere. Consultus, est homo prudens, ac sciẽs, dignusq; à quo cõsilium petas. Cæterùm nõ occurrit mihi ubi repererim, nisi aut participiũ: ut ibi, Cõsulti medici dixerũt eundẽ esse languorẽ. Aut nomẽ pro Iurisconsulto, ut Horat. lib. I. Serm. Saty. I. Eris tu, q modò miles, Mercator: tu cõsultus, modò rusticus. Quint. in VII. Scripti, & uoluntatis frequentißima inter consultos quæstio est. Liu. tamẽ li. I. ait de Numa Põpilio: Cõsultißimus uir, ut illa quisquã ætate esse poterat, omnis diuini, atq; humani iuris. Et in decimo: Callidos, solertesq; iuris, atq; eloquentiæ

In arg. declamat. 8. Quintil. Vergil. 3. Georg. Nec responsa potest cõsultus reddere uates.

quentiæ consultos. Horatius primo Carminum: Ode.34.

Parcus Deorum cultor, & infrequens,

Insanientis dum sapientiæ Consultus erro. In compositione freques est, sed adiectiuũ: ut apud Quint. O' inconsultã muliebrẽ semper amentiã. id est, imprudentẽ, inconsideratã, & nullius consilij. Alterum quoq; compositũ, si compositũ est, Iurisconsultus, quod etiã dici solet Iureconsultus. Nonnunquã in simplici, ut Ouid. 1. de Arte amãdi: Declam.19.

Sit tibi credibilis sermo, consultaq; uerba.

Ago gratias, Habeo, Refero, ac Reddo gratias. CAP. XLI.

AGere gratias, est uerbo: quod quidã barbarè dicunt, Regratior. Habere gratias, in animo: quũ memorem accepti beneficij mentẽ, animũq; habeo, & inuicẽ gratificandi uolũtatẽ. Referre, siue reddere gratias, est facto: ut, si tu à me subleuatus aut pecunia, aut patrocinio, aut manu, alio'ue subsidio, uicißim me aliquo modo subleuaueris, gratias retulisti, reddidistiq;. Licet Seneca nolit malas referri posse, sed reddi. Cic. tamẽ in Sallustiũ ait: Nam quòd istã inusitata rabie in uxorẽ, & filiam meam inuasisti (quæ se facilius mulieres abstinuerũt à uiris, quã tu uir à uiris) satis doctè, ac peritè fecisti. Nõ enim sperasti me mutuã tibi gratiã relaturũ, ut uicißim tuos cõpellarẽ. Quanquã Cicero nunquàm ferè ait Reddere gratiã, sed Referre. Porrò hoc exemplũ in aliũ quoq; usum attuli, quod uidetur significare gratiã etiam uerbo referri, non solùm facto. Sed multũ tamẽ differt ab illo, Agere gratias, quo tantùm innuitur cõfeßio accipiẽtis beneficiũ. Qui uerò refert gratiã, reddit beneficiũ, & interdũ maleficiũ, siue facto, siue dicto, quoniã dicendo nonnunquã prosumus æquè, atq; faciẽdo. Plancus ad Ciceronẽ: Immortales ago tibi gratias, Epist. 16. lib. 10. famil.

 agamq;

agamq́; dum uiuã: nam relaturum me, affirmare non possum. Tantis enim tuis officijs non uideor mihi respondere posse. Ecce respõdere officijs, & satisfacere beneficijs, est gratias referre. Cæterùm frequentius est Refero gratias, quàm Habeo gratiam. Item frequentius Habeo gratiam, quàm Ago gratiam. Vix enim audiuimus Ago gratiam, sed gratias. Et rarò Refero gratias, sed gratiã. Cuius rei testimonium est illud in lib. XLVI. Titi Liuij: Satiatusq́; tandem cõplexu filij, Renuntiate, inquit, gratias regi me agere, referre gratiam aliam nunc nõ posse, quàm ut suadeam, non antè in aciem descendat, quàm ut in castra me redijsse audierit. Dicimus itẽ Ago grates, sed sæpius apud poëtas, qui neceßitate uersus, Ago gratias dicere nõ possunt. Nonnunquã etiã apud oratores, ut Cicer. Aliquãtoq́; pòst suspexit ad cœlũ, & Grates tibi, inquit, ago summe Sol, uobisq́; reliqui cœlites. Nisi legẽdum est Gratias, & nõ Grates, pro eodẽ significato, siue pro eo quod est, Red do grates. Seneca in tragœdia, quæ inscribitur Agamemnon, dixit: Reddunt grates tibi grandæui, Laßiq́; senes compote uoto. Reddũt grates, id est (ut ego interpretor) agunt Gratias. Quis enim referre poßit gratiam Deo? quod etiã fando nũquã cognitũ est, præterquã apud quosdã recẽtes, nihil nisi barbarè loqui sciẽtes: sed Gratias agimus. rarò etiã Gratiã Dijs habere dicimur, quoties agnoscimus, apudq́; nosipsos fatemur ab illis beneficiũ accepisse, citra spẽ gratiã referẽdi: ut in And. Terẽt. Dijs pol habeo gratias, Cùm in pariundo aliquot affuerunt liberæ.

In Somnio Scipionis.

Act. 4. sce. 4.

Gratulor, & Grator. CAP. XLII.

GRatulari, est uerbo testari te gaudere fortuna, ac felicitate alterius apud eũ ipsum qui affectus est felicitate. Nonnunquã apud te ipsum ob tuã felicitatem. Ideoq́; ferè postul

postulat datiuum:ut Gratulor *tibi ob tuam præturã adeptã:Gratulor manibus meis,quibus ut te cõtingerent, datum est.* Quintil. *Non efficiet tamen infandum præsentis reatus,indignũq; discrimẽ,ut misera puella non gratuletur sibi,quòd ipsam pauper accusare iã potest.* Poëtæ *nõnunquã prætereunt datiuũ,utiq; quũ fuerit pronomẽ:quæ fuit causa,ut quidã existimarent,quorũ est* Apuleius,*hoc uerbũ idẽ significare,quod gaudeo.* Ouid.*in* Heroidibus: Declam.15.

Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris. Epist.Deian. ad Hercul.

*Gratulor,inquã,tibi,uel mihi,uel nobis.*Idẽ III. de Arte amã.*Prisca iuuẽt alios,ego me nũc deniq; natũ* Gratulor. Gratulor, *subintellige,mihi.* Et *interdũ etiam oratores.* Quintil.*in* Pasto *cadauere: Gratulemur iam,quòd nulla ciuitas fame laboret.subintellige,nobis.*Verba autẽ Apuleij *hæc sunt in apologia,de* Magia: *Eo in tẽpore,quo me non negabũt in Getuliæ mediterraneis mõtibus fuisse,ubi pisces per* Deucalionis *diluuia reperiãtur.Quod ego gratulor nescire istos,legisse me, &c.* Prætermisit *datiuum: aut gratulor,pro gaudeo accepit.Quod tãtũ abest ut approbẽ,ut poßit gratulari quis, quũ minimè gaudeat, atq; adeò doleat:qđ frequẽter usu uenit,utiq; inter falsos amicos,quum alter inuidus,atq; æmulus tacitè quidẽ dolens, quòd alter honoribus auctus sit,tamẽ illi gratulatur.*Fortè & Apuleius *subintellexit mihi. In eadẽ significatione accipitur grator,sed poëticũ,historicũq; est.* Vergil. Declam.12. Aeneid.4.

Inueni germana uiam,gratare sorori.

*Titus Liuius lib.*VII. *Tuum sequentes currum,* Iouis *optimi maximi templũ gratãtes,ouãtesq; adire.* Dicimus *aliquãdo* Gratulari *pro eo qđ est,gratias agere:sed nõ ferè nisi dijs immortalibus.* Ideoq; *propriè idẽ est, qđ supplicare.Siquidẽ triũphantes in* Capitoliũ *ascẽdebãt,* Ioui

 optimo

optimo maximo cæterisq; dijs gratulatũ. Eiusdẽ quoq; significationis fortaßis est Grator, qđ significat Liu. lib. x. dicens: Itaq; prætor extẽplo edixit, uti æditui ædes sacras tota urbe aperirẽt, quo circumeundi, salutãdiq; Deos, agendiq; grates per totã diẽ populo potestas esset. Nec mirum, si dicimus Gratulari, gratari'ue dijs, quasi ostẽdere nos illis aggaudere, quũ dicamur etiam eosdem Salutare, quasi salutẽ illis optare, quod hominibus cõuenit, nõ Dijs.

Fingo, & Effingo. CAP. XLIII.

Fingere propriè est figuli, qui formas ducit ex luto. Inde generale fit uocabulũ ad cætera, quæ ingenio, manuq; hominis artificiosè formãtur, præsertim inusitatè, & nouè. Effingere est ad alterius formã fingere, & quodam modo fingendo repræsentare. Cicer. II. de Oratore: Tum accedat exercitatio, qua illũ, quem antè delegerit, imitando effingat, atq; ita exprimat, &c. Quintil. Nã id quoq; est docilis naturæ, sic tamen, ut ea, quæ discit, effingat. Et iterum: Nam mihi uidetur M. Tul. quũ se totũ ad imitationẽ Græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatẽ Isocratis. Vnde ductum est nomẽ Effigies, figura ad uiuã alterius similitudinẽ, uel ad ueritatis imaginẽ facta, tã in picturis, quàm in sculpturis.

Obeo, Oppeto, & Defungor. CAP. XLIIII.

Obeo legationẽ, exequor munus, & officiũ legationis. Obeo prouinciã, exequor officium prouinciale. Ita Obeo mortẽ, exequor, uel perago mortẽ, uel adeo mortem, quemadmodũ dicitur quis Obijsse diem, pro adiuisse. Itẽ, Obijt diem suũ, idem est, quod mortuus est, & iuit ad diem fati: ut apud Quintilianũ, Nuntiatũ est Marcellum diem suũ obijsse. Prætermittimus autem nonnunquã illum accusatiuũ dicentes, Marcellus obijt. Quod idẽ fit in illis signific

gnificatione similibus uerbis, Oppetijt, et Defunctus est, q; etiã in Detulit, & si qua sunt alia. Nã in priore subintelligitur accusatiuus, Mortẽ, ĩ posteriore ablatiuus, Vi-. Quid signi? ꝙ sæpe reperimus hæc nomina esse his uerbis, adiũcta. Est autẽ Oppetere frequẽtius quidẽ mori, nõ fatali sed illata morte: interdũ tamẽ & fatali. Vt Cice. de Officijs tradit, Aiax millies mortem maluisset oppetere, Lib.1. quã mulierib⁹ (si Circe, & Calypso mulieres appellãdæ sunt) ut Vlysses fecit, inseruire. Idẽ de Diuin. Aequus esse Lib.1. cẽsuit se maturã oppetere mortẽ, ꝙ̃ P. Africani filiã adolescẽtẽ. Fœminã emisit: ipse paucis diebus pòst est mortuus. Sine accusatiuo apud Vergiliũ: -O' terq;, quaterq; beati, Aeneid.1.

Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis
Cõtigit oppetere.

Defunctus quoq; dicitur, quasi perfunctus munere uiuẽdi. Ideoq; ut dicimus, Perfunctus est, siue Defunctus officio prætorio, munere ædilitio, cura tribunitia: ita Defunctus uita, id est, ab hac administratione, ab hoc munere, ab hac procuratione cessauit: ut apud eundem: -Defunctaq; corpora uita. Aeneid.6. Detulit autem (quod tertio loco posui) in idem significatum accipio, quod est accusauit, ubi subintelligitur Reus: ut Quintilianus, Diuitem Declam.7. detuli reum pauper inimicus, occisi pater.

Vestigo, Peruestigo, & Inuestigo. CAP. XLV.

Peruestigo, et Inuestigo, nõ solùm quæro, sed etiã (& quidẽ frequentius) quærẽdo inuenio: ut sit Vestigo, quæro: Inuestigo, & Peruestigo, quasi acquiro. Ductum autẽ est hoc uerbũ à uestigijs, tanquam signis, indicijsq;, quibus ad rei notitiam peruenimus. Cic. III. de Orã. Ipsa tractatio, & quæstio quotidie ex se gignit aliqd, quod cũ desidiosa delectatione uestiges. Idẽ in eodẽ, lib. II. Nosse regiones intra quas uenias, & peruestiges, quod quæras.

Idem pro Ligario: Sed quoniam diligẽtia inimici inuestigatum est, quod latebat, cõfitendũ est, ut opinor. Terent. In Heau. act. 4, sce. 2. *Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari poßit.*

Nutrio, & Alo. CAP. XLVI.

NVtriri, est & paruulorum ut crescãt (unde Nutrices dicuntur, Nutritijq́;, qui curam infantiũ habent, habuerunt'ue) & adultorum, ut uiuant. Ali quoq; in eodem significato: unde lex illa XII. tabularum: Liberi parẽtes alant, aut uinciantur. At in rebus incorporeis frequẽtius, ut crescant. Quintilianus: Sed alere facundiã, uires augere eloquentiæ poßit. Perinde ac si dixisset, Augere facũdiam, augere uires eloquentiæ poßit. Cicero: De Amic. circa fin. *Sed nec illa extincta sunt, alunturq́; potius, & augentur cogitatione, & memoria. Coniunxit & ipse hæc duo, sicut solemus in multis, quæ similia sunt: ut, possum & licet, ut Munus & officium, ut Mens animusq́;. Vergil.* Aeneid. 5. *Hos successus alit, id est, quasi horum animos successus augescere facit.*

Spero, & Confido. CAP. XLVII.

SPero pro Credo usitatum est, siue de præsenti loquamur, siue de præterito. De præsenti, Quintilianus: Facilis (ut animaduertere uos spero) defensionis meæ cursus est. De præterito, idẽ: Et innocentiam quidẽ puellæ satis (ut spero) defendimus. Et Cicero: Spero iã probatam esse amicitiam nostram. Similiter Cõfido pro credo, tũ in præterito, tum in præsenti, tum in futuro. In præterito: Lib. 3. de Off. in proœmio. *Quoniã ꝓbatã rationẽ officij mei uobis esse cõfido. In præsenti: Quanquàm à Cratippo nostro principe huius memoriæ philosophorũ, hæc te aßiduè audire, atq; accipere cõfido. In futuro: Ita fore cõfidimus. Hæc exẽpla ex Cicer. sunt.*

Dico, & Fero sententiam: Dico, & Fero legem. CAP. XLVIII.

Dico

DIco sententiam consiliarius, Fero sententiam iudex. Quorum exempla frequētiora sunt, quàm ut à me repeti debeant. Nonnūquam tamē Dico pro fero: ut apud Quintilianū, Apud iudices quidē secundū legem dicturos sententiam de confeßis præcipere, ridiculum est. Iuris quoq; consultos hoc uerbo in hunc sensum frequentißimè usos uidemus. Dico leges, aliud quā fero leges. Est enim Ferre ad suos: dicere ferè ad uictos, ut Liuius lib. XLVI. Nihil ea mouerunt regē, tutam fore bellis Asiam ratum, quando perinde ac uicto, iam sibi leges dicerentur.

Circunsto, & Circunsisto. CAP. XLIX.

CIrcunsto, & Circunsisto, utrūq; facit Circunsteti: sed primū pro circundo, alterum pro inuado, & irruo, & quasi terrificatione aggredior. Vergilius: Aeneid. 6.

Circunstant animæ, dextra læuaq; frequentes. Idem: Aeneid. 8.

At feßi tandem ciues infanda furentes Aeneid. 2.

Armati circunsistunt. Et alibi:

At me tum primùm sæuus circunstetit horror.

Quintil. in Apes pauper, Quum me euocassent subitò tre pidum, totoq; fortunæ suæ strepitu circunstetissent. Nonnunquam non terrificandi, sed terroris auferendi gratia ponitur, ut Cæsar in Commentarijs: Si quis grauiore uulnere accepto deciderat, circunsistebāt, hoc est, socij iacentem exhortabantur, tela hostiū arcentes. Nonnunquam etiam ut circunsto accipitur: ut apud eundem: Et mercatores in oppidis uulgus circunsistit, quibusq; ex regionibus ueniant, quasq; ibi res cognouerint, pronuntiare cogit. Quo etiam modo apud Quintilianum accipi potest. Declam. 13. Lib. 4. de bello Gall.

Vsurpare. CAP. L.

VSurpare, est uti, siue usitari, tū dicto, tum facto. Cic. in Oratore: Pòst inuēta cōclusio est, qua credo usuros illos

illos ueteres fuisse, si iam nota, atq; usurpata res esset, quã inuẽta, omnes usos magnos oratores uidemus. Hoc etiã sic *dicere licebat in eandẽ sententiã, Pòst inuẽta cõclusio est, quã credo usurpaturos illos fuisse, si iã nota, atq; usurpata res esset, quã inuẽtã omnes usurpasse magnos oratores uidemus.* Idẽ: *Quod semper usurpamus in omnib⁹ dictis, ac factis minimis, ac maximis, cùm hoc decere dicimus, illud* In Paradoxis. *nõ decere.* Idẽ: *Præclarè enim hoc est usurpatũ à doctißimis, quorũ ego autoritate nõ uterer, si mihi apud aliquos agrestes habẽda esset oratio. Sed quũ apud prudẽtissimos loquar, qbus hæc inaudita nõ sunt, cur ego simulẽ, me, si qd in his studijs operæ posuerim, pdidisse? Dictũ est igitur ab eruditißimis uiris, nisi sapientẽ, liberũ esse neminem.* Vsurpatũ, & dictũ pro eodẽ accepit, sicut doctißimis, & eruditißimis. *Quid multa? cùm frequẽter iurisc õsulti utãtur* Vsurpo *pro dictito? nam pro factito, minus dubiũ est.*

Præstò sum, & Adsum. CAP. LI.

PRæstò sum, idẽ est quod adsum, nec alteri ferè uerbo cohæret, nisi uerbo substãtiuo, & huic simplici: nam Præstò adsum, magis poëticũ est. Quid igitur significat Adsum? Tria: unũ naturaliter, duo per quendã flexum, & deriuationem. Primũ est, Præsens sum, quòd modò cũ ablatiuo iungitur, In præpositione seruiẽte: ut apud Cic. de Oratore: *Paulus in pugna nõ adfuerat.* Modò cũ datiuo: ut apud eundẽ in Philippicis: *Omnibus his pugnis Dolabella adfuit.* Et apud Quintil. *Nã in libris Obseruationũ à Septimio editis, adfuisse Ciceronẽ tali causæ inuenio.* Secundũ est hinc ductũ, ꝙ sæpe corrogamus, qui nobis adsint periclitantibus, quales sunt aduocati, quorũ officiũ est adesse in iudicio. Sed ipsum illud Adesse, fauere est, præsidioq; esse: ideoq; dicimus Adesse, pro eo qd' est, esse præ-

sidio

ſidio. Vergilius: – Modo Iuppiter adſit. Et iterum: Aeneid.2.
Adſis ô tandem, & propius tua numina firmes. Aeneid.8.
Et in proſa, Quintil. Nũc omnes in auxiliũ Deos, ipſumq́; in primis, quo nec præſentius aliud, nec ſtudijs magis proprium numen eſt, inuocem: ut quantũ nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aſpiret, dexterq́;, ac uolens adſit. Idẽ: Si tamẽ pater, qui diuiſit patrimoniũ, & reos parricidij defendit, ſic agat, quod contra legẽ ſufficit. Parricidiũ obijcitur iuuenibus, quorũ pater uiuit, atq; etiã liberis ſuis adeſt. Tertium eſt Aduenio, ſeu magis Adueniam. Nam propè idẽ ſunt, iam ueniet, & iam præſens erit. Itaque aderit, accipitur pro utroq;, ſiue pro utrouis. Vergil.
Iãq; aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus. Iterũ: Aeneid.2.
Huc ades ô formoſe puer. Et, Eclog.2.
Huc ades ô Galatea, qs eſt nã ludus in undis? Et iterũ: Eclog.9.
Huc ades ô Meliboee, caper tibi ſaluus, & hœdi. Eclog.7.
Vbi ſi eadem foret ſignificatio, quæ eſt in illo Præſens ſis, hîc ades, non huc diceretur. Ergo Huc ades, pro adſis, idẽ eſt, quod huc ueni. Has eaſdẽ ſignificationes habet Præſtò ſum, & eadẽ ratione. In prima, Ciceronis exemplũ eſt in Bruto: Quibus quidẽ cauſis tu etiam Brute præſtò fuiſti. In ſecunda eiuſdẽ pro Murena: Ius ciuile didicit, multùm laborauit, uigilauit, præſtò multis fuit. Et pro eodem: Tu intereà Romæ ſcilicet amicis præſtò fuiſti. In tertia eiuſdem ad Herennium: Hirundines æſtiuo tempore præſtò ſunt, hyeme pulſæ recedũt. Et in epiſtolis frequenter: Stator tuus mihi cũ literis præſtò fuit. Et propriè accipi ſolet hoc ultimum, pro eo quod nunc dicimus, compareo: ut ſi quis aliqua dignitate, imperioúe ac affectus, alteri ſic iubeat: Cras mihi ad hunc locũ, & hanc horam præſtò ſis. id eſt, compareas, & te repræſentes, atq; exhibeas mihi. Lib.4.

Fleo,

Fleo, Gemo, Ploro, Plango, Eiulo, Lamentor, Vociferor. CAP. LII.

Flere, est lacrymis, ideoq; tātū hominū, sicut Ridere. Gemere, est in pectore, quū præ angustia in sonū prorūpit. Ideo & iumēta sub nimio pondere gemūt, & inanimata quoq;, quum nimis onusta sunt, gemere dicuntur. Vt

Aeneid. 6. *apud Verg. -Gemuit sub pōdere cymba. Plorare, est uoce flebili & effusa dolorē suū aperire. Vnde Implorare, est plorādo opē orare. Plāgere est percußiōe, ac uerberatione pectoris, capitis, uultus, aliorū'ue mēbrorū se in dolore affligere: regitq; post se accusatiuū. Ideoq; per trāslationē dicūtur fluctus plāgere littora: quasi ad declarandū dolorē, in modū lamētationis. Eiulare, est uoce sublata flere, quod magis mulierū est propriū. Vocifrari, est uoce effrenata nō modò dolorē, sed etiam indignationē (quanquàm indignatio doloris genus est) ostēdere. Interdū sine affectu, sed tamen uehemētius exclamare. Lamentari est uoce querula, & tristi oratione cladē testari suam. Quæ exempla lecturis hoc opus inuestiganda relinquimus.*

Exiſtit, & Extat. CAP. LIII.

Existit, atq; Extat, quorū uerborū unum, atque idem præteritū est, simile quiddā significant, quod est eminet, & superest. Sed primū cum motu, alterū sine motu: ut

Lib. I. *illud sit, prodit, uel exurgit: hoc uerò, superstat. Cic. de Diuin. Atq; delapsus in flumen nunquā cōparuisses, me contremuisse timore perterritū, tum te repentè lætum extitisse. Et iterū in eodē lib. Summersus equus uoraginib. nō extitit. Adhuc iterū in eodem: Vocem ab æde Iunonis ex arce extitisse. Atq; iterū: Neq; diu ulla uox extitisset. Et in secundo: Anguē ab ara extitisse. Et iterū: In Lysandri statuæ capite Delphis extitit corona. De rebus quoq; mutis*

tis existere dicimus: ut idem in Lælio, Existit *hoc loco quæstio subdifficilis.* De extare *exemplũ unum* Vergilij *suffecerit* Georgicorum III. *—Stant circunfusa pruinis*

Corpora magna boum, confertoq; agmine cerui

Torpent mole noua, & summis uix cornibus extant.

Quo fit ut de libris, qui demortui non sunt, dicamus Extare: *ut,* Extant *paucißimi* Varronis *libri, plurimi nõ extant. Nã ut de homine, qui adhuc uiuit, loquimur,* Superest, *quasi nón subter est: sub terra humatus: ita de rebus,* Extant, *quasi extrà stant, nõ intrà, & in tenebris latent.* Cicero *in* Oratore: *Quæ (ut scis) extat oratio.* Et *de* Senectute: Et *tamen ipsius* Appij *extat oratio.*

Conciliare amorem, & beneuolentiam nos dici, Inire autem gratiam. CAP. LIIII.

C*onciliamus amorẽ nobis alicuius,* Conciliamus *beneuolentiã: non autẽ* Conciliamus *nobis gratiã.* Rursus Inimus *gratiã, non autẽ* Inimus *amorẽ, aut beneuolentiã. Quarũ omnium orationũ eadem ferè sentẽtia est, ac si hoc uerbo uterer* Cõtraho, *uel* Cõparo: *nisi* ꝙ Inire gratiã, *est magis fauorẽ cõparare, q̃ amorẽ: ut apud* Quintil. *Quinetiam hoc timeo, ne ex eo minorẽ gratiã hic liber ineat,* ꝙ *pleraq; non inuenta per me, sed ab alijs tradita cõtinebit.* Recõciliari *tamẽ, et* In gratiã redire, *idẽ sunt: quoties amici ĩterposita aliqua offẽsa, quũ aliquãdiu fuerũt inimici, in pristinã redeũt beneuolẽtiã, ac familiaritatẽ.* Sed Redire in gratiã *etiã cũ inanimatis solemus: ut* Cic. *de* Senectute, In gratiã *cum uoluptate redeamus.* Præterea Cõciliamus *nobis laudẽ, famã, honores, similiaq;: nõ aũt* Inimus. Quintil. *lib.* II. *Nam & plus autoritatis afferũt ea, quæ nõ præsentis gratia litis sunt cõparata, & laudẽ sæpe maiorem, quàm si nostra sint, cõciliant.* Rursus, Ineo *rationem,* ineo *fœdus,*

fœdus, ineo pacē, ineo societatē, ineo bellū, ineo pugnam, ineo uiā, quasi capesso atq; ingredior: quod non ferè nisi in re momētosa, aut graui, grādi'ue dici solet. Nā nō ita rectè loquar, Ineo prandiū, cœnam'ue, ut Ineo conuiuium. Vnde principiū rei maioris Initiū uocatur, ut Initiū rationis, Quintiliano quoq; testante, qui ait: Quod principiū Latinè, uel exordiū dicitur, maiore quadā ratione Græci uidētur procemiū nominasse, quod à nostris initium modò signatur. Et huius uerbi participium absolutè positū, sine regimine, maioribus rebus adhibetur: ut, Ineūte pueritia, ineūte adolescētia, ineūte ætate, ineūte uere, ineūte æstate, hyeme ineūte, ineunte anno nouo. Nō autē dormitione incunte, cōuiuio ineunte, die ineunte, nocte ineunte, hora ineunte, sed incipiēte: nisi dicamus illud ipsum ineūte, certis nominibus debere adiūgi, quæ sunt ea, quæ modò exposui.

Libr.4. ab initio.

Obruo, Ingurgito, & Crapulor. CAP. LV.

OBruere est operire, siue aqua, ut Obrutus undis: siue terra, ut Obrue uersata Cerealia, semina terra. Siue per translationē ad animū: ut Quinti. Tot uoluptates obruere possunt ùnum dolorem. Sed de multo uino potando etiam Obruere dicimus, sicut Ingurgitare de absumendis multis cibis. Cicer. pro Deiotaro ait: Vino se obruisse, nudumq; saltasse. Et ī Antoniū: Vt fratrē imitetur, se obruit uino. Et in eundē idem: Quum se cibis ingurgitasset. Ingurgitare aliquando utrunq; complectitur, sicut Crapulari nō modò in uino, uerū etiā in cibo, unde fit Crapula. Vt idem in eundem: Edormi inquam crapulā, & exhala.

Ouid. lib. 1. de Reme. amo.

Philipp. 2.

Deuenio, Peruenio, Deuoluo, Despicio, & Dispicio. CAP. LVI.

DEuenimus ī mōtē, Deuenimus ad diuitias, minus usitatū, ac minoris rationis est, quàm Peruenimus in montem,

tem, Peruenimus ad diuitias. Similiter ediuerso, Deuenimus in planũ, Deuenimus in uallẽ, quoties ab editiore loco profecti sumus, usitatius, probabiliusq́;, q̃ Peruenimus in planũ, Peruenimus in uallẽ. Ita Deueni in paupertatẽ, quasi descẽdi, et delapsus sum ĩ humiliora. Deuoluo, deorsum uoluo: ut, Deuoluere rogos, deuoluere trabes, deoluere saxa, deorsum præcipitare. Despicio, deorsum aspicio: sicut Suspicio, sursum aspicio. Inde per translationem quũ quis aliũ contemnit, ac parui facit, despicere uidetur, quasi infra se, & ad pedes suos proiectũ aspicere: queadmodũ & Suspicere est uenerari, quasi supra nos aspiciamus illũ esse collocatũ. Nã Dispicere est ꝓuidere, et circũspicere mẽte, tãquã in omnẽ partẽ lumina mẽtis intẽdere, omniaq́; discernere. A quo Dispiciẽtia dicta est, circũspectio, & prouidẽtia, & cõsideratio diligẽs, atq; discretio.

Occupo. CAP. LVII.

Occupare, est locũ tenere, aut capere, & ui capere: ut apud Liuiũ lib. XXXIII. Nam & ipsis uocantibus urbem hanc accepi, nõ occupaui, id est, non ui accepi, aut mea sponte accepi, sed aliorũ rogatu. Sæpe uerò antè capere est, & (ut aliqui loquũtur) præoccupare. Vnde schema illud, Occupatio appellatur, quoties quæ dici ab alio poterãt, ea ipsi præueniẽdo dicimus in nostrã partẽ, ne nobis posteà officerẽt retorquẽtes. Cic. Offi. lib. I. Sunt autẽ nulla priuata natura, sed aut ueteri occupatione, ut ij qui quondã in uacua uenerũt. Certè primi illi, qui uenerũt in uacua, nõ potuerũt in aliena, ut isti aiunt, qui uolũt occupare, utiq; in aliena re se possessorem facere. Propriè est enim Occupare, qđ in medio, siue in mediũ, atq; in cõmune positũ est, ante cæteros capere. Quod testatur Quint. inquiens: Multa nihilominus, quæ libera fuerant, trãseunt

in ius

in ius occupantiũ: sicut uenatio, & aucupatio. Inde Occupatus *dicitur, qui antè negotio aliquo detentus, nõ potest negotio alterius operã dare.* Cicero: *Nemo adhuc me conuenire uoluit, cui fuerim occupatus, hoc est, cui causarer me quibusdam alijs negotijs antè præuentum.* Atq; *hinc uocatur* Occupatio, *quũ alicui necessariæ rei, & cui ante omnia operam dare debemus, cum diligentia uacamus.*

Peto, Posco, Postulo, Flagito. CAP. LVIII.

P*Etere est in bonũ, & in malum: quod declaratur per ipsam rem, aut bonum, aut malum significantem.* Vt, *Medicus sanitatẽ ægri petit, pater laudẽ filij, tu diuitias, ego uoluptatẽ peto.* Item, *Multi filij petunt mortẽ patris, serui mortẽ dominorum, medici longitudinem morbi.* Petere *autẽ uitam alterius, itẽq;* Petere *caput alterius, petere famam, petere pudorem accipitur in malum, quòd illa in hominis perniciem petas, siue quòd ea oppugnes.* At *quum non in rem, sed in personam refertur* Peto, *utique cũ ablatiuo in malam partẽ accipitur: ut,* Peto *te gladio, peto te ueneno, peto te insidijs.* Nam *illud apud* Vergiliũ:

Eclog. 3. *Malo me Galatea petit lasciua puella: idem est, quod, malo me inceßit, & pomorũ iactu percutere me solet.* Et

Ead. Eclog. 3. *ideo quasi audaciæ, culpæq; sibi conscia, dicitur:* Et *fugit ad salices. Ab hac significatione absunt alia uerba,* Posco, *quod est propriè rẽ debitã, & honestam peto.* Inde Reposco, *quod est rẽ meã, & quod mihi reddi debet, peto.* Postulo, *est quodã modo requiro (ut res, tẽpus, locus, perso-*

Lib. 4. *na, causa postulat) & tanquã rẽ iustam peto.* Curtius: *Po-*

Seru. in illud Verg. Aen. 9. Si tibi quæ posco ꝑmittunt, &c. *stulabat autẽ magis, q̃ petebat, nisi accipiamus, ut* Varro *apud* Seruiũ *uult, humiliter petebat.* Sic *enim aut* Poscere *est, quũ aliqd pro merito nostro deposcimus.* Petere *uerò est, quũ aliquid humiliter, et precibus postulamus.* Expo-

stulo

ſtulo, quod eſt cũ querela apud amicos requiro, & quaſi officiũ amicitiæ in alio deſidero: ut Terent. in Adel. Qui ita putant ſibi fieri iniuriã, ultro ſi quã fecere ipſi expoſtulant. Sed frequẽtiſſimè poſt ſe habet ablatiuũ, ſeruiẽte præpoſitione Cũ: ut, Quid habes, quod mecũ expoſtules? Flagito uehementer, & plus q̃ poſtulo: ut Cic. pro Quintio, Quanquã hæc cauſa poſtulat: & ſi poſtulat, nõ tamẽ flagitat. Quint. ad Triphonem: Efflagitaſti quotidiano conuitio, ut libros quos ad Marcellũ meũ de inſtitutione Oratoria ſcripſerã, iam emittere inciperem. Quæ uerba etiam Ciceronis ſunt in epiſtola ad Quintum fratrem. Act. 4. ſce. 3. Epiſt. 9. lib. 2. ad Q. frat. ait Ci. Epiſtolã hãc conuitio efflagitarunt codicilli tui.

Labo, & Labor. CAP. LIX.

LAbo, & Labor ita differunt, q̃ Labare eſt ruere, & repentè cadere: ut apud Verg. - Labat ariete crebro Ianua. Labi uerò leniter, ſenſimq́; deorſum ire: ut Labuntur flumina, labitur cœlũ, labitur anguis, labũtur ab æthere pẽnæ, labũtur dij à cœlo, nõ labãt. Quint. Vt numen, et deus delabi ſideribus, et uenire de liquido, puroq́; aëre uidebatur. Cic. Sicut aliquẽ nõ ex hac urbe miſſum, ſed de cœlo delapſum intuẽtur. Ideoq; dæmones magis è cœlo labarũt, quã lapſi ſunt. Angeli uerò aſſiduè ad nos labũtur. Labi quoq; dicũtur, q in lubrico imprimentes ueſtigia, ad terram feruntur, non cũ ruina, ſed lentius, & cum aliqua mora: tametſi nonnunquã Lapſus, p ruina accipiatur: & p translationẽ de corporeis ad incorporea, de eo, qui aut per infirmitatẽ animi, aut per imprudentiã deliquit, dicimus, Lapſus eſt, quaſi pes animi unus, ambo'ue, qui ſunt fortitudo, et prudẽtia, in lubrico lapſi ſint. Et Elabi quoq; periculũ fugere dicitur eo mõ, quo anguis lubricus, muræna'ue, aut anguilla manu præhenſa lapſu fugit: q̃ eſt, è manu elabitur. Ita qui è medio periculo euaſit, Elapſus dicitur. Aeneid. 2. Pro lege Manil.

Aeneid.2. citur. Verg. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites. Sed hic nō eſt translatio, utpote in re corporea: erit tranſlatio in incorporea. Quin. Serui quidē Galbā miſeratione ſola, qua nō ſuos modò liberos paruulos in cōcionē deduxerat, ſed Galli etiā Sulpitij filiū ſuis ipſe manibus circuntulerat, elapſum eſſe, tū aliorū monumentis, tū Catōis oratione teſtatum eſt. Cic. Hic Tito fratre ſuo Cēſore, qui proximus ante me fuerat, elapſus eſt. i. accuſatorū, quaſi

In Eun. act. 1. ſcen. 2. prehenſantiū manus effugit. Trāslatū quoq; illud Terentianum eſt à labo, nō à labor: Labaſcit, uictus uno uerbo, quàm citò. Labo primā breuem habet, Labor primā longam. Hinc Labor laboris, & Laboro laboras prima breui, quod an ab altero illorū deriuetur, et ab utroq; potius, liberū opinaturis relinquo. Hoc tamen nō omittens; Inelaboratum dici, quod nō artificio ſatis excultū eſt: Illaboratū uerò, quod ſine labore uidetur factū. Illud uitio dari ſo-

Lib. 10. let, hoc laudi. Quint. de Cice. ita ait: Quum interim hæc omnia quæ uix ſingula quiſquā intentiſſima cura cōſequi poſſet, fluunt illaborata: & illa, qūa nihil pulchrius auditu eſt, oratio præ ſe fert tamen felicißimam facilitatem.

Deligo, & Eligo. CAP. LX.

DEligere, & Eligere ſic differūt. Deligere eſt, q, magis idoneū ad rem agendā eſt, cernere. Eligere uerò uel ad noſtrū emolumentum, uel ad illius, qui eligitur dignitatem. Delegit ſibi ſæpe pop. Rom. imperatorem ad bella, ut Pompeium ad bellum Mithridaticū. Imperator quoq; deligit milites nō eligit, ad rē uidelicet bellicā idoneos, & inter eos agit delectū, qui cui rei ſit magis cōmodus. Et agricola delectū agit inter tauros, quos ſcindendo ſolo, quosq; procreandæ ſoboli deſtinet. At ſi ex multis daretur optio, quē ſibi uellet, eligeret, non deligeret. Ideoq;

ſemper

ſemper ferè dicitur in eodẽ ſenſu, Datur tibi,*ſiue offertur optio: &* Datur tibi,*ſiue offertur* electio. At Cic. *Deligere,ĩquit,oportet,quã uelis diligere:de uxore loquẽs.* Deligere *dixit,quaſi ad res domeſticas adminiſtrãdas.* Nec *inficias eo poſſe fieri,ut in aliquẽ cadat delectiõis, et electionis nomẽ,ut in ipſum principẽ,quẽ ad honorẽ pariter, & ad remp.bene gerendã aſſumimus.* Cæterùm Deligo *ſine præpoſitione accuſatiuũ habere ſolet:ut,* Populus Romanus delegit Cn.Pompeiũ imperatorẽ.Eligo *alterũ accuſatiuũ ſine præpoſitione,alterũ cũ præpoſitione:ut,* Idẽ populus elegit in principẽ ſibi Octauiũ.Cicer.*inquit:* Quos Cæſar in ſenatũ elegerat. *Porrò utrunq; horũ uerborum tam in ſuperiores, quàm in inferiores cadit: ut illud quod modò dicebã,* Quos Cæſar in Senatũ elegerat.*Et* ſacerdotes eligũt ſibi pontificẽ,& clerus epiſcopũ. *Rurſus* cõſul milites deligit, & milites imperatorẽ, nautæ gubernatorem,diſcipuli præceptorẽ ſibi deligunt.*Nã inter collegas, pareſq;,aut ferè pares dicitur* Cooptare.*Liu.* Dictatorẽ dici placet. *Dicitur* M.Furius Camillus, qui magiſtrũ equitum L.Aemyliũ cooptat.*Vt Cic.in Bruto:* A quo in collegium augurũ fueram cooptatus. *Illud nõ eſt ſilẽtio trãſeundũ:duobus tantũ dici modis* Deligere, *præterquã per hoc uerbũ ipſum. Vno* Agere delectũ:*altero,* Habere delectũ:*nunquàm* Facio delectũ.*Qui duo modi differunt ab ipſa ſignificatione deligẽdi, quòd* Deligimus *aliquando unũ tantũ.* Agere *uerò,uel* habere delectũ,*ad multa ſemper refertur. Apud Quintil.legi* Facere,*pro* agere,*quod haud ſcio,an uitio librariorũ factũ ſit,an etiam ſic dicere liceat.Ita enim legitur:* Proprietates ingeniorum diſpicere prorſus neceſſarium eſt. In his quoque certum ſtudiorum facere delectum,nemo diſſuaſerit. Nanque erit alius Lib.2.cap.9.

historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, & nonnulli rus fortasse mittendi.

Percontor, Interrogo, & Sciscitor. CAP LXI.

Lib. 2, cap. 5. *PErcontari, significat interrogare, quamuis suapte natura spectet ad finem coarguendi: ut Quintilianus testatur dicens: Quid enim tam commune, quàm interrogare, uel percontari? Quorum utroq; indifferenter utimur, quũ alterum noscendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. Interrogo igitur (ut ego interpretor) noscendi gratia adhibetur. Percontor uerò arguendi. Sciscitari (ut ipsa uox indicat) sciendi causa interrogare est.*

Debello, & expugno. CAP. LXII.

DEbellare, est bello uincere, aut bello capere. Expugnare pugnando capere, uel potius pugnãdo, & oppugnando uincere: quod significauit Liu. lib. XLV. Haud paulò facilius, quàm antè, duæ unam, tunc una duas naues expugnauit, cepitq;. Sed Debellam[9] poti[9] homines: unde Debellatũ esse dicimus, pro eo quod est bello certatũ, belloq; res parta est, aut pdita. Expugnamus autẽ opera, molesq;, ut castra, ut urbes, ut castella, ut naues. Quocirca miror illud in psal. Sæpe expugnauerũt me à iuuẽtute mea,
Psal. 103. *dicat nũc Israël, Sæpe expugnauerũt me à iuuẽtute mea: etenim nõ potuerũt mihi. pro eo quod est oppugnauerũt, siue impugnauerũt me. Si enim nõ potuerunt mihi, profectò nõ expugnauerunt, sed oppugnauerũt tantùm. Græcè autẽ ἐπολέμησαν, magis est oppugnauerũt, siue impugnauerunt, quàm expugnauerunt. Pro eodem tamẽ significato interpres accepit, nisi librariorum uitium est.*

De compositis à Re. CAP. LXIII.

FIgo, inde Refigo, qđ fixũ erat, educo. Tego, inde Retego, quod tectũ erat denudo. Texo, inde Retexo, qđ

erat textum, reddo non textum, & quasi infectum, quod erat factũ. Claudo siue cludo, Recludo, quod clausum erat aperio. Velo, Reuelo, uelamentum tollo. Signo, Resigno quod erat signatum, obsignatum'ue relaxo, uel patefacio. Et multa alia huiusmodi sunt: multa nõ sunt: ut, repeto, reposco, renouo, repræsento, reuello, remoueo, remaneo.

Præparo, & apparo. CAP. LXIIII.

PRæparare, & Apparare ita differunt, quòd præparare est anteà parare sibi quæ utilia sunt, aut fore credit. Apparare, ad dignitatẽ quãdã, ac uerius põpã. Ideoq; oratores præparant, quibus obtinere causam possint. At procemiũ apparatũ reprehẽditur, quòd plus pompæ, atq; ostẽtationis, quàm utilitatis habere uideatur. Cic. Offi. I. Facilè totius cursum uitæ uidet, ad eamq; degendã præparat res necessarias, ut pastum, ut latibula, ac alia generis eiusdem. Idẽ de Orat. III. Illa quæ in apparatu fori appellantur insignia. Quanquã Apparatus uidetur interdũ significare utrũq;, Apparatus belli, quasi præparatio. Sed ut dicimus naues nõ modò instructas, sed ẽt ornatas, q̃ quò res ĩstructiores ad bellũ, eò pulchriores sũt, ita Apparatũ belli uocamus, ubi instrumẽta bellica etiã adornata sunt.

Præsum, & Præsideo. CAP. LXV.

PRæsum & Præsideo differunt. Ab hoc fit Præses, sicut à desideo Deses, à resideo Reses. Ab illo uerò Præsens, quod à suo uerbo in significato recedit: de quo antè diximus. Præesse, est præpositum esse rei cuipiã gerẽdæ, atq; administrãdæ. Præsidere, est ad opẽ præstandã præesse, quã propriè præstãt homines iniuriã quidẽ patiẽtibus, aut in discrimẽ adductis: dij uerò beneficentiã fauorẽq; inuocantibus. Aliquãdo tamẽ indifferẽter. Sueton. de Tiberio: Præsedit et Actiacis ludis. quasi dixisset, præfuit. Cic. Cap. 6.

 pro Syl

pro Sylla: *Noli animos eorũ ordinũ, qui præſunt iudicijs, offendere.* Idem pro eodẽ: *Quam ob rem uos, dij, & patrij penates, qui huic urbi, atq; imperio præſidetis.* Idem pro Milone: *Vos inuicti, & in ciuis inuicti periculo centuriones, atq; milites, uobis non modò inſpectantibus, ſed etiam armatis, & huic iudicio præſidentibus, hæc tanta uirtus ex urbe expelletur, exterminabitur, eijcietur?* Quintil. in x. *Nam beneuolũ auditorẽ inuocatione dearum, quas præſidere uatibus creditum eſt, & intẽtum, propoſita rerum magnitudine, & docilem ſumma rerũ celeritate comprehenſa facit.* Et non longè pòſt: *Quẽ præſidẽtes ſtudijs deæ propius audirent.* Vnde tam dij, quàm homines Præſides dicti ſunt: illi quidẽ in ſuo quiſq; numine, ſuaq; ui: hi uerò in ſua quiſq; prouincia aut ab rege, aut à populo ſibi commiſſa. Idẽ Quintil. *Quòd omnia ſic egerit, ut genitũ præſide bellorũ deo incredibile non eſſet.* quaſi cuius in manu eſſet imperiũ bellorũ, aut auxiliũ: ut apud Liuiũ libro ſexto, *Dij, deæq; omnes, qui Capitoliũ incolitis, ſiccine ueſtrum militẽ, ac præſidẽ ſinitis uexari ab inimicis?* Præſidem dixit pro auxiliatorẽ, ac defenſorẽ: ut alibi etiã ſæpe. Præſes (ut definit Vlpianus) is eſt, qui maius in prouincia imperiũ habet omnibus poſt principẽ. Hinc Præſidiũ dictum eſt auxiliũ principale. Nam ſubſidium id, quod in auxiliũ ſuccedit, dicitur. Et milites qui ad tutelam oppidi, caſtelli, ſimiliũq; collocati ſunt, Præſidiũ uocantur: ut Impoſitũ eſt præſidiũ Caietæ. Nam Præſul antiquitus is dicebatur, qui primus erat inter Salios, id eſt, Martis ſacerdotes, Romæ dũtaxat, à ſaliẽdo dicti in portãdis ancilibus.

Aſſentor, Adulor, Blandior. CAP. LXVI.

Aſſentari, Adulari, Blãdiri ita differũt, quòd Aſſentari eſt inſidiosè, et cõciliãdæ alicuius utilitatis gratia, effuſius,

effusius, & plerunq; falsò quempiã laudare: adulari uerò inseruire, et captare, ut fauorẽ emereamur quoquo modo uel uoce, uel gestu: estq; tractũ ἀπὸ τ̃ δούλου, q. est seruus. Et sanè adulari seruile est, nõ liberale, & ingenuũ. Blandiri propriè ad tactũ pertinet, & per abusionem ad alios sensus transfertur, nõnunquam etiam ad animum. Quin. Tu non cogitas, quemadmodum suspensa manu sonantem blãdè cardinẽ flectas. Idẽ: Blãdiar paulisper iudices, calamitatibus meis, & sic agã, tanquam inuenerim utrunq; sanum. Ideoq; idẽ quodã loco penè pro eodẽ posuit hæc duo posteriora uerba. Transeo oblatã nolenti munerũ uacationem, & blandius, quã militiæ disciplina postulat, adulatũ militi tribunũ. Adulatũ blãdius dixit, ne aut blãdius blanditũ, aut adulãtius adulatũ diceret, si tamẽ adulãtius reperitur. Et alibi: Et animaliũ quoq; sermone carentium ira, lætitia, adulatio, & oculis, et alijs signis corporis deprehenditur. Sũt enim muta animalia hominũ serua, quæ signa maximè apparẽt in canibus, de quibus inquit Verg. Hinc canibus blãdis rabies uenit. Nã assentari nõ cadit in muta animalia, nisi credimus hoc modo coruum à uulpe fuisse deceptum, quum optimum cibum ore gestaret. Declam. 6. Declam. 3. Georg. 3.

Excuso. & Causor. CAP. LXVII.

EXcusare apertã significationẽ habet: itẽq; Causari. Excusamus crimẽ obiectũ: quod quũ uidetur satis purgatũ, recentes dicũt. Habeo te excusatũ: ueteres dicebãt, Accipio excusationẽ: sicut in illo, dũ quis mihi tulit conditionem (uerbi gratia) an uelim negotiari in sua pecunia in commune lucrũ, dicam, Accipio conditionem. Est & altera huius uerbi significatio, quæ à priore defluxit, quoties id qđ ĩ causa fuit, ut peccarem', afferimus in excusationẽ. Nec dicemus (ut aliq loquũtur) Accuso, sed Excuso: quã-

uis potius uideatur ratio exigere, ut per accuso, q̄ per excuso loquamur: ueluti si latrones aut flumina impedimēto Declam.12. *fuerint, ne ad diē adesse possem, dicā eo modo, quo* Quintil. *Tu tamē si interpellatus tēpestatibus serius uenisses, excusares mare, & ambiguos flatus, et tibi bonā causam habere uidereris, quū diceres, antè non potui.* Excusares dixit, nō accusares. Liu. li. VI. *Exactæ iā ætatis Camillus erat, comitijs iurare iā parato in uerba excusandæ ualetudinis solitæ, cōsensus populi restiterat.* Et li. XLVII. *Vbi dies uenit, citariq; absens est cœptus, L. Scipio morbū causæ esse cur abesset excusabat.* Luc. in VIII. *-Littusq; malignum Excusat.* Causari, est causam rei gestæ afferre. In Caio, capit. 23. Suet. *Syllanū item socerū ad necē, secādasq; nouacula fauces cōpulit, causatus in utroq;, q hic se ingressum turbatius mare nō esset secutus.* Aliquādo penè qd illa significatio superioris uerbi (de Excuso dico) in secūdo significato. Quint. *Nec causanti pupillo sic tutor irascatur unq̄ ut nō remaneant amoris uestigia, & sacra quædā patris eius memoria causanti pupillo, quasi excusanti acerbitatē tutoris, cui simile est illud Papiniani: Iussus rationē reddere, & liber esse, si hæres causabitur accipere rationes, nihilominus liberū fore. i. si impedimēta prætēdet.* Verg. Eclog. 6. *Causando nostros in longū ducis amores.* Id est, impedimenti causas afferēdo. Vlpian. *Proscribere palam, sic accipimus, claris literis, ut planè rectè legi poßint, ante tabernam scilicet, uel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, nō in loco remoto, sed euidenti: literis Græcis, an Latinis? puto secundum conditionem, ne quis causari poßit ignorantiam literarum.* Et alibi, *Causari tempestatem, ac uim fluminū.* Vbi liceat dicere, excusare ignorantiam literarum, & excusare tempestatē, ac uim fluminū.

Mando,

Mando, Præcipio, Iubeo, Impero, Edico, & Indico. CAP. LXVIII.

Mandare, est cuiuis psonæ gerendũ aliquid exequendumq; cõmittere: ut Quint. *Mandata tamẽ tua fili perago. id est (ut nũc loquimur) cõmißionẽ, nõ aũt iussa. Nã deforme alioqui esset, si filius iuberet, imperaretq; patri.* Præcipere, *est tũ magistrorũ, quod est præcepta tradere, tũ magistratuũ, & superiorũ personarum.* Sallu. in Catil. *Iudices rerũ capitalium quibus præceptũ erat.* Idẽ in Iugur. *Micipsa pater meus moriẽs mihi præcepit.* Iube*re frequenter idẽ est quod imperare: ut* Quint. *Pater me iußit.* Et alibi: *Nã quãuis infestum latronibus mare iussus intraui. Neq; dißimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret, q ipse facere nõ potuerat.* Pro eo *dẽ accepit iubere, & imperare.* Hîc *tamẽ annotandũ est, quòd sicut elegãter dicimus,* Impero *mihi: ut apud eundẽ,* Imperauit *sibi, ne quas admitteret amplius preces. ut etiã* Permisi *mihi, permisisti tibi, pmisit sibi: ita nõ elegãter dicas,* Iußi *mihi.* Præterea *quũ ita dicamus ĩperata, ut iussa: huic apponimus uerbũ* Exequor, Perago, *et si quid est simile: illi autẽ ferè unũ uerbũ quod est* Facio *: ut apud eundem,* Neq; *ipse hoc periculũ ignoro, expertus non leui documento, quãti steterit mihi, quòd semel imperata nõ feci.* In *hoc etiã hæc uerba differunt, q* Impero *tibi hanc rem, dicimus:* Iubeo *uerò præter hanc constructionẽ, põt habere et illã, cuius exemplum modò protuli,* Pater *me iußit.* Est *etiã* Iubere, *non planè imperare, sed quasi hortari: ut idem,* Spera *tu, iube sperare matrem.* Cic. *etiã frequenter hoc mõ loquitur: ut p* Deiotaro, *Literis, quas ad me* Tarracone *misisti, bene sperare iußisti. Cui simile est* Terent. Saluere Hegionem plurimum Iubeo. *Verg. in* V. -Reddiq;

Declam. 9. Declam. 8. In Adel. act. 3, scen. 5.

Reddiq; uiro promissa iubebat. Quàm quæso decorũ fuisset, ut regi milites, ac comites sui imperarent? Edicere est magistratuũ, regũ'ue. Vnde Edictũ consulũ, sunt literæ consulũ, quibus aliquid iubẽt, atq; imperant. Nã Indicere, propriè denuntiare est: ut, Indictũ est bellum, indixi bellũ fortunæ, indixi bellũ uoluptatibus, indixit Romulus spectaculũ. Liui. Indici deinde finitimis spectaculũ iubet. Iterum: Indixit in posterum diem ut adessent. Idem: Indicto iustitio. Iterum: Delectusq;, & iustitium indictũ est.

Introcludo, & Intercludo. CAP. LXIX.

INtrocludo te, id est, in interioribus claudo. Intercludo te, iter tuum impedio, & quasi iter cludo. Verg. Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.
Aeneid. 2.
In Paradox. Cic. Qui Carthaginiensium aduẽtum corporibus suis intercludendum putauerunt. Qua ratione etiã dicimus In-
Declam. 13. tersepio. Quintil. His textis ne uniuersi mellis pondus effluat, intersepta onera clauduntur. Quasi circũsepta, uel, quà effluere mella poterant, septa.

Ex sententia, & Ad uotum habere. CAP. LXX.

EX sentẽtia aliqd habere, et Ad uotũ, licet illud uideatur rationis esse, hoc affectus, eòdẽ tamẽ ferè significatiõis ueniũt, ut Quint. Habes'ne uxorẽ ex animi tui sentẽtia? Et alibi: Et ad omne uotũ fluẽte fortuna lasciuit otiũ.

Facere iter uel uiam, & Iter habere. CAP. LXXI.

ITer facere, Viã facere, Viã munire: Itẽ, Iter facere, et Iter habere differũt. Iter facere, est (ut imperiti loquuntur) itinerare, & (ut periti) ingredi iter, aut uiã: ut Ci. de Sene. Masinissã, quũ pedibus iter ingressus est, in equũ nõ ascendere: quũ in equo, ex equo nõ descendere. Idem li. 1. Offi. Tẽpus à natura ad eligendũ, quã quisq; uiam uiuendi sit ingressurus, datũ est. Viã facere propriè est, ubi non

erat uia, uiã, & transitũ aperire. Quintil. *Seratur igitur nõ semitis, sed cãpis, nõ uti fontes angustis fistulis colligantur, sed ut latißimi amnes totis uallibus fluãt, ac sibi uiam (siquando non acceperit) faciat.* Quod nõ probè dixeris, *muniat.* Est enim Munire uiã, repurgare, reficere, ac substruere interdũ lapidibus, qua les sunt uiæ Romanæ à plerisq; portis, in multorũ dierũ iter silicibus stratæ. Cic. pro Milone: *Ideo'ne Appius ille cæcus uiã muniuit, nõ qua popul⁹ uteretur, sed qua sui posteri latrocinarẽtur?* Et p trãslationẽ de corporalibus, ad incorporalia. Quintil. lib. III. *Propterea quòd plurimi autores quãuis eòdẽ tẽderẽt, uias tamẽ diuersas muniœrũt, & in suã quisq; induxit sequẽtes.* Dicimus etiã ut uiam, ita ripã munire, alueũ munire, aditum munire, quũ illa reficimus, uel reparamus. Cic. etiam Aditũ munire, pro uiam munire dixit pro Cluentio: *Aditũ sibi alijs sceleribus antè muniuit.* Iter habere, est iter aliquẽ esse facturum. Cic. *Habebant iter ad Laium regem.* Epistola II. lib. 2. fam. Et ad Q. fratrem: *Et quòd ille in Sardiniam iter habebat.*

Propono, & Ostendo, cum aliis uerbis. CAP. LXXII. Epist. 4. lib. 2

PRopono præmium, propono metum, Ostendo spem, ostendo metum, ferè in eadem significatione: hoc est, hinc hortor, illinc deterreo: nisi quòd Proponere est potius potestatem, imperiũq; habentis: Ostendere uerò consilium dãtis. Cicero: *Quis est, qui proposito tanto præmio non excitetur?* Idem: *Propositis mortis, & exilij minis.* Item: *Tum spem, tum metum ostendere.* Atque iterum: 6. Ver. *Magnum huic urbi periculum ostenditur.*

Pacificatus, Pacatus, & Placatus sum. CAP. LXXIII.

PAcificatus sum, pacẽ feci: Pacatus sum, in pace sum, uel ab armis recessi: Placatus sum, ab indignatione animi ad lenitatem redij: uel, animo leni sum.

Parem

Parem esse,& Paria facere. CAP. LXXIIII.

PArem esse, idem est quod sufficere alicui operi, siue resistendo illi, siue exequendo. Cic. ad Attic. lib. XI. Tũ interpellat fletus, repugno quoad poßũ, sed adhuc pares non sumus. Quintil. in Geminis languẽtibus: Nunc infelix nõ par est dolori, nunc nõ inuenit ulla solatia, ex quo uidetur sibi filiũ perdidisse uicturum. Idem: Non fallit nos nefande quid captes hoc, quòd supra silentium trahis alta suspiria, quòd in prorũpenti uidêris exclamatione deficere: mendacio paratur autoritas, & in fidẽ erupturæ uocis affertur, ut fateri uidearis inuitus: dic tamen, par est huic rei matris integritas, ut mentiaris? Lucanus:

Declam. 8.

Lib. 2. Hunc habuisse pares Phœbæis ignibus undas.

Et hoc in resistendo. In exequendo autem, idem Quintil. Aspicio par laboribus corpus. Nonnunquam Par idem est, quod decens: ut idem, Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est? Paria facere, est quod alibi amissum est, uel quod aliunde acceptum, alibi, uel aliunde compensare. Idem Quintil. Paria tecum facio Respubl. quæ propter me unum ciuem perdideras. Et alibi: Sic paria faciemus. Tu illhic eris uicarius meus. Plinius Auunculus: Nascuntur & alio modo terræ, ac repente aliquo mari emergunt, uelut paria secum faciẽte natura, quæq; hauserit hiatus, aliquo loco reddente. Plinius Iunior ad Priscum lib. VIII. Habuerunt officia mea in secundis, habuerunt in aduersis. Ego solatium relegatarum, ego ultor reuersarum non feci tamen paria: atque eò magis hanc cupio seruari, ut mihi soluendi tempora supersint. Seneca: Vt statim tibi soluam, quod debeo, & quantum ad hanc epistolam paria faciamus.

Declam. 15. Declam. 6. Lib. 2. ca. 86. Epist. 10.

Solicito. CAP. LXXV.

SOlicito te, uel quòd spem, metum'ue tibi ostendo, ut solicitare plebem: uel inquieto, & tibi curam injcio.

Gratum facio, & Gratificor. CAP. LXXXVI.

GRatum facio, & Gratificor (si quid differũt) ita differunt, quanquàm utrunq; est ex gratum, & facio, non tamen utrunq; compositum. Differũt autem ita, quòd Gratum facere est quiddam minus, & propè idem quod obsequi, & inseruire: ut Cicero, Si hunc iuueris, gratißimum mihi feceris. Gratificari quiddã maius. Vnde Deum gratificari hominibus dicimus, non autem gratum facere, quasi idem sit, quod beneficia conferre.

Deduco, Reduco, Comitari, & Affectari. CAP. LXXVII.

DEduco, et reduco generalẽ habẽt significationẽ, sed in hoc specialẽ, quoties alicui officij gratia præstamus comitatũ: ut Deduxi Catonẽ in Senatũ, eũq; ut domũ reducã, hic expecto. Sed propriè hoc est inter homines nõ multũ dignitate, et autoritate distãtes: Comitari uerò minorũ potius erga maiores. Cæterũ Deducere, et Reducere, est quasi ad certũ locũ. Affectari uerò, quasi comitatũ præstare, nõ tãtũ ĩ itinere, aut nauigatiõe, aut militia, sed ferè p urbẽ: ut Cic. de Orat. lib. II. Quũ ædilitatẽ Crassus peteret, eũq; maior natu, & cõsularis Sergius Galba affectaretur, quòd Craßi filiam Cn. filio suo despondisset.

Satio, & Saturo. CAP. LXXVIII.

SAtiare ad omnes sensus attinet: Saturare ad unum gustum. Nam figuratè locutus est Cic. Iracundiam meam satura tuo sanguine. quasi sitim meam satura. Satiare frequenter ad animum transfertur.

Incedo, & Ambulo. CAP. LXXIX.

INcedere, est ambulare: inde Incessus, siue tardus, siue festinus, siue cõmotus, et incõpositus, immoderatusq;.

Propriè

Propriè tamẽ sublimior qdã, & fastũ præ se ferẽs. Verg.

Aeneid.1. Regina ad templum magna stipante caterua
Aeneid.1. Incessit. – Et iterum: Et uera icessu patuit dea.

Quod Seneca quodam loco declarat: Tenero, ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus.

Aduersor, & Auersor. CAP. LXXX.

ADuersor tibi, et Auersor te. De primo nihil dubij est: secundum sumit significationem à gestu, quoties ab aliqua re, quam detestamur, uultũ auertimus. Quintil. in
Cap.3. XI. Aspectus enim eodẽ semper uertitur, quò gestus, exceptis quæ aut damnare, aut nõ concedere, aut à nobis remouere oportebit, ut idem illud uideamur uultu auersari,
Aeneid.3. manu repellere. Maro: – Dij talẽ terris auertite pestem: In Deuteron. & alijs pluribus locis est: Gentes quas dominus auersatur. id est, detestatur, atque abominatur, & à quibus præ odio uultum auertit. Multi tamen indocti scribunt, leguntq́;, Aduersatur Dominus.

De Leuo, & compositis suis. CAP. LXXXI.

LEuo, est alleuo, & molestiã, laboremq́; extenuo. Nam pro illo significato, quod est sustollo, notum est: ut Liuius lib. XXI. Mox aqua leuatur uento, quũ super gelida montiũ cacumina cõcreta esset. Subleuo, auxiliũ, defensionemq́; præsto. Cicer. Zopyrus, qui se naturã cuiusq; ex
Tusc. quæst. lib.4. forma prospicere profitebatur, derisus à cæteris est, qui illa ĩ Socrate uitia nõ agnosceret, ab ipso autẽ Socrate subleuatus, cũ illa sibi signa ratione à se deuicta diceret. Alleuo in altũ tollo, uel de imo, et ubi qd iacet, atq; proiectũ est sursũ tollo. Quintil. Vidi multos, quorũ supercilia ad singulos uocis conatus alleuarẽtur. Idẽ Homini ĩ aquã lapso, atq; ut alleuaretur orãti. Inde p translationẽ ad qualitatẽ
Declam.1. fortunæ: ut idẽ: Quare non petit ut miserũ putetis, nisi & innocens

innocens fuerit. Non petit ut *afflictũ alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciorẽ, quòd patrẽ amisit, quàm quòd oculos.* Etiã nonnunquã Subleuo pro alleuo: ut apud Suet. de Vespasiani uita, *Dũq; surgit ac nititur, inter manus subleuãtium extinctus est.* Eleuo, imminuo, & extenuo: ut idẽ Quint. *Nã quis ignorat, quin id longè sit honestißimum, ac liberalib⁹ disciplinis, et illo quẽ exigimus animo dignissimum, nõ uendere operam, nec eleuare tanti beneficij autoritatem, cùm pleraq; hoc ipso poßint uideri uilia, quòd pretium habent?* Nusquã memini in aliũ sensum reperisse me. Nã Hieronymus testatur quodam loco Esaiæ, *Eleuatũ est super limina templi:* debuiße transferri *Sublatum est:* sed ad tollendã ambiguitatem (ne quis putaret sensum esse talem, qualis est, *sublatum est mihi pallium*) ad aliud uerbum recursum fuisse. Propriũ tamẽ erat Sublatũ: ut idem Quint. *Tunc te fas est sublatis ad cœlum manibus proclamare, Mathematice, mentitus es.* Cap. 24. Lib. 12. cap. 7. Declam. 4.

Perpendo, Expendo, Appendo, Impendo, & Impendeo. CAP. LXXXII.

PErpendere, est exactè põderare, atq; examinare: nõ autem (ut aliqui uolunt) intelligere, atq; animaduertere. Cic. *Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota uirtute perpenditur?* Expẽdere, eiusdem ferè significationis est. Idem in Ver. v. *Expendite hæc deinde, atq; æstimate.* Idẽ Offic. I. *Quæ contẽplantes expẽdere oportebit, q̃d quisq; habeat sui, eadẽq; moderari, nec uelle experiri, q̃ se aliena deceant.* Appendere est tum suspendere, ut notum est: ut; *Appendi uuas:* tum ad lancem, stateram'ue ponderare. Idem in Ant. *Vt iã appẽdatur pecunia, nõ numeretur.* Et in proœmio orationum Aeschinis, ac Demosthenis à se translatarũ figuratè ad incorporea transtulit: *Ea putaui non*

non annumerari lectori debere, sed tanquã appẽdere. Impendo *habet participiũ præsentis tale, quale est ab impendeo, ut admoniti sumus cauendũ esse, ne ista nos fallat ambiguitas. Quale est apud eundẽ de* Senect. Mortem igitur *impendentẽ omnibus horis timẽs, quis poßit animo consistere?* Hoc *participiũ est ab impendeo, nõ ab impẽdo. Est autẽ* Impendêre, *supra caput iamiã casurum pendêre: ut nubes impendent.* Et *gladius ille equina seta appensus supra* Dionysij *conuiuæ caput imminens impẽdebat.* Impendêre, *ab* Impendere, *apice distinguendum est.*

Rapio, Eripio, & Præripio. CAP. LXXXIII.

R*Apere manifestã significationem habet, quũ de alijs rebus loquimur: quũ uerò de personis, duobus modis accipitur.* Vno, *qui ad res quoq; pertinet: ut apud* Verg.
Georg. 4. *Quid faceret? quòse rapta bis cõiuge ferret?* Rapta *di-*
Aeneid. 8. *xit ꝓ ablata. Et alibi:* -Raptas *sine more* Sabinas, Altero *ꝓ eo quod est uim afferre, siue uitiare, uel si nõ asportet, nec fœminam loco deducat: ꝙ propriè de uirginibus, quæ uitiatæ sunt, dicitur: ut apud* Senecã, *qui eandẽ legẽ nõ eisdem uerbis repetit, quodã loco sic retulit.* Rapta *raptoris aut mortẽ, aut indotatas nuptias optet.* Alio *loco sic:* Vitiata *uitiatoris aut mortẽ, aut indotatas nuptias optet.* Ab *hoc uerbo duo cõposita sunt,* Eripio, & Præripio: *quorũ primũ quoties habet cũ accusatiuo datiuũ, ferè in malam partẽ accipitur: ut,* Eripuisti *mihi oẽs bene uiuẽdi facultates.* Quoties *uerò ablatiuũ cũ præpositione à, uel ab, siue abs, plerunq; in bonã: ut,* Eripuisti *me à periculo. interdũ in malã: ut,* Eripuisti *à me filiã.* Quod *uerbũ ita differt à* Præripio *(præterquã q̃òd nunquàm hoc postulat talem ablatiuũ) quòd qui alteri aliquid eripit, põt id non in suos usus eripere: ut,* Eripuit *illi uitã: qui uerò* Præripit *in suos*

propr

proprios usus rapit: neq; præpositio illa antecessionē temporis declarat. Cic. p Gallo: *Demosthenes tibi præripuit, ne esses primus orator: tu illi, ne solus.* Non hoc intelligit Cic. quòd Demosthenes huic aut aliqd eripuit (ut q auferre nihil posset nondū nato) aut priorē se fecerit. Nō enim Demosthenes primus oratorū antiquitate tēporis dicitur, sed facultate: neq; hūc solus Demosthenes ætate antecessit eò quidē magis, q hic ipse, æqualis Ciceronis nō potuisset inuicem antiquissimo illi aliquid antè auferre. Ergo ille præripuit tibi, id est, rapuit sibi istam dignitatem, ut summus orator esse uideatur, futurus etiam solus, nisi tu partē in te illius laudis transtulisses, essesq; tu dignus nomine oratoris, quāuis non æquādus Demostheni, quo nomine adhuc post illū præter te dignū uidimus nemunē. Nonnūquā hoc uerbū significat antè capere, sed magis in passiuo: ut *immatura morte præreptus nō potuit præstare, qualē promiserat regē.* Sunt autē hæc uerba Plinij Iunioris de uiris illustribus, quasi dixisset, immatura morte præuentus. De Anco Martio rem. rege quarto.

Titubo, Nuto, ac Vacillo. CAP. LXXXIIII.

Titubare, est pedibus nō ualētis insistere, quales sunt ebrij aut infirmi, aut uulnerati, aut decrepiti senes: ut apud Quintil. *At nō tua culpa fames cœpit, sed uulneratū iugulasti, titubantē strauisti, fumātē incēdisti.* Declam. 12. Trāsfertur etiā ad animū: ut apud eundē, *Neq; ulla unquā tāta fuerit dicēdi facultas, quæ non titubet, aut hæreat, quoties ab animo uerba dissentiūt.* Lib. 12. cap. 1. Titubare quoq;, lingua, & dētes dicūtur: hinc linguæ, & oris titubātia. Nutare est propriè alicuius male solidatæ molis ruinā minātis. De animo quoq; dubitāte, & nesciēte, quò se potissimū cōferat, Nutare dicitur. Vacillare, est alterno motu incōstātē esse: ut idē, *Est & illa indecora in dextrū, et sinistrū latus ua-*

De cla. Orat. *cillatio alternis pedib⁹ insistētiū. Cic. Cùm ex eo in utrāq; partē toto corpore uacillāte quæsiuit. Vnde et naues utiq; uacuæ uacillāt.* Et idē Cicer. *de quodā præ infirma ualetudine nō rectè scribēte inquit: Vacillantibus literulis.* Ad animū quoq; trāsferimus, ut apud Iuriscōsultos, *de fide testis uacillāte, q incōstantia, & diuersa testimonia dixerit.*

Epi. 13. li. 16. epist. fam.

Vaco, Vacat, & Careo. CAP. LXXXV.

VAcas sapiētiæ, das operā sapientiæ: Vacas sapiētia, cares sapiētia. Quāquàm Carere propriè, est uacare quibus indiges: quod significauit Cic. quū inquit, Satiatis uerò, & expletis iucūdius est carere, q̄ frui: quāquàm nō caret is, qui nō desiderat. Impropriè tamē dicimus, Cares culpa, cares periculo, cares damno. Cū nomine tamen significante actionē quandam, siue qualitatē, adiungimus, à, præpositionē: ut, Vacas à labore, uacas à componendo, uacas ab agricultura, uacas ab omni molestia. Similiter p nomen: Vacuus sum ab omni occupatione, atq; ab omni solicitudine. Hoc autē uerbū quū est impersonale, quæri potest, quid significet. Quintil. inquit, Nō, imò oderit reum uerba aucupantē, & anxiū de fama ingenij, & cui diserto esse uacet. Hìc uidetur Vacet, accipi pro eo, quod est, curæ sit. Idē alibi: Tunc inchoare hæc studia uel nō uacabit, uel nō libebit. Hìc uidetur esse pro eo, qđ est tēpus uacuū erit. Nā Libebit, idē est, quod curæ erit. Et ne quis auderet immutare, Licebit, p Libebit: Plin. Iun. (quāquàm infinita sunt huiusmodi exēpla) quærēs, q nō posset operā dare admirando cuidā philosopho, ita ad amicum scribit: Quò magis te, cui uacat, hortor, quū in urbē proximè uenies (uenies autē ob hoc maturius) illi te expoliendum, limandūq; permittas. Quid igitur duas has significationes huic tribuimus uerbo, cùm præter id, quòd ambiguū erit,

In Cato. Ma.

Lib. 11. cap. 1.

Lib. 1. cap. 20.

Epist. 10. li. 1.

utrum

utrum potius significetur, superuacuum uideatur dicere, uel nō uacabit, uel non licebit: satis sit dicere, nō uacabit: quo uidebūtur fortaßis illa duo significari? Quare exponamus, ut cæteros locos. Ita & illū, Cui esse diserto uacet: Vacet, uacuum est, hoc est, uacuū tempus est. uel si uis, cui est uacuus animus, quod significauit Vergil. quū inquit:

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros. Aeneid.2.

Hoc quantum ad uoluntatem, quod est, si libet. Deinde quantum ad facultatem temporis, uel uacuitatem animi:

Et uacet annales nostrorū audire laborū. Dixerat enī:

-Et iam nox humida cœlo

Præcipitat, suadētq; cadētia sidera somnos. Quasi non uideretur tēpus illud tantā narrationē pati, aut ipsa Dido eo tēpore æquo animo posse audire qđ audire cupiebat.

De Consciſco, Asciſco, Desciſco. CAP. LXXXVI.

Consciscere, ferè ad mortem pertinet. Plerunq; enim sic legimus: Mortem sibi ipse consciuit: Mortem tibi ipse consciscis: Mortē mihi ipse cōsciscam: cogā te ad mortem tibi per teipsum consciscendā. Asciscere est remotum aliquid, quasi scitè uocatū capere. Cicero de Oratore: Expertes esse prudentiæ, quam sibi asciscerēt. Idē in Oratore: Quòd minimè politæ, minimeq; elegātes sunt, asciuerunt aptū suis auribus opimū quoddam, & quasi adipale dictionis genus. Desciscere, est ab imperio se, ductuq; alterius subtrahere: ut milites à duce, populi à domino, discipuli ab opinione magistri, quā prius sequebātur, præsertim ad alterius uel imperiū, uel sententiā se transferentes. Lib.1.

Aſſeuero. CAP. LXXXVII.

Asseuerare est inter ipsa argumēta, probationesq; admiscere uim animi, motumq;: quod declarat Quintil. quū inquit, Altera ex asseueratione probatio est: ego hoc Lib.5.cap.12.

feci, tu hoc mihi dixisti. & ,ô facinus indignum. Et alibi: Quum præsertim quorundam probatio sola sit in asseueratione, & perseuerantia.

Exhibeo, Facio uel Facesso negotiũ. CAP. LXXXVIII.

Exhibere illi negotiũ, Facere, uel Facessere negotiũ, est alterũ molestia, ac labore afficere, frequẽter quidẽ per accusationẽ: ut Cic. Offi. III. Criminabatur etiã quòd Titũ filiũ, qui posteà Torquatus est appellatus, ab hoĩbus relegasset, & ruri habitare iußisset. Quod quũ audisset adolescẽs, negotiũ uidelicet exhiberi patri, hoc est, patrẽ accusari, uel molestia, laboreq; affici. Nam Negotiũ sæpe pro labore apud hũc præsertim legimus: ut, Quid negotij est, ista poëtarũ, & pictorũ portẽta cõuincere? quomodo? quid operis? Quæ exẽpla paßim reperiũtur. Idẽ de natura deorũ: Quod beatũ, et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquã negotiũ. Quint. lib. v. Vt uulneratus, aut filio orbatus, nõ fuerit aliũ accusaturus quã nocentẽ, quãdo si negotiũ innocẽti facit, liberet eum noxa, qui admiserit. id est, si innocentẽ reum facit. Cicer. ad Appiũ: Quum est ad nos allatũ de temeritate eorum, qui tibi negotiũ facesserent. id est, accusarẽt, insectarẽtur, ad pœnã uocarẽt.

Tusc. quæst. libro I.

Lib. I.

Cap. 12.

Epist. 10. lib. 3. epist. fam.

Deturbo, Exturbo, & Disturbo. CAP. LXXXIX.

Deturbare, est deorsum cum uiolentia deijcere. Vergil. –Puppi deturbat ab alta. Exturbare, è loco eundẽ in modum deijcere. Disturbare, dißipãdo, diruendoq; disijcere. Quintil. Non enim discussos alicuius operis angulos, aut disturbatos parietes obijcimus. Cicer. Vt dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbaturum publicè ex Senatus sentẽtia ædificatam domum.

Aeneid. 5.

Philipp. I.

De Admoueo, & Amoueo: Aduerto, & Auerto: Aduersus, & Auersus. CAP. XC.

Admoueo

ADmoueo manum, appono manum. Amoueo manum, remoueo manum. Aduerto oculos, mentem'ue: aliquò oculos, mentem'ue cōuerto. Auerto oculos, aut mentē: alicunde cōuerto oculos, aut mentē. Aduersus, oppositus, opposito pectore, atque obiecto. Auersus, terga ostendens. Vnde illud Tullianū aliquantò obscœnius, sed ad rem declarandā pertinēs: Et aduersus, & auersus impudicus es. Lib. 2. de Orat.

Consternere, & Consternari. CAP. XCI.

COnsternere est corporis: Consternari autem animi, quū mens turbata est, & de statu mota, & quasi humi strata. Ideoq; sæpe coniungi animum uidemus, ut consternatus animo. Sallustius tamē primo Historiarum inquit: Equi sine rectoribus exterriti, aut saucij consternantur. quum sit usitatius consternuntur.

Non placeo, Displiceo, & Placeo mihi. CAP. XCII.

NOn placeo mihi, & Displiceo mihi, ab illo, Placeo mihi diuersæ significationis sunt præter negationē. Nā ea prima aperti intellectus sunt, ut de Oratore Cicer. Lib. 2. Nunquā mihi minus, q̄ hesterno die placui. Et in Philipp. Philipp. 1. Cumq; de uia languerē, et mihimet displicerē. Tertiū est idē quod superbio dote aliqua, bono'ue, qd' mihi adsit, & glorior, & mihi eo nomine cōfido, plerūq; cū inferiorum contēptu. Quintil. Placeas licet tibi, opum tuarū fiducia diues, si mihi idē inuidere nō expedit, pares sumus. Penè in hūc sensum accipitur, Mirari se. Nā id efficere ī alterū, laudabile est. Vnde apud eundē de Socrate dicitur: Nam ideo dictus est εἴρων, id est agens imperitū, & admirator aliorū tanquā sapientū. De seipso crebrius in uitium est. Idem: Quòd se silentio parricida miraretur. Martialis: Lib. 13. epig. 2.

Ipse ego quàm dixi, quid dentem dente iuuabit
Rodere? carne opus est, si satur esse uelis.

Ne perdas operam, qui se mirantur, in illos
Virus habe, nos hæc nouimus esse nihil. Se mirantur dixit, quasi sibi placent, uel de se magnificè sentiunt.

Moror te, & Maneo te. CAP. XCIII.

MOror te, & Maneo te, à quibusdam exponuntur, pro expecto. Sed mea tamẽ sẽtẽtia, magis poëticè, Aeneid. 10. quàm oratoriè. Verg. Et tua progenies mortalia demoror arma. Terentius: Quem hîc manes? Oratores potius accipiunt, Moror te, pro retineo te, & in mora teneo. Ideoq; hæc duo uerba sæpe iunguntur, ut apud Quintil. Quid me adhuc pater detines? quid moraris abeuntem? Maneo pro eo, quod est, futurum est, ut ipse accipio, apud Aeneid. 6. ipsos interdum etiam poëtas. Verg. Te quoq; magna manent regnis penetralia nostris. Id est, tibi futura sunt. Ci- Philipp. 2. cero: Cuius quidem te fatum, sicut C. Curionem manet. hoc est, cuius fatum tibi futurum est, sicut fuit Curioni.

Conflaui, Cõtraxi, & Dissolui æs alienũ. CAP. XCIIII.

COnflaui æs alienum, & Contraxi æs alienum, idem est, quod factus sum debitor alienæ pecuniæ. Dissoluo æs alienum, id est, quod cõtraxeram æris alieni, restituo, ac pluribus soluo: uel quasi catena qua ligabar, me, soluenda pecunia, dissoluo. Quintil. Non ego æs alienum luxuria contraxi. Cic. patri persuasi, ut æs alienum filij dissolueret. Quibus exemplis plena sunt omnia.

Migro, Decedo, Discedo, & Recedo. CAP. XCV.

MIgro, Decedoq;, sic à Discedo, Recedoq; differũt, q; Migrare est domiciliũ mutare, et aliò se ad habitãdũ cõferre, relicta priore habitatiõe. Et est apud Iuriscõsultos titulus, De Migrãdo. Similia huic sunt, Emigrare, Demigrare, Cõmigrare. Remigrare autẽ, reuerti in pristinũ domicilium. Transmigrare, est in longinquioris loci

domic

domicilium, habitationem'ue migrare. Immigrare, *in domũ aliquam habitandi gratia ire.* Eapropter *homines, qui moriũtur, migrare dicũtur.* Sed *rectius cũ apposito, quàm sine apposito, ut multi faciunt, nesciẽtes* Ciceronẽ *cum apposito solere loqui, ut de* Republica *lib.* VI. *Antequam ex hac uita migro, cõspicio in meo regno, et his tectis* P. Corneliũ *Scipionẽ.* Et Quintil. *in* Corpore *proiecto: Seu quũ ad infernas sedes anima migrauit.* Etenim *qui moriuntur, tanquã domicilium corporis relinquẽtes, aliò ad habitandum (duntaxat anima) se transferũt.* Cõtraq; *nequaquam milites, quũ castra mouẽt, aut de statione, munitionibus'ue decedũt,* Migrare *dicuntur, utpote ubi domiciliũ non habuerũt, nec in domicilium se cõferũt.* Decedere *quãquàm accipiatur nonnunquã pro eo quod est discedere, aut recedere, tamẽ propriè est à mandato custodiæ suæ loco recedere.* Vnde *consules, proconsules, præsides, prætores dicũtur ex prouincia decedere.* Itẽ *præsidia de urbibus, atque castellis.* Sine *appositiõe intelligitur pro mori, quasi à custodia, & gubernatiõe corporis proficisci.* Cic. *de* Senect. Vetatq; Pythagoras *sine iussu imperatoris, i.* Dei, *de præsidio, & statione uitæ decedere.* Idẽ *de* Repub. Ideoq; *& tibi* Publi, *& cæteris omnibus retinẽdus est animus in custodia coporis, nec iussu eius, à quo ille est nobis datus, ex hominũ uita migrandũ est, ne munus humanũ aßignatum uobis à* Deo *defugisse uideamini.* Eo *igitur modo dicitur* Deceßit, *quo dicitur* Defunctus, *ut subintelligat* Vita. At *in* Excedo *addit* Vita, *nõ subĩtellgitur.* Idẽ *i* Anto. *In ipsa cura, & meditatione obeundi sui muneris, exceßit è uita.* Declam. 6.

Precor, & Imprecor. CAP. XCVI.

PRecari *quid significet certum est, quum merũ accusatiuum habet: adiuncto autẽ datiuo, idẽ est, quod im-*

precari,hoc est,optare alicui, Deos precãdo, *bonã fortunam,aut malã. Qui datiuus sæpe subintelligitur: ut apud* M. Tull. *in* Pisonẽ: *Vt omnes sui ciues salutẽ,incolumitatẽ,reditũ precẽtur,quod mihi accidit, an quod tibi proficiscenti euenit,ut oẽs execrarentur,male precarẽtur?* Et Declam.12. *Quintil.* Inde *fugientia uela longo uisu prosecuti,facilem emptionẽ,secũdos uentos,placidũ mare, nõ secus ac si ipsi* In præfa.li.1. *nauigaremus,precati sumus.Cũ datiuo,idẽ:* Sed *si tantopere efflagitantur,quàm tu affirmas,permittamus uela uentis,& oram soluentibus bene precemur.* De Imprecamur Declam.15. *uerò,hoc eiusdẽ sit exẽplũ:* Nõ *imprecamur debilitates, naufragia,morbos:pauper sit, & amet quãcunq; meretricẽ,et amare nõ desinat. Quod crebrius accipitur ĩ malũ.*

Habeo orationem,Facio sermonem. CAP. XCVII.

H*Abui orationẽ,nõ* Feci *orationẽ.*Feci *sermonem potius,quàm* Habui:*nonnunquã etiã* Habui. Cic.de Senect. *Cyrus quidem in eo sermone,quẽ moriẽs habuit,quũ admodum senex esset,negat se unquam sensisse senectutẽ suam imbecilliorem factam, quàm in adolescentia fuisset.*

Polliceri,Conuenire,& Audire habeo. CAP. XCVIII.

Epist. 5.lib.1. fam.epist. T*Antùm habeo polliceri,inquit* Cicer.*ad* Lentulũ.*Idẽ in* Catone Maiore: Neq; *eos solùm cõuenire habeo, quos uidi,sed etiã quos audiui, & legi.Idem de* Oratore: *Audire habeo,qd hic sentiat. Quod (ut ipse interpretor) idẽ est,quod pollicẽdũ,conueniendũ, audiendum est mihi. Quod probatur ex illo,licet diuerso loquẽdi modo, qualis apud Quintil. Adeò ludibrijs miseræ sum diuersitatis implicitus, ut impetrãdũ à uobis habeã odij mei fauorẽ,i.* Vt *impetrãdus mihi sit à uobis odij mei fauor. Quod licet cõmutare ĩ superiorẽ modũ:sic,* Vt *impetrare habeã odij mei fauorẽ: sicut contra illum in hunc:sic,* Tantùm *habeo pollicend*

pollicendum,neq; eos solùm conueniendos habeo,audiendam habeo huius sententiam. Vel Habeo pro uolo: ut non mirum sit,quare aliqui legant,aueo. Sed non rectè legere eos,ex illis Cæsaris Augusti uerbis ostenditur, quum dixit, Quid aliud habeo,quàm deos immortales precari?

Mereor bene uel male de te, Demereor, & Emereor. CAP. XCIX.

MEreor de te,est aliquid in te cōfero: si beneficij quidē,bene mereri de te dicor: sin autē offensionis,male de te mereri. Nonnunquā utrūq; reticemus, sed in ambiguū sensum: ut, Quid de te sum meritus? Nonnunquā per negationē: sic, homines nihil de me meriti, i. q nihil in me beneficij,aut officij contulerūt. Quibus exemplis omnes M. Tullij libri scatent. Demereor quoq; pro bene de aliquo mereor,accipitur,sed cū accusatiuo: ut Ouid. Heroid. In epi. Phyl. ad Demoph.

Dic mihi,quid feci,nisi non sapienter amaui?
Crimine te potui demeruisse meo.

Et Quintilianus: Simul ut pleniore obsequio demererer amātißimos mei. In procem. lib. 1. Instit. Emereor,idē penè est qđ mereor,præteritum eius Emeritus. Vnde Emeriti stipēdia,qui militia perfuncti sunt,nominātur. Et in significatione paßiua, Stipendia emerita,ut idem, Emeritis huic bello stipendijs. Et per translationem à Vergilio Emeriti boues dicuntur, & quædam alia: Emeriti autem senes solent habere eos, qui pro se laborēt, qui dicūtur ꝑ alio opus agere. Quintil. de apibus inquit: Habebam qui pro me opus agerent. Declam. 13.

Refero, & Fero. CAP. C.

REtulit Pompeius ad Senatū, id est, consuluit. In eadē tamen sententia Pōpeius ad populū tulit. Ex illo fit Senatusconsultū, ex hoc Rogatio, quæ instar est legis. Dicimus prætereà Refero tibi acceptū, ꝑ eo quod est, fateor

me hoc abs te accepisse: neq; id modò in bonam partē, uerum etiā in malam: ut pro Deiotaro Cicero, Vitam acce-
Philip. *ptam refert clemētiæ tuæ. Idē in Antonium: Omnia deniq; quæ posteà uidimus (quid autem mali non uidimus?) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Idem est, Fero tibi acceptū, siue pro eo quod est, Habeo pro recepto abs te, quod mihi debebas, etiam si solutio nulla intercesserit. Vnde fit Acceptilatio, quàm Iustinianus per interrogationem, & responsionem fieri uult. Retuli expensum, id est, rationem de impensis confeci, uel exhibui.*

Exhorreo, & Abhorreo. CAP. CI.

EXhorreo hanc rem, idem est quod expauesco. Abhorreo ab hac re, idem est quod perquàm alienus sum ab hac re. Hoc semper postulat huiusmodi ablatiuum: illud uerò nunquàm, sed accusatiuum.

Bene agi cum aliquo quid sit, & quid Actum esse. CAP. CII.

BEne mecū agitur, idē est, qđ in bona cōditione sum. Itē, Præclarè tecū agitur, Optimè cū illis agitur: melius cū hominibus ageretur, si paruo cōtēti essent. Ita, Ma-
De Amic. *le mecū agitur, & peius, incōmodius ue, & pessimè. Cic. Cum illo uerò quis neget actū esse præclarè, mecum incōmodius? Nonnunquàm actiuè. Valer. Max. lib. v. Bene egissent Athenienses cū Miltiade, si eū post trecēta millia Persarū in Marathone deuicta, in exiliū protinus misissent, ac nō in carcere, & uinculis mori coēgissent. Actum est, semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica, i. Respub. extincta, desperata, & perdita est.*

Salio, & Salto. CAP. CIII.

SAlio, unde Saltus, pro eo, qđ est saltū facio. Salto, tripudio: unde Saltatio. Interdū Salio ꝓ salto. Verg. II.

Georg.

Georg. *Mollibus in pratis unctos saliere per utres.* *Quid autem distent Saltus, & Saltatio, notũ est. Saltus enim est qualis ceruorum, leporumq;: Saltatio uerò, illa hominum iactatio, quam uulgò tripudium uocant. Et licet Salio pro Salto accipiatur, non tamẽ Saltus pro Saltatio, Saltatus'ue, quæ eiusdem significationis sunt. Liu. Ferre, ac per urbem ire cum tripudijs, solenniq; saltatu iußit.* Lib. 1. ab urb.


Abdico, & Exhæredo. CAP. CIIII.

A*Bdicare, est expellere à bonis filium, dum uiuit pater. Exhæredare uerò, post mortem. Sed Abdicare est grauius, quod etiam in se exhæredationem continet.*

QVINTI LIBRI FINIS.

LAVRENTII VAL- LAE IN ELEGANTIARVM

linguæ Latinæ Librum sextum, qui de Notis Autorum inscribitur, procemium.



VLPITIVS *ille Seruius, cuius quanta in iure ciuili fuerit autoritas, plurimorum monumẽta testantur, siue aliorũ exẽplo, siue priuato cõsilio fretus, nõ exstimauit turpe sibi ad famã fore, ut librũ de Notis Scæuolæ conscriberet, nõ modò antistitis in ea facultate, atq; omnium principis, uerùm etiã præceptoris sui. Cogitabat enim neq; id posse sibi uitio dari, qđ publicæ utilitatis causa susciperet, neq; iniuriã illi fieri, q reprehẽderetur, si modò ritè reprehẽdatur, qđ ĩ se fuisset ipse facturus, si errata sua animaduertisset. Probè itaq; Sulpi. et ĩgenuè, ac uerè Romanè. Quin ipse quoq; populus prudẽter, et grato inuicem*

uicem animo, qui factũ huius non reprehensione, sed laude dignũ & gloria putauit: nec minore uolumen hoc, quàm cætera, honore prosecutus est. Nã præcepta aliqua doctrinæ tradere, cuilibet mediocribus saltẽ literis imbuto, prõptum est. Errores *maximorũ uirorum deprehendere, id uerò cùm doctißimi hominis est, tũ opus utilißimũ, & quo nullũ dici poßit utilius. Quis enim dubitet, nõ minus agere, qui aurum, argentũ cæteraq́; metalla expurgat, quàm qui illa effodit? qui triticũ mũdat, quã qui metit? qui pinus, amygdala, cæterasq́; nuces seligit, quàm qui easdẽ legit? Ita eũ, qui emẽdat (nisi paucißima sunt, quæ emẽdat) non inferiorẽ existimare debemus, quàm ipsum illum inuẽtorẽ, nec minorẽ ab illo, quã ab hoc percipi fructũ. Insuperq́; non modò huic ex illius castigatione nullũ damnũ afferri, atq; iacturã, uerùm etiam pretium, ac dignitatẽ, perinde atq; auro, ac cæteris, quæ modò cõmemoraui, quantum corpori purgatio ipsa detrahit, tantùm residuo pretij (ut dixi) & dignitatis accrescit. Adeò plus utilitatis in parte est, quæ superat, quàm quæ fuerat in solido. Quare si quis apud inferos Scæuolæ de Sulpitij facto sensus fuit (quæ erat illi æquitas, & iustitiæ amor) ausim affirmare fuisse gauisum, secũq́; præclarè actũ esse dixisse, ꝙ suorũ librorum aurũ ab omni scoria esset, ac fæce cõpurgatũ: nihilq́; foret, per quod cõciues sui per eius scripta falli poßẽt. Neque immeritò Plinius Iunior ad amicũ ita scribit: Ita enim magis credã cætera tibi placere, si quædã displicuisse cognouero. Quomodo igitur nõ sit beneficiũ id offerre, qđ solet beneficij loco postulari? Quòd si hoc non præstatur aut iã defunctis, aut tale beneficiũ respuentib. profectò his præstatur, ad quos ex ipsa magnorũ autorum emẽdatione multa in primis utilitas puenit. Ideoq́; ab optimis qbusq; cuiuslibet*

Epist. 13. li. 3.

cuiuslibet artis professoribus preceptū est, ut eorū ipsorum, quos discentibus ad imitationē proponunt, etiam uitia (si qua fuerint) ostendant. Huiusmodi igitur ego & *exemplis, & rationibus adductus, faciendum mihi putaui, ut unum librum hunc de* Notis *scriptorum componerem, non quò illos carperē (nam prӕterquàm quòd hӕc inhumana uoluptas foret, certè & alibi maior mihi hӕc facultas daretur, & de hac ipsa re penè infiniti libri conscriberentur) sed quò prodessem aliquid linguam* Latinam *discere uolentibus non modò ex nostris prӕceptis, sed ex aliorum quoq; erratis ubi & de nostro nonnihil ad rei testificationē admiscebimus. Dedimus autem nostrorum librorum suam cuiq; materiā, ut si per se opus non multum sibi fauoris pararet, ipsa certè uarietas commendatione blandiretur: ex hoc prӕsertim uolumine, in quo & uniuersa, quӕ in superioribus singula cōtinentur, & de pluribus, prӕstantissimisq; autoribus pronuntiatur, iudiciūq; contra eos fit. Sumus autem ijdem simul & accusatores, & iudices, sed qui aliorum pariter accusationem, iudiciumq; subeamus, nisi legitimè & autoris, & iudicis fuerimus officio functi. Sed iam in forum descendamus.*

In Nonium Marcellum de Alumnus. CAP. I.



LVMNVS *cum significat,* Nonius Marcellus *inquit, & qui ab aliquo alitus est, & qui aliquē aluit. Cui in prima significatione suffragor, in secūda refragor.* Nec *illius exempla secū facere ostendā, sed mecū: quӕ sunt, tū* Ciceron. *in* Verrē: *Italia autem alumnū suum seruitutis extremo, summoq; supplicio fixū uideret. tum* Varronis: Et *ecce de improuiso ad nos accedit cana ueritas* Atticӕ *philosophiӕ alumna.* Quorum *exemplorū (salua* Nonij *pace) utrunq;* Var. Eudӕmonibus.

signific

significat educatũ, non educatorẽ. Nam Cicero quidẽ *Italiam quasi altricẽ, & illum ab ea alitũ dixit.* Varro uerò *nõ modo alio locutus est, quã* Quintil. *ubi ait: Verba oĩa, & uox eius alumna urbis esse solet, ut oratio Romana planè uideatur, nõ ciuitate donata. Vult enim uerba nostra, & uocẽ uideri debere natã, & alitã intra Romã, Varro inter Athenas, atque in sinu altricis philosophiæ. Adijcit etiã* Nonius *Alumnũ significare dominũ: ut apud Vergil.*

Aeneid. 12.
Corpus ubi exanimi positum Pallantis Acetes
Seruabat senior, qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit, sed non felicibus æquè
Tũ comes auspicijs, charo datus ibat alumno. Durè *nimis (ne dicã inerudite) uir sanè eruditus exposuit, quasi nesciamus non domini mortẽ à seruo, uel comite* Vergiliũ *fecisse deplorari, sed quod est plus, quã si uel* Euãder *ipse fuisset occisus, ac multò tristius ab altore, siue nutritio mortẽ eius quem aluerat, & quẽ loco filij habebat: qualis* Phœnix ille Homeric. *in* Achillẽ *fuit, quẽ quoniã educasset, filiũ semper appellat, pro alumno.* Et certè *armigeri magnorũ principũ semper & ipsi magni uiri fuerunt.* Siquidẽ *(ut taccã de* Phœnice, *qui bonæ parti* Myrmidonũ *imperabat)* Patroclus *auriga* Achillis, *princeps erat: &* Sthelenus Capanei *regis filius auriga* Diomedis, & Meriones *inter primos duces* Cretẽsiũ *auriga* Ilionei: & Hectori *aliquis fratrũ ferè aurigabatur currũ.* Talis *fuerat* Acetes Euandro. Ergo *non erat seruus, aut seruo similis apud* Euãdrũ, *multò minus apud filiũ, sed patri similis & pro patre, præsertim illo absente.* Duo autẽ *hæc noĩa, quæ ab eadẽ litera incipiũt,* Armiger, & Auspiciũ, *quæ apud* Vergiliũ *modò legimus, non nota omnibus, etiã explicemus.* Armiger *est, q in prælio gerit tela domini sui, ut scutum,*

tum,ut arcum,lanceã, & cætera huiusmodi. Imperiti, Ar*migerũ uocãt armatum equitẽ. Auspicium est uel à pastu auiũ,uel ab inspectione auiũ. Sed quia consul antè, quàm iret in expeditionem,capiebat auspiciũ: hinc factũ est, ut dicamus Auspicia ducũ,atq; principũ,quæ à solo duce capiuntur.*Et hinc *Auspicari non modò auspiciũ capere,sed etiã incipere:nec in bonã tantùm partẽ(quod frequentißimum est)uerùm in malam quoq;:ut apud* Plinium, *At homo infœliciter natus,manibus pedibusq; deuinctis, animal cæteris imperaturũ,à supplicijs uitã auspicatur. Nã quãdo nõ est uerbum,ferè in bonũ accipitur: ut apud* Terentium: *Haud auspicatò me huc appuli, id est,nõ fœliciter, quasi auspicijs repugnantibus. Quod declarat* Quintil. *de* Achille*(ut opinor)loquens,qui ad mortẽ,quam dij futuram denuntiauerant,cupiditate ulciscendi* Patrocli *ruebat.*Sic nanq; ait:E*ant nunc potẽtæ antiquarum fabularũ conditores, & se ad exhortandam amicitiæ fidem,magna quædam cõposuisse carminibus putent,si dixerint aliquos per maria, terrasq; asperiorem fortunã amicorũ tantùm secutos,aut principem* Græciæ *uirum in ultionẽ interfecti amici inauspicata bella geßisse.*Et alibi: I*taq; ut apud illos* Homerus,*sic apud nos* Vergilius *auspicatißimum dederit exordium. Auspex qui præerat nuptijs celebrãdis, quia* Auspicium *pro nuptijs capere solebat:ahibebaturq; hic pro parte mariti:ut* Pronuba,*quæ præest & ipsa nuptijs celebrandis,pro uxore:aliquãdo etiã magis propriè pro eo,qui dux militiæ est:ut primo carminum apud* Horat. *Nil desperandum* Teucro *duce, & auspice* Teucro.

In procemio lib.7. — In And. act. 4.scc.5. — Lib.10.cap.1. — Ode 7.

In eundem, de Citare. CAP. II.

C*Itare,idẽ inquit,pro laudare accipitur,ut* Cice. *Citeturq;* Salamis *clarißimæ testis uictoriæ.Nescio cur id* De Off.lib.1.

dixerit

dixerit: non enim tantus uir, tam parua nesciuit, nisi putet se acutiorẽ uisum iri, si clara faciat obscura. Citantur *testes, non laudantur.* Nam Salamis *(qui fuit locus uictoriæ* Themistoclis*) nihil laudis meretur, quippe qui nihil egit, sed testis fuit, quia interfuit, uel quia in ea posita sunt trophæa uictoriæ, quæ rẽ gestam testificantur transeuntibus.* Ergo *si testificari locus potest, potest meritò ut testis citari, non tamen tanquam uenturus, sed ad quem eant, qui testimonium desiderant.* Vel *citentur* Salaminij, *continens pro contento: uel citentur autores, & libri qui de hac Salaminæ uictoria meminerunt, testimoniumq; dicunt.*

In eundem, de Capio. CAP. III.

CApio secundum eundem in passiuo significat propitiationem, ut apud Lucretium:

Lib.2 *Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Act. 4. sce.2. *Capere, facere:* Terent. *in* And. *Nõ, si capiũdos mihi sciã esse inimicos omnes homines. Capere, perpeti:* Terent. *in*

Act.2. scen.4. Heaut. *Dum abs te absum, omnes fuere mihi labores, quos cepi, leues, Capere, tollere, tenere.* Verg. Georg. IIII.

Hic tibi nate prius uinclis capiũdus. Varro *in* Melea*gris: Quem idcirco terra nõ cepit, & cœlum nõ recepit.* Idem *in* Eumenidibus: *Stolam, calceosq; muliebres pro-*

Act.4. sce.1. *pter positos capio. Capere, eligere.* Terent. *in* Hecyra:

Lib.2. *Quũ illũ in generũ cepimus.* Vergil. *in* Georg. *Antè locũ*

Lib.3. *capies oculis.* M. Tul. *de* Offic. *Quòd insit aliqd probi, qd' capiat ignaros. Capere, delectare, sustinere, habere, decipere, circũuenire, occupare, detinere, satiare, accipere, cõplecti, ĩuenire: singulorũq; exẽpla subijcit, quæ ipse (ne lõgior essẽ) prætermisi.* In *qbus nõ est illius ꝓbabilis expositio.* Nã *qs credat autores uni dictioni tot significata, & quidẽ ꝑ se queq; noua dare uoluisse, tanquã linguã*

ipsam

ipsam cōfundere cuperēt? Cur igitur ita locuti sunt? Nēpe ꝙ nihil interest inter has significationes, Capio hostē, capio generū, capio saxū. Præterea duæ ꝓprietates in hoc uerbo notandæ sunt. Vna, ꝙ habet reciprocum quendam usum, ut idē sit, Cepi uoluptatē, & cepit me uoluptas. Cicero: Magnā cepi ex literis tuis uoluptatem. Quint. Nec me tanta capiebat uoluptas, quòd fluentia ceris mella conderem. Declam.3. *Plin. ad Caluisium lib. VIII. Capio aliquā uoluptatem, ꝙ ulla uoluptate non capiar. Cepi somnū, captus sum somno, uix dicitur: sed dici posset, ut oppressus, uidelicet qui opprimitur somno, capitur somno. Cepi delectationē, uix unꝗ Delectatio cepit me: sed ī paßiuo potius, Captus sum delectatione. Et itē in cæteris, quæ ad delectationem pertinēt. Captus sum amœnitate loci, dulcedine uocis, specie mulieris, amore pecuniarū, spe honorū, magnitudine sublimitateq; materiæ. Ista enim oīa delectāt, ideoq; subintelligi solet delectatio: quale ipsum illud M. T. Quòd insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. i. delectet.* De Offi li.1. *Ergo probitati inest delectatio, ut sit ita exponēdū: cuius probi delectatio capiat ignaros, siue ignari capiātur delectatione. Certè captus est, inquit Terent. Habet. subintellige amore, siue pulchritudine fœminæ. i. delectatione: nō autem (ut testatus sum) actiuè, cepi amorē. Nec longè ab hac ratione abest illud, Captus sum oculis, ꝑ orbatus sum oculis. Nec hoc unquam reperies, nisi in paßiuo, & nunquàm ferè nisi de oculis dici. Misericordia cepit Deos, nō dij misericordiā, dicim⁹. id est, nō delectatio, sed dolor illæ ex alieno malo. Et, Merita mea ceperūt Deos, ut ait Lucretius: q sermo rarus est, i. admiratio, uel delectatio, uel affectus eos cepit. Capio dolorē tamē potius, quàm, Cepit me dolor, dicimus. Nō quia non possumus etiā sic dicere,* In Andr. act. 1. scen. 1.

sed quia habemus alium in usu modũ magis propriũ, Tenet me dolor, sicut Tenet me desideriũ. Delectatio enim uidetur tantũ capere, nec diu permanere: dolor autem, et desiderium tenere, quasi permanẽdo. Item, Cepi indignationẽ: cepi, siue cõtraxi molestiã, potius, quàm, Cepit me indignatio, cepit me molestia, Contrà, cepit me tædiũ, cepit me obliuio, cepit me odiũ, potius, q̃ retrorsum. Verg.

Georg.4. *Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.*

In Eun. act.5 scen.6. *Terent. Neq; agri, neq; urbis odiũ me unquã* cepit. Cicero tamen, Quibus rebus tantũ odij, atq; inuidiæ cepit eloquentia, ut hoĩes ingeniosissimi quasi ex aliqua turbida tẽpestate in portũ, sic ex seditiosa, & tumultuosa uita se in studiũ aliquod traderent quietũ. Idem: Vt eos iustitiæ capiat obliuio. Plin. tamẽ li. VII. Natur. hist. ait: E prædalto tecto lapsus matris, & affiniũ, propinquorũq; cepit obliuionẽ. Altera proprietas, q capere significat uel spõte, uel nõ sponte accipere: Sumere tamen spõte: atq; hinc est illud, Cepi labores, cepi molestiã, cepi dolorẽ, cepi uel suscepi inimicitias, suscepi curas, suscepi sumptus: accepi calamitatẽ, accepi cladem, accepi damnũ, accepi iniuriã accepi contumeliã, accepi repulsam, accepi uulnus: quod nũquàm ferè aliter dicimus: non Sustinui, non Perpessus sum uulnus, sed ferè semper accepi, nisi more poëtico: ut apud Ouid. lib. II. Metam. - Nullam patiere repulsam. Cicero, In domũ multiplicatã honoris non solùm repulsam retulit, sed etiam ignominiã, & calamitatem: cùm dixit, nequaquã cõtra hoc, qđ præcipio facit. Nã sumo supplicium, sumo pœnã: nõ in me, sed à me, in alium infligi intelligitur. Ideoq; adiũgitur ablatiuus cum præpositione de. Cic. de illo paulò pòst suppliciũ sumitur. Quint. Vt nisi occurrisset ad diẽ, de eo qui restiterat, pœna sumeretur.*

*Alii præcipit legunt.

De Inuẽ. li. 1.

Offic. 1.

Cap. 37.

Offic. 3.

In argumen. Declam. 16.

Potest,

Poteſt tamen quis de ſe etiã ſumere ſuppliciũ, eruntq; tan quã duæ perſonæ, quæ agit, & quæ patitur. Porrò quia *ſumere eſt ultro, quaſi non ꝑmiſſu aliorũ capere, eò fit ut intelligatur pro nimiùm: & interdũ pro arroganter ſibi tribuere: ut Cic. de Offi. Orationẽ autem Latinã efficies* In proœ. lib. *profectò legendis noſtris pleniorẽ. Nec uerò arroganter hoc dictũ exiſtimari uelim. Nam philoſophãdi ſcientiam concedens multis (quod eſt oratoris propriũ) aptè, diſtinctè, ornateq; dicere: quoniã in eo ſtudio ætatẽ conſumpſimus, ſi id mihi aſſumo, uideor id meo iure quodammodo uẽdicare. Aſſumpſiſſe ſibi ait eã laudẽ, quæ niſi uera eſſet ac palã uera, ꝑpter rei magnitudinẽ, arrogãs uideretur.* Ergo *Aſſumere, eſt multum, et penè nimiũ ſibi tribuere.* Idẽ ꝑ Plãcio: *Quanquã nõ mihi tantũ ſumo iudices, neq; arrogo.* Inde *ineruditorũ uocabulũ* Præſumptuoſus. Deniq; *quodã loco* Vale. Max. *ita planè horũ uerborũ proprietatẽ diſtinxit, ut hãc differẽtiã penè præcipere uideatur, quũ de* Catone Cẽſorio *loquitur, qui enſem de medijs hoſtibus recepit: quãquã hoc aliqui filio Catonis tribuũt, inquiẽtes, ut nõ coactus acciperet, ſed ſua ſpõte ſumere uideretur. Quare ſi Latinè & nos loqui uolumus, dicamus dominũ* IESVM *carnẽ quidẽ humanã ſumpſiſſe, mortẽ uerò accepiſſe.* Meo iure, *quod modò apud Cice. legimus, ſi quis fortè deſiderat, exponamus.* Significat autẽ idẽ quodãmodo, *qđ mea autoritate, meaq; licẽtia, & cõceſſa mihi ab hominib⁹ libertate: ut idẽ ꝑ Archia: Quare ſuo iure noſter ille Ennius ſanctos appellat poëtas. Suo iure, inqt, ꝗ poëta erat, et ꝓbatiſſimus poëta. Idẽ eſt* Pro meo iure: *ut idem alibi,* Pro meo iure *hoc dico; uos eo me priuaſtis:* Ad Herẽniũ. *quaſi cõfidẽter dico. Eſt enim efficiẽs cã, nõ finalis: qualia cætera ſunt hoc mõ dicta,* Pro mea in uos beneuolentia,

pro uestra in me humanitate, pro tua mãsuetudine, ꝑ sua pietate: ubi efficiens (ut dixi) causa intelligitur, nõ finalis.

In eundem, de Contendere. CAP. IIII.

Aeneid. I. *COntẽdere, idẽ ait, est festinare; ut Verg. Quæ proxima littora cursu Contendunt petere. Contentio est perseuerantia, uel elatio.* M. T. *de Offi. lib. I.* Ex *contentione uocis, & submißione, et cæteris similibus facilè iudicabimus.* Sall. *Historiarum quarto:* R*ursus iumẽta nacti, ad oppidum ire contendunt. Cõtendere, cõtinuare.* Cic. *de* O*rat. secundo:* I*d quod eius scripta declarãt, & cõtentiones uocis, & remißiones cõtinuarẽtur.* E*t in tertio:* N*ihil perniciosius est, q̃ sine intermißione contentio.* P*ræterea ait, Cõtendere esse astringere, intorquere, cõparare, certare, extorquere, proripere, uel dirigere signum.* I*terũ ꝑ festinare, intendere.* S*ed neq; præcepta, neq; exẽpla satis distincta sunt.* Q*uid enim differt, Cõtẽtio est perseuerantia, & contendere est continuare?* Q*uũ præsertim eadem exẽpla utrobiq; subijcias.* Q*uid iterũ* V*ergilianum illud,* C*ontendunt petere?* E*t illud* S*allustianũ,* I*re contendunt?* Q*uæ duo idẽ declarant, quod tendunt, uel pergunt ire, siue petere.* I*am uerò apud* C*ic.* C*ontentio non est perseuerantia, neq; contendere cõtinuare, sed intentio, atq; intendere: indifferenter enim dicimus hoc loco cõtentio, & intentio, cõtendere, & intendere.* N*ã plurimi falluntur, accipientes* I*ntentionem pro uoluntate atq; proposito.* Lib. II. cap. 3. A*fferam ad hoc probandum ex* M. F*abio exemplũ, per quod & ipsa res, de qua agimus, probabitur:* N*eq; grauißimus autẽ in musica sonus, nec acutißimus orationibus cõuenit.* N*ã & hic parũ clarus, nimiumq; plenus, nullum afferre animis motũ potest, & ille prætenuis, & immodicæ claritatis, quũ est ultra neruũ, tum neq; pronuntiatione flecti, nec*

nec diutius ferre intentionē potest. Nā uox ut nerui, quò remißior, hòc grauior, et plenior: quò intētior, hòc tenuis et acuta magis est. Sic ima uim nō habet, summa rumpi periclitatur. Medijs ergo utēdū sonis. Hi quoq; quū augēda intentio est, excitandi: quū summittenda, sunt tēperandi. Manifestum ergo est, quid sit Intentio, cuius etiā similitudo neruorū manifestius docet, unde similitudo sumpta est. Nam ut neruus in cithara, aut neruus in arcu, quò magis intenditur, eò uehementiorē sonum, uel ictum efficit: quò magis relaxatur, eò remißiorem: ita & uox, quæ utique usum neruorū corporis exigit, quos uidere licet in acutißimè exclamātibus maximè intēdi, tanquā in cithara aut in arcu, siue cōtendi: quæ (ut dixi) idē sunt, atq; idē esse ex uerbis utriusq; autoris, quos nominauim⁹, liquet. Neq; uerò quisquam negauerit Contineter esse, quod cōtinue siue continuatè, quod Marcellus ait, sed à contineo uenit: Contentus uerò à Contendo, licet Contineo faciat cōtentum. Cæsar. li. 1. de bel. Gel. Proximique sunt Germāis, qui trans Rhenū incolūt, quibuscum continenter bellum gerunt.

In eundem, de Cursus. CAP. 5.

C*Vrsus, inquit, idē qđ uolatus: ut Verg. - Cursumq; per auras Dirigite in lucos. quasi non figuratè dicamus de uolatu cursum, et de cursu uolatū: ut ille apud Terent. festinatò seruē ire iubēs, inqt, Vola: pro eo quod est, curre.* Aeneid. 6. In Hecy. act. 3. scen. 4. *De nauigatiōe quoq; festina, dicim⁹ cursum: ut M. T. Nauesq; in cursu frumēto onustas petentes Rhodum uiderit.* De Off. lib. 3. *Et Quint. nauigationē dixit fugam, siue naues fugientes, quæ uelocē cursum cōficerent, quū inquit: Inde fugientia uela lōgo uisu prosecuti. Is enim q fugit, uelocißime currit.* Declam. 12. *Eoq; Verg. inquit, - Pedibus timor addidit alas. Idē quoq; Quint. inqt: Multa sunt & Græcè, & Latinè nō denominata. Nā & qui iaculū emittit, Iaculari dicitur: qui pilā, aut sudē, appellatione priuatim sibi aßignata caret. Et ut* Aeneid. 8. Lib. 8. cap. 2.

Lapidare, quid sit, manifestū est: ita glebarum, testarūq; iactus nō habet nomē. Vnde abusio, quæ κατάχρησις dicitur, necessaria est. Quare ad hanc Quint. formulam non aliter nauē uelociter eūtem, & auem uelociter uolantem currere dicimus, quā iaculari sudem. Illud autē apud oratores obseruaui, Volitare potius, q̄ Volare pro discurrere dici solere: ut apud eūdē: Me per omnia maria uolitantē. Et apud Cic. Qui per forū uolitant. Quale est Reptare. Nam cū Repere sit animaliū carentium pedibus, & uentre euntiū, licet quædā reptilia pedes habeāt, ut lacertæ: tamen Reptare hominem dicimus, qui segniter, lentè, & quasi testudineo passu incedit: quales sunt, qui in hortis, aut uinetis, similibusq; locis spatiantur. Horatius:

Epist.4.lib.1. An tacitū syluas inter reptare salubres. Plin. ad Bebiū:

Epi.ult.lib.1. Scholasticis porrò dominis, ut hic est, sufficit abundè tantum soli, ut releuare caput, reficere oculos, reptare p limitem, unā semitā terere, omnesq; uiticulas suas nosse, & numerare arbusculas poßint. Idē: Frequentior currentibus,

Act.4.sce.6. quàm reptantibus lapsus est. Terent. in Adel. Perreptaui usq; omne oppidum, ad portam, ad lacum, Quò non?

In eundem, de Carpere. CAP. VI.

Georg.1. Carpere, inquit, pro attenuare, & aperire. Verg. Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ.

Hoc ne puellæ quidē ipsæ dicerēt. Nā ut carpimus linum uirens ex humo, quū uellimus: ita puellæ sinistra manu de colo pēsum trahētes, sensimq; uellentes carpūt. Et ut decerpimus rosam primis digitis, sic puellæ primis et ipsæ digitis decerpūt particulatim linum, lanam'ue. Iterum car-

Georg.3. pere, celeriter præterire: ut Verg. - Et acri Carpere prata fuga. Et in eodē: Carpere mox gyrum incipiat. Quasi in primo non celeritas illa magis intelligatur per hoc, quod

quod dixit Fuga, qui est celer cursus, quàm per illud, Carpere. et in secūdo significetur uelociter præterire. Aliud nanq; est Ire in gyrum, aliud Præterire, quod de equo, & sessore utrunque poëticè dictum est.

In eundem, de Accipere. CAP. VII.

Accipere pro pascere, idem inquit Terēt. Accipit homo nemo melius prorsus, atq; prolixius. Et hunc imitatus Seruius in Vergilium: In Eun. act. 3 scen. 9.

Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius profectò, & lautius loqui poterāt. Pecora gregatim, altiliaq; dicūtur pasci, nō homines. Nos enim quoties accipimur, siue excipimur in cōuiuiū, nō ad saginā, sed ad iucūditatē illā, atq; apparatū inuitamur, ut minima pars cibis aßignetur. Vnde Cōuiuere dicimur eo tēpore, nō Comessari, aut Cōpotare, aut (qđ deformius est) Cōpascere, siue Compasci. Siquidē Terēt. de Thrasone, nō tanquā de saginatore locutus est, sed tanquā de splendido apparatore conuiuiorū. Et Verg. Helenū regem uult regiam quandam magnificētiam in exhibēdo cōuiuio declarasse, non solùm (ut ita loquar) pastionē, & (ut dixi) saginā. Fateor tamē Accipere, nōnunquā significare in domum suam, honoris, & amicitiæ gratia aliquē conuiuā capere: ita tamē ut subintelligatur in cōuiuiū: ut, Acceptus sum à te lautè id est, acceptus sum in cōuiuiū: uel tractatus. Nā frequenter in cōtrariū dici reperimus: Indignis cùm egomet sim acceptus modis: hoc apud Terent. Et apud Cicer. Ex quo illud laudatur Archytæ, qui cū uillico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, ni iratus essem? Aeneid. 7. In Adel. act. 2. scen. 1. Cicer. libr. 4. Tusc. quæst.

In eundem, de Graue. CAP. VIII.

GRaue, inquit, significat grauidum. -Ver. Donec regina sacerdos Marte grauis. Circūlocutio fecit, ut Aeneid. 1.

me hoc abs te accepisse: neq; id modò in bonam partẽ, uerum etiã in malam: ut pro Deiotaro Cicero, Vitam acceptam refert clemẽtiæ tuæ. Idẽ in Antonium: Omnia deniq; quæ posteà uidimus (quid autem mali non uidimus?) si rectè ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Idem est, Fero tibi acceptũ, siue pro eo quod est, Habeo pro recepto abs te, quod mihi debebas, etiam si solutio nulla intercesserit. Vnde fit Acceptilatio, quàm Iustinianus per interrogationem, & responsionem fieri uult. Retuli expensum, id est, rationem de impensis confeci, uel exhibui.

Philip.

Exhorreo, & Abhorreo. CAP. CI.

EXhorreo hanc rem, idem est quod expauesco. Abhorreo ab hac re, idem est quod perquàm alienus sum ab hac re. Hoc semper postulat huiusmodi ablatiuum: illud uerò nunquàm, sed accusatiuum.

Bene agi cum aliquo quid sit, & quid Actum esse. CAP. CII.

BEne mecũ agitur, idẽ est, qđ in bona cõditione sum. Itẽ, Præclarè tecũ agitur, Optimè cũ illis agitur: melius cũ hominibus ageretur, si paruo cõtẽti essent. Ita, Male mecũ agitur, & peius, incõmodius'ue, & pessimè. Cic. Cum illo uerò quis neget actũ esse præclarè, mecum incõmodius? Nonnunquàm actiuè. Valer. Max. lib. v. Bene egissent Athenienses cũ Miltiade, si eũ post trecẽta millia Persarũ in Marathone deuicta, in exiliũ protinus misissent, ac nõ in carcere, & uinculis mori coëgissent. Actum est, semper in malam partem accipitur: ut, Actum est de Republica, i. Respub. extincta, desperata, & perdita est.

De Amic.

Salio, & Salto. CAP. CIII.

SAlio, unde Saltus, pro eo, qđ est saltũ facio. Salto, tripudio: unde Saltatio. Interdũ Salio ꝓ salto. Verg. II. Georg.

Georg. *Mollibus in pratis unctos salire per utres.*
Quid autem distent Saltus, & Saltatio, notū est. Saltus enim est qualis ceruorum, leporumq́;: Saltatio uerò, illa hominum iactatio, quam uulgò tripudium uocant. Et licet Salio pro Salto accipiatur, non tamē Saltus pro Saltatio, Saltatus'ue, quæ eiusdem significationis sunt. Liu. Ferre, ac per urbem ire cum tripudijs, solenniq́; saltatu iußit. Lib.1, ab urb.


Abdico, & Exhæredo. CAP. CIIII.

ABdicare, est expellere à bonis filium, dum uiuit pater. Exhæredare uerò, post mortem. Sed Abdicare est grauius, quod etiam in se exhæredationem continet.

QVINTI LIBRI FINIS.

LAVRENTII VAL-LAE IN ELEGANTIARVM

linguæ Latinæ Librum sextum, qui de Notis Autorum inscribitur, procemium.



VLPITIVS *ille Seruius, cuius quanta in iure ciuili fuerit autoritas, plurimorum monumēta testantur, siue aliorū exēplo, siue priuato cōsilio fretus, nō exstimauit turpe sibi ad famā fore, ut librū de Notis Scæuolæ conscriberet, nō modò antistitis in ea facultate, atq; omnium principis, uerùm etiā præceptoris sui. Cogitabat enim neq; id posse sibi uitio dari, qd' publicæ utilitatis causa susciperet, neq; iniuriā illi fieri, q reprehēderetur, si modò ritè reprehēdatur, qd' ī se fuisset ipse facturus, si errata sua animaduertisset. Probè itaq; Sulpi. et īgenuè, ac uerè Romanè. Quin ipse quoq; populus prudēter, et grato inuicem*

uicem animo, qui factũ huius non reprehensione, sed laude dignũ & gloria putauit: nec minore uolumen hoc, quàm cætera, honore prosecutus est. Nã præcepta aliqua doctrinæ tradere, cuilibet mediocribus saltẽ literis imbuto, prõptum est. Errores maximorũ uirorum deprehendere, id uerò cùm doctißimi hominis est, tũ opus utilißimũ, & quo nullũ dici poßit utilius. Quis enim dubitet, nõ minus agere, qui aurum, argentũ cæteraq́; metalla expurgat, quàm qui illa effodit? qui triticũ mũdat, quã qui metit? qui pinus, amygdala, cæterasq́; nuces seligit, quàm qui easdẽ legit? Ita eũ, qui emẽdat (nisi paucißima sunt, quæ emẽdat) non inferiorẽ existimare debemus, quàm ipsum illum inuẽtorẽ, nec minorẽ ab illo, quã ab hoc percipi fructũ. Insuperq́; non modò huic ex illius castigatione nullũ damnũ afferri, atq; iacturã, uerùm etiam pretium, ac dignitatẽ, perinde atq; auro, ac cæteris, quæ modò cõmemoraui, quantum corpori purgatio ipsa detrahit, tantùm residuo pretij (ut dixi) & dignitatis accrescit. Adeò plus utilitatis in parte est, quæ superat, quàm quæ fuerat in solido. Quare si quis apud inferos Scæuolæ de Sulpitij facto sensus fuit (quæ erat illi æquitas, & iustitiæ amor) ausim affirmare fuisse gauisum, secũq́; præclarè actũ esse dixisse, ꝙ suorũ librorum aurũ ab omni scoria esset, ac fæce cõpurgatũ: nihilq́; foret, per quod cõciues sui per eius scripta falli poßẽt. Neque immeritò Plinius Iunior ad amicũ ita scribit: Ita enim magis credã cætera tibi placere, si quædã displicuisse cognouero. Quomodo igitur nõ sit beneficiũ id offerre, qđ solet beneficij loco postulari? Quòd si hoc non præstatur aut iã defunctis, aut tale beneficiũ respuentib. profectò his præstatur, ad quos ex ipsa magnorũ autorum emẽdatione multa in primis utilitas puenit. Ideoq́; ab optimis qbusq́; cuiuslibet

Epist. 13. li. 3.

cuiuslibet artis professoribus præceptũ est, ut eorũ ipsorum, quos discentibus ad imitationẽ proponunt, etiam uitia (si qua fuerint) ostendant. Huiusmodi igitur ego *&* *exemplis, & rationibus adductus, faciendum mihi putaui, ut unum librum hunc de* Notis *scriptorum componerem, non quò illos carperẽ (nam præterquàm quòd hæc inhumana uoluptas foret, certè & alibi maior mihi hæc facultas daretur, & de hac ipsa re penè infiniti libri conscriberentur) sed quò prodessem aliquid linguam* Latinam *discere uolentibus non modò ex nostris præceptis, sed ex aliorum quoq; erratis ubi & de nostro nonnihil ad rei testificationẽ admiscebimus. Dedimus autem nostrorum librorum suam cuiq; materiã, ut si per se opus non multum sibi fauoris pararet, ipsa certè uarietas commendatione blandiretur: ex hoc præsertim uolumine, in quo & uniuersa, quæ in superioribus singula cõtinentur, & de pluribus, præstantißimisq; autoribus pronuntiatur, iudiciũq; contra eos fit.* Sumus *autem ijdem simul & accusatores, & iudices, sed qui aliorum pariter accusationem, iudiciumq; subeamus, nisi legitimè & autoris, & iudicis fuerimus officio functi.* Sed *iam in forum descendamus.*

In Nonium Marcellum de Alumnus. CAP. I.



LVMNVS *eum significat,* Nonius Marcellus *inquit, & qui ab aliquo alitus est, & qui aliquẽ aluit.* Cui *in prima significatione suffragor, in secũda refragor.* Nec *illius exempla secũ facere ostendã, sed mecũ: quæ sunt, tũ* Ciceron. *in* Verrẽ: *Italia autem alumnũ suum seruitutis extremo, summoq; supplicio fixũ uideret. tum* Varronis: *Et ecce de improuiso ad nos accedit cana ueritas Atticæ philosophiæ alumna.* Quorum *exemplorũ (salua* Nonij *pace) utrunq;* Var. Eudæmonibus.

signific

significat educatũ,non educatorẽ. Nam Cicero *quidẽ Italiam quasi altricẽ,& illum ab ea alitũ dixit.* Varro *uerò nõ modo alio locutus est,quã* Quintil.*ubi ait:* Verba *oĩa, & uox eius alumna urbis esse solet,ut oratio* Romana *plane uideatur,nõ ciuitate donata.* Vult *enim uerba nostra, & uocẽ uideri debere natã,& alitã intra* Romã, Varro *inter* Athenas,*atque in sinu altricis philosophiæ.* Adijcit *etiã* Nonius *Alumnũ significare dominũ:ut apud* Vergil.

Aeneid.12. *Corpus ubi exanimi positum* Pallantis Acetes
Seruabat senior,qui Parrhasio Euandro
Armiger antè fuit,sed non felicibus æquè
Tũ comes auspicijs,charo datus ibat alumno. Durè *nimis (ne dicã inerudite) uir sanè eruditus exposuit, quasi nesciamus non domini mortẽ à seruo,uel comite* Vergiliũ *fecisse deplorari,sed quod est plus,quã si uel* Euãder *ipse fuisset occisus, ac multò tristius ab altore, siue nutritio mortẽ eius quem aluerat, & quẽ loco filij habebat:qualis* Phœnix *ille* Homeric. *in* Achillẽ *fuit,quẽ quoniã educasset,filiũ semper appellat, pro alumno.* Et *certè armigeri magnorũ principũ semper & ipsi magni uiri fuerunt.* Siquidẽ *(ut taceã de* Phœnice, *qui bonæ parti* Myrmidonũ *imperabat)* Patroclus *auriga* Achillis, *princeps erat:&* Sthelenus Capanei *regis filius auriga* Diomedis,& Meriones *inter primos duces* Cretẽsiũ *auriga* Ilionei:& Hectori *aliquis fratrũ ferè aurigabatur currũ.* Talis *fuerat* Acetes Euandro. Ergo *non erat seruus,aut seruo similis apud* Euãdrũ,*multò minus apud filiũ,sed patri similis & pro patre,præsertim illo absente.* Duo *autẽ hæc noĩa,quæ ab eadẽ litera incipiũt,* Armiger,& Auspiciũ,*quæ apud* Vergiliũ *modò legimus, non nota omnibus, etiã explicemus.* Armiger *est,q in prælio gerit tela domini sui,ut scutum,*

tum, ut arcum, lanceã, & cætera huiusmodi. Imperiti, Armigerũ uocãt armatum equitẽ. Auspicium est uel à pastu auiũ, uel ab inspectione auiũ. Sed quia consul antè, quàm iret in expeditionem, capiebat auspiciũ: hinc factũ est, ut dicamus Auspicia ducũ, atq; principũ, quæ à solo duce capiuntur. Et hinc Auspicari non modò auspiciũ capere, sed etiã incipere: nec in bonã tantùm partẽ (quod frequentissimum est) uerùm in malam quoq;: ut apud Plinium, At homo infeliciter natus, manibus pedibusq; deuinctis, animal cæteris imperaturũ, à supplicijs uitã auspicatur. Nã quãdo nõ est uerbum, ferè in bonũ accipitur: ut apud Terentium: Haud auspicatò me huc appuli, id est, nõ feliciter, quasi auspicijs repugnantibus. Quod declarat Quintil. de Achille (ut opinor) loquens, qui ad mortẽ, quam dij futuram denuntiauerant, cupiditate ulciscendi Patrocli ruebat. Sic nanq; ait: Eant nunc potẽtæ antiquarum fabularũ conditores, & se ad exhortandam amicitiæ fidem, magna quædam cõposuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per maria, terrasq; asperiorem fortunã amicorũ tantùm secutos, aut principem Græciæ uirum in ultionẽ interfecti amici inauspicata bella gessisse. Et alibi: Itaq; ut apud illos Homerus, sic apud nos Vergilius auspicatissimum dederit exordium. Auspex qui præerat nuptijs celebrãdis, quia Auspicium pro nuptijs capere solebat: adhibebaturq; hic pro parte mariti: ut Pronuba, quæ præest & ipsa nuptijs celebrandis, pro uxore: aliquãdo etiã magis propriè pro eo, qui dux militiæ est: ut primo carminum apud Horat. Nil desperandum Teucro duce, & auspice Teucro.

In procemio lib. 7.

In And. act. 4. sce. 5.

Lib. 10. cap. 1.

Ode 7.

In eundem, de Citare. CAP. II.

Citare, idẽ inquit, pro laudare accipitur, ut Cice. Citeturq; Salamis clarissimæ testis uictoriæ. Nescio cur id

De Off. lib. 1.

dixerit

dixerit: non enim tantus uir, tam parua nesciuit, nisi putet se acutiorē uisum iri, si clara faciat obscura. Citantur testes, non laudantur. Nam Salamis (qui fuit locus uictoriæ Themistoclis) nihil laudis meretur, quippe qui nihil egit, sed testis fuit, quia interfuit, uel quia in ea posita sunt trophæa uictoriæ, quæ rē gestam testificantur transeuntibus. Ergo si testificari locus potest, potest meritò ut testis citari, non tamen tanquam uenturus, sed ad quem eant, qui testimonium desiderant. Vel citentur Salaminij, continens pro contento: uel citentur autores, & libri qui de hac Salaminæ uictoria meminerunt, testimoniumq; dicunt.

In eundem, de Capio. CAP. III.

CApio secundum eundem in paßiuo significat propitiationem, ut apud Lucretium:

Lib.2 Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Act. 4. sce.2. Capere, facere: Terent. in And. Nō, si capiūdos mihi sciā esse inimicos omnes homines. Capere, perpeti: Terent. in

Act.2. scen.4. Heaut. Dum abs te absum, omnes fuere mihi labores, quos cepi, leues, Capere, tollere, tenere. Verg. Georg. IIII.

Hic tibi nate prius uinclis capiūdus. Varro in Meleagris: Quem idcirco terra nō cepit, & cœlum nō recepit. Idem in Eumenidibus: Stolam, calceosq; muliebres pro-

Act.4. sce.1. pter positos capio. Capere, eligere. Terent. in Hecyra:

Lib.2. Quū illū in generū cepimus. Vergil. in Georg. Antè locū

Lib.3. capies oculis. M. Tul. de Offic. Quòd insit aliqd probi, qd' capiat ignaros. Capere, delectare, sustinere, habere, decipere, circūuenire, occupare, detinere, satiare, accipere, cōplecti, īuenire: singulorūq; exēpla subijcit, quæ ipse (ne lōgior eßē) prætermisi. In qbus nō est illius ꝓbabilis expositio. Nā qs credat autores uni dictioni tot significata, & quidē ꝓ se quēq; noua dare uoluisse, tanquā linguā

ipsam

ipsam cōfundere cuperēt? Cur igitur ita locuti sunt? Nēpe ꝙ *nihil interest inter has significationes, Capio hostē, capio generū, capio saxū. Præterea duæ ꝓprietates in hoc uerbo notandæ sunt. Vna,* ꝙ *habet reciprocum quendam usum, ut idē sit, Cepi uoluptatē, & cepit me uoluptas. Cicero: Magnā cepi ex literis tuis uoluptatem. Quint. Nec me tanta capiebat uoluptas, quòd fluentia ceris mella conderem. Plin. ad Caluisium lib. VIII. Capio aliquā uoluptatem,* ꝙ *ulla uoluptate non capiar. Cepi somnū, captus sum somno, uix dicitur: sed dici posset, ut oppressus, uidelicet qui opprimitur somno, capitur somno. Cepi delectationē, uix unq̄ Delectatio cepit me: sed ī paßiuo potius, Captus sum delectatione. Et itē in cæteris, quæ ad delectationem pertinēt. Captus sum amœnitate loci, dulcedine uocis, specie mulieris, amore pecuniarū, spe honorū, magnitudine sublimitateq́; materiæ. Ista enim oīa delectāt, ideoq́; subintelligi solet delectatio: quale ipsum illud M. T. Quòd insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. i. delectet. Ergo probitati inest delectatio, ut sit ita exponēdū: cuius probi delectatio capiat ignaros, siue ignari capiātur delectatione. Certè captus est, inquit Terent. Habet. subintellige amore, siue pulchritudine fœminæ. i. delectatione: nō autem (ut testatus sum) actiuè, cepi amorē. Nec longè ab hac ratione abest illud, Captus sum oculis, ꝓ orbatus sum oculis. Nec hoc unquam reperies, nisi in paßiuo, & nunquàm ferè nisi de oculis dici. Misericordia cepit Deos, nō dij misericordiā, dicim⁹. id est, nō delectatio, sed dolor ille ex alieno malo. Et, Merita mea ceperūt Deos, ut ait Lucretius: q̄ sermo rarus est, i. admiratio, uel delectatio, uel affectus eos cepit. Capio dolorē tamē potius, quàm, Cepit me dolor, dicimus. Nō quia non possumus etiā sic dicere,*

Declam. 3.

De Offi li. 1.

In Andr. act. 1. scen. 1.

D *sed*

sed quia habemus alium in usu modũ magis propriũ, Tenet me dolor, sicut Tenet me desideriũ. Delectatio enim uidetur tantũ capere, nec diu permanere: dolor autem, et desiderium tenere, quasi permanẽdo. Item, Cepi indignatione: cepi, siue cõtraxi molestiã, potius, quàm, Cepit me indignatio, cepit me molestia, Contrà, cepit me tædiũ, cepit me obliuio, cepit me odiũ, potius, q̃ retrorsum. Verg.

Georg.4. *Tanta meæ si te ceperunt tædia laudis.*

In Eun. act.5 scen.6. Terent. *Neq; agri, neq; urbis odiũ me unquã* *cepit.* Cicero tamen, *Quibus rebus tantũ odij, atq; inuidiæ cepit eloquentia, ut hoĩes ingeniosissimi quasi ex aliqua turbida tẽpestate in portũ, sic ex seditiosa, & tumultuosa uita se in studiũ aliquod traderent quietũ.* Idem: *Vt eos iustitiæ capiat obliuio.* Plin. tamẽ li. VII. Natur. hist. ait: *E` prealto tecto lapsus matris, & affiniũ, propinquorũq; cepit obliuionẽ.* Altera proprietas, q, capere significat uel spõte, uel nõ sponte accipere: Sumere tamen spõte: atq; hinc est illud, *Cepi labores, cepi molestiã, cepi dolorẽ, cepi uel suscepi inimicitias, suscepi curas, suscepi sumptus: accepi calamitatẽ, accepi cladem, accepi damnũ, accepi iniuriã accepi contumeliã, accepi repulsam, accepi uulnus:* quod nũquàm ferè aliter dicimus: non Sustinui, non Perpessus sum uulnus, sed ferè semper accepi, nisi more poëtico: ut apud Ouid. lib. II. Metam. *Nullam patiere repulsam.* Cicero, *In domũ multiplicatã honoris non solùm repulsam retulit, sed etiam ignominiã, & calamitatem:* cùm dixit, *nequaquã cõtra hoc, q̃d præcipio facit. Nã sumo supplicium, sumo pœnã:* nõ in me, sed à me, in alium infligi intelligitur. Ideoq; adiũgitur ablatiuus cum præpositione de. Cic. *de illo paulò pòst suppliciũ sumitur.* Quint. *Vt nisi occurrisset ad diẽ, de eo qui restiterat, pœna sumeretur.*

Margin notes: *Alii præcipit legunt. — De Inuẽ. li. 1. — Offic. 1. — Cap. 37. — Offic. 3. — In argumen. Declam. 16.

Potest,

Potest tamen quis de se etiã sumere suppliciũ, eruntq; tan quã duæ personæ, quæ agit, & quæ patitur. Porrò quia *sumere est ultro, quasi non pmissu aliorũ capere, eò fit ut intelligatur pro nimiùm: & interdũ pro arroganter sibi tribuere: ut Cic. de Offi. Orationẽ autem Latinã efficies profectò legendis nostris pleniorẽ. Nec uerò arroganter hoc dictũ existimari uelim. Nam philosophãdi scientiam concedens multis (quod est oratoris propriũ) aptè, distin ctè, ornateq; dicere: quoniã in eo studio ætatẽ consumpsimus, si id mihi assumo, uideor id meo iure quodammodo uẽdicare. Assumpsisse sibi ait eã laudẽ, quæ nisi uera esset ac palã uera, ppter rei magnitudinẽ, arrogãs uideretur.* In proœ. lib. Ergo *Assumere, est multum, et penè nimiũ sibi tribuere.* Idẽ p Plãcio: *Quanquã nõ mihi tantũ sumo iudices, neq; arrogo.* Inde *ineruditorũ uocabulũ* Præsumptuosus. Deniq; *quodã loco* Vale. Max. *ita planè horũ uerborũ proprietatẽ distinxit, ut hãc differẽtiã penè præcipere uideatur, quũ de* Catone Cẽsorio *loquitur, qui ensem de medijs hostibus recepit: quãquã hoc aliqui filio Catonis tribuũt, inquiẽtes, ut nõ coactus acciperet, sed sua spõte sumere ui deretur. Quare si Latinè & nos loqui uolumus, dicamus dominũ* IESVM *carnẽ quidẽ humanã sumpsisse, mortẽ uerò accepisse.* Meo iure, *quod modò apud* Cice. *legimus, si quis fortè desiderat, exponamus.* Significat autẽ idẽ quo*dãmodo, qđ mea autoritate, meaq; licẽtia, & cõcessa mihi ab hominib9 libertate: ut idẽ p* Archia: *Quare suo iure noster ille* Ennius *sanctos appellat poëtas. Suo iure, inqt, q poëta erat, et pbatißimus poëta. Idẽ est* Pro meo iure: *ut idem alibi,* Pro meo iure hoc dico, *uos eo me priuastis: quasi cõfidẽter dico. Estenim efficiẽs cã, nõ finalis: qualia cætera sunt hoc mõ dicta,* Pro mea in uos beneuolentia, Ad Herẽniũ.

pro uestra in me humanitate, pro tua mãsuetudine, ꝑ sua pietate: ubi efficiens (ut dixi) causa intelligitur, nõ finalis.

In eundem, de Contendere. CAP. IIII.

Aeneid. I. *COntẽdere, idẽ ait, est festinare; ut* Verg. *Quæ proxima littora cursu Contendunt petere. Contentio est perseuerantia, uel elatio.* M. T. *de Offi. lib. I.* Ex con*tentione uocis, & submißione, et cæteris similibus facilè iudicabimus.* Sall. *Historiarum quarto; Rursus iumẽta nacti, ad oppidum ire contendunt.* Cõtendere, cõtinuare. Cic. de Orat. *secundo:* Id *quod eius scripta declarãt, & cõtentiones uocis, & remißiones cõtinuarẽtur.* Et *in tertio;* Nihil *perniciosius est, q̃ sine intermißione contentio.* Prætereà *ait, Cõtendere esse astringere, intorquere, cõparare, certare, extorquere, proripere, uel dirigere signum.* Iterũ ꝑ *festinare, intendere.* Sed *neq; præcepta, neq; exẽpla satis distincta sunt.* Quid *enim differt, Cõtẽtio est perseuerantia, & contendere est continuare?* Quũ *præsertim eadem exẽpla utrobiq; subijcias.* Quid *iterũ* Vergilianum *illud; Contendunt petere?* Et *illud* Sallustianũ, Ire *contendunt?* Quæ *duo idẽ declarant, quod tendunt, uel pergunt ire, siue petere.* Iam *uerò apud* Cic. *Contentio non est perseuerantia, neq; contendere cõtinuare, sed intentio, atq; intendere: indifferenter enim dicimus hoc loco cõtentio, & intentio, cõtendere, & intendere.* Nã *plurimi falluntur, ac-*

Lib. II. cap. 3. *cipientes* Intentionem *pro uoluntate atq; proposito.* Afferam *ad hoc probandum ex* M. Fabio *exemplũ, per quod & ipsa res, de qua agimus, probabitur:* Neq; *grauißimus autẽ in musica sonus, nec acutißimus orationibus cõuenit.* Nã *& hic parũ clarus, nimiumq; plenus, nullum afferre animis motũ potest, & ille prætenuis, & immodicæ claritatis, quũ est ultra neruũ, tum neq; pronuntiatione flecti,*

nec

nec diutius ferre intentionē poteſt. Nā uox ut nerui, quò remiſsior, hòc grauior, et plenior: quò intētior, hòc tenuis et acuta magis eſt. Sic ima uim nō habet, ſumma rumpi periclitatur. Medijs ergo utēdū ſonis. Hi quoq; quū augēda intentio eſt, excitandi: quū ſummittenda, ſunt tēperandi. Manifeſtum ergo eſt, quid ſit Intentio, cuius etiā ſimilitudo neruorū manifeſtius docet, unde ſimilitudo ſumpta eſt. Nam ut neruus in cithara, aut neruus in arcu, quò magis intenditur, eò uehementiorē ſonum, uel ictum efficit: quò magis relaxatur, eò remiſsiorem: ita & uox, quæ utique uſum neruorū corporis exigit, quos uidere licet in acutiſſimè exclamātibus maximè intēdi, tanquā in cithara aut in arcu, ſiue cōtendi: quæ (ut dixi) idē ſunt, atq; idē eſſe ex uerbis utriuſq; autoris, quos nominauim⁹, liquet. Neq; uerò quiſquam negauerit Continēter eſſe, quod cōtinue ſiue continuatè, quod Marcellus ait, ſed à contineo uenit: Contentus uerò à Contendo, licet Contineo faciat cōtentum. Cæſar. li. 1. de bel. Gal. Proximique ſunt Germāis, qui trans Rhenū incolūt, quibuſcum continenter bellum gerunt.

In eundem, de Curſus. CAP. 5.

CVrſus, inquit, idē qđ uolatus: ut Verg. Curſumq; per auras Dirigite in lucos. quaſi non figuratè dicamus de uolatu curſum, et de curſu uolatū: ut ille apud Terent. feſtinatò ſeruē ire iubēs, inqt, Vola: pro eo quod eſt, curre. De nauigatiōe quoq; feſtina, dicim⁹ curſum: ut M. T. Naueſq; in curſu frumēto onuſtas petentes Rhodum uiderit. Et Quint. nauigationē dixit fugam, ſiue naues fugientes, quæ uelocē curſum cōficerent, quū inquit: Inde fugientia uela lōgo uiſu proſecuti. Is enim q fugit, uelociſsime currit. Eoq; Verg. inquit, Pedibus timor addidit alas. Idē quoq; Quint. inqt: Multa ſunt & Græcè, & Latinè nō denominata. Nā & qui iaculū emittit, Iaculari dicitur: qui pilā, aut ſudē, appellatione priuatim ſibi aſsignata caret. Et ut

Aeneid. 6. In Hecy. act. 3. ſcen. 4. De Off. lib. 3. Declam. 12. Aeneid. 8. Lib. 8. cap. 2.

quod dixit Fuga, *qui est celer cursus, quàm per illud*, Carpere. *et in secūdo significetur ueleciter præterire.* Aliud *nanq; est* Ire in gyrum, *aliud* Præterire, *quod de equo, & sessore utrunque poëticè dictum est.*

In eundem, de Accipere. CAP. VII.

ACcipere *pro pascere, idem inquit* Terēt. *Accipit homo nemo melius prorsus, atq; prolixius.* Et *hunc imitatus* Seruius *in* Vergilium: (In Eun. act.3 scen.5.)

Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Vrbanius *profectò, & lautius loqui poterāt.* Pecora *gregatim, altiliaq; dicūtur pasci, nō homines.* Nos *enim quoties accipimur, siue excipimur in cōuiuiū, nō ad saginā, sed ad iucūditatē illā, atq; apparatū inuitamur, ut minima pars cibis aßignetur.* Vnde Cōuiuere *dicimur eo tēpore, nō* Comessari, *aut* Cōpotare, *aut (qđ deformius est)* Cōpascere, *siue* Compasci. Siquidē Terēt. *de* Thrasone, *nō tanquā de saginatore locutus est, sed tanquā de splendido apparatore conuiuiorū.* Et Verg. Helenū *regem uult regiam quandam magnificētiam in exhibēdo cōuiuio declarasse, non solùm (ut ita loquar) pastionē, & (ut dixi) saginā.* Fateor *tamē* Accipere, *nōnunquā significare in domum suam, honoris, & amicitiæ gratia aliquē conuiuā capere: ita tamē ut subintelligatur in cōuiuiū: ut*, Acceptus *sum à te lautè id est, acceptus sum in cōuiuiū: uel tractatus.* Nā *frequenter in cōtrariū dici reperimus: Indignis cùm egomet sim acceptus modis: hoc apud* Terent. Et *apud* Cicer. Ex *quo illud laudatur* Archytæ, *qui cū uillico factus esset iratior,* Quo *te modo, inquit, accepissem, ni iratus essem?* (Aeneid.3.) (In Adel. act.2. scen.1.) (Cicer. libr.4. Tusc. quæst.)

In eundem, de Graue. CAP. VIII.

GRaue, *inquit, significat grauidum.* -Ver. *Donec regina sacerdos* Marte *grauis.* Circūlocutio *fecit, ut* (Aeneid.1.)

intelligatur grauida. Nam si dicã regina, aut Ilia est grauis, nemo prorsus intelligat, sed addã ex rege, aut ex marito, fortasse intelligatur esse grauida. Ita apud Vergil.
Eclo.1. Marte grauis, pro semine Martis impleta. Graue, plenũ. Verg. Nõ insueta graueis tẽtabũt pabula foetas. Si accipit foetas pro grauidas, superuacaneũ est exponere Graueis pro plenas. Per illud enim ꝙ prægnãtes sunt, plenæ esse intelligũtur. Graues uerò esse, ꝑ epitheton appositum est: quippe grauidæ omnes graues, ut ipsa quoq; uox indicat: nã à Grauis fit Grauidus. Sin accipit Foetas pro his, quæ pepererũt, ut puerperas mulieres, quæ proximis diebus matres sunt factæ, graues lacte dicemus, quasi onustas nõ quasi plenas: durũ sit nãq; appellare oues capras'ue plenas lacte, sed ubera plena lacte, ut est apud eundẽ ꝑ trãslationẽ, grauida:
Georg.3. -Et grauido superant uix ubere limen. Quòd si quãdo reperiatur grauis pro plenus, hoc tamẽ in loco nõ ita accipitur. Hũc eundem quẽ ego protuli uersũ, et ille affert, quasi de grauido, et nõ de graui sit quæstio. Nec poëtæ modò, uerùm etiã orato. sic loquũtur: ut Quintil.
Declam. 12. Luctãtur intra uiscera animæ, et uterũ funeribus grauidũ in os agũt. Sed ad graue reuertamur. Grauis, inqt, plenus. Verg.
Aeneid.1. Tum pietate grauem, ac meritis si fortè uirum quem Conspexere, silent. Virum pium, & bene meritum, appellare plenum pietate, & plenum meritis quis audeat? Non ergo ita exponẽdum est, ut nec est utendum. In quo paulò pòst meam sententiam ostendam.
Aeneid.5. Graue, inquit, Grandæuum. Vergilius:

Hîc grauis Entellum dictis castigat Acestes. At ego potius accipio grauis prudentia, & moribus, quomodo proximè grauis pietate, et meritis dicebatur. Multa præterea significata dat huic eidẽ nomini, quæ profectò forẽt infinita,

infinita, si ad illũ modũ, poëtarũ omniũ exponamus exempla. Quod lõgè abest tum ab utilitate discẽtium, tum ab ipsa rei natura. Etenim Graue suapte natura põderosum significat: ut, graue saxum, grauis sarcina, grauia arma, graue scutũ, qđ scilicet grauat nos in ferẽdo, & qđ ægrè et cũ molestia fertur. Inde ꝑ abusionẽ trãsferimus ad senectutẽ, ad morbũ, ad laborẽ, ad dolorẽ: qa hi, qui molestiã ex senectute, morbo, cæterisq; sentiũt, quasi onere intolerabili premũtur, qđ cupidè, uelut graue põdus, à se uellẽt deponere. Neq; solũ ad molestias corporis trãslatio hæc fit, uerùm etiã ad molestias animi: ut, Grauis cõtumelia, grauis iniuria, grauis mœror, grauis iactura, quæ animũ genere quodã põderis premũt. Itaq; unus modus est, quæ corpori, aut animo molesta sũt, ea grauia appellare. Eoq; Molestia à mole. i. à re magna, magniq; põderis uocitata est. Alter modus est, ꝙ quẽadmodũ grauia saxa, & grandes trunci non facilè loco mouẽtur, sed ad omnẽ temporis mutabilitatẽ hærẽt: ita hoĩes cõstãtes, ac præditi sapiẽtia meritò ꝑ figurã Graues nominãtur, ꝙ nec precibus, nec minis, nec uanitate, nec ꝓmißis ab æquo, & iusto summouẽtur: ut hi faciũt, quos Leues uocamus, q in similitudinẽ pulueris, et palearũ ad omnẽ aurã uẽtilãtur. Sciamus tamen Grauis tũc regere dati. quũ est in priore significato: ut, Tu es grauis mihi. Quare nõ probè quidã legũt apud Cic. de Offi. Quod ætati tuæ esset aptißimũ, et autoritati meæ grauißimũ. Nã hoc Grauißimũ superuacuũ est. Cæterùm qd mirer, si in his quæ sunt altioris intelligẽtiæ fallitur, quũ leuioribus, atq; aptis hallucinetur Marcellus? Lib. 1. proœ.

In eundem, de Inficiator. CAP. IX.

INficiatores, inquit, sunt falsi criminis obiectores: ut Ci. de Orat. lib. 1. Vt si ille inficiator probasset iudici antè

petitam esse pecuniam, quàm esset cœpta deberi. Hoc de *reo dictũ est à Cicerone, nec reo criminis, sed pecuniarũ: ille uerò accepit nõ tantũ pro reo, sed pro actore etiã, & accusatore falsi criminis. Vbi enim pecunia, & petitor nominãtur, ibi nulla est criminatio. Inficiator igitur is significatur, qui negat se uel debere quod actor petit, uel cõmisisse quod accusator obijcit. Vnde Status cõiecturalis dicitur* Inficialis, *in quo semper reus inficiatur, uel inficias it.* Inficiari *enim, & id quod dixi, ĩficias ire, est uerbo negare. Nam* Negare *est aliquando etiam facto: ut Vergilius:*

Aeneid. 10. Egregij forma, sed queis fortuna negarat

In patriã reditus. Veto *notũ est aliud esse, quàm* Nego, *& (ut breuiter signẽ) contrarium est illis* Impero, et Iubeo. *Non est autẽ huic nomini nisi accusatiuus casus, & unum uerbũ* Eo, is, it, *de* Inficias *loquor: cui simile est*

Cæs. 5. de bel. ciuil. *Suppetias, pro eo qđ est auxiliũ: ut in XIII. Cõmen. Cæs. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias uenire. Et in eodem: Suisq; rebus timens, elephantisq; XXX. relictis suis finibus, oppidisq; suppetias profectus est. Et iterũ in eodem: Atq; suis fugiẽtibus, suppetias ire contendit. Sueton. de Vespasian. Legatum insuper Sy-*

Cap. 4. *riæ consularem suppetias ferentem, rapta aquila fugauerunt. Plaut. in Epidic. Sed memento, si quid sæuiũt senes, suppetias mihi cum sorore ferre. Idem in eadem, nominatiuo est usus: Auxilia mihi, & suppetiæ sunt domi.*

In eundem, de Incisim. CAP. X.

INcisim, *inquit, quasi simul. Cic. in Ora. Hæc quidẽ duo binis pedibus incisim, deinde mẽbratim dicere solebas. Quid magis cõtrariũ, quàm incisim. i. minutatim, & simul, qđ est cõiunctim? quasi nesciamus, quid sint cola, cõmata, & periodi, de quibus Cice. pluribus in locis disputat,*

tat,appellans ea incisionẽ,membrum, circuitũ,siue ambitum,siue cõprehensionem,siue continuationẽ,siue circunscriptionem. Cuius ultimi (quod multis nominibus Cic.uocat) duo genera Quint. facit:priora autẽ sic definit:Incisum,est sensus nõ expleto numero cõclusus, plerisq; pars membri:ut, Domus tibi deerat? at habebas. pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem ex singulis uerbis incisa. Membrum,est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Lib.9. cap.4.

In eundem,de Candeo. CAP. XI.

QVid ergo? nihil'ne bene dixit Marcellus? imò uerò aliqd,atq; adeò multa,sed nũc bene dictis nõ est locus,tametsi in his,quæ laudari queũt,nõnihil interdũ desidero:ut,Candet,ignitũ est. M.T. de Offi. Candẽte carbone sibi adurebat capillũ. Candet,candidum est. Verg. Aen.IIII. Candentis uaccæ media inter cornua fundit. Sed hic (ut dixi) nõnihil desidero. Nã & Excandescere hominẽ dicimus,quũ uehemẽter irascitur. Prætereà ostendenda est paßim causa,quamobrem unũ uerbũ plura significet,ut in hoc: Quũ enim ignis obstãtia exuperat,ac fumũ uincit,candorẽ flãmæ concipit: uel quòd Sol quantò candidior,tantò ardẽtior: ita animus dũ ira concitatus est,inflammatus,incensus, & excandescens dicitur: uel quòd mare uentis confractũ, & in morem aquæ ebullientis in lebete, uel ipsa aqua lebetis ebulliẽs, spumas albentes ciet: ita animus simili perturbatione percitus, excãdescere dicitur, ut tanta cõmotio mẽtis significetur, quanta est uel maris, uel aquæ ad ignẽ iã albescentis: quod ex unius à Quintiliano expositi uocabuli patescet exẽplo: Vertex (inquit) est cõtorta in se aqua, uel quicquid aliud similiter uertitur. Inde propter flexũ capillorum, pars summa capitis: ex hoc inquam Lib.2. Lib.8.cap.2.

quam in mōtibus eminentißimū. rectè dixeris hæc omnia uertices, propriè tamen unde initiū duxit. Quare nemini debet mirū uideri, cur interdum una uox plura significet.

In Seruium, de Lætus. CAP. XII.

Seru. in illud 1. Geor. Vnde prius lætū si liqua quassan te legumē: ac in illud 1. Aeneid. Vela da bant læti, &c. aliis quoque in locis multis.

LAetū Seruio placet multa significare, fœcundū, pingue, grauidum, pulchrum, uiride, & multa alia. idq́; apud Verg. modò: quòd si alios quoq; poëtas exposuisset, adhuc alia multa significata adiecisset. Sed ipse rationem reddā, cur in uarios sensus abutamur, cū unū natura significet. Lætū id appellamus, quod aspectu gaudiū pmit. Nā Gaudere, pprie est ītrinsecus, Lætari extrinsecus. Rectè igitur animata dicūtur læta, quoties lætātur. Et qa natura sic cōparatū est, ut quæ bōa corporis habitudine sunt, ala criora: quæ uerò debili, tristiora sint: eò fit, ut pinguia uo cemus læta, ut lætas oues, lætos greges, læta armēta. Trāsferimus hoc ad similia, ad segetes, ad uites, ad olиueta, ac cæteras arb. Vnde sicut ex illis superiorib⁹ Domini perci piūt fructus, & quēadmodū illa, ita hæc quoq; qualia sint, declarat aspectus: appellāturq́; lætæ segetes, lætæ uites, læta oliueta, læta arbusta, eò quidē magis ꝙ multi uolūt hæc animata esse. Vel Læta dicimus ab effectu, ꝙ nos lætos faciūt ut Locū tutū, qa nos tutos efficit. Ideoq́; nō appellātur homines læti ob fœcunditatē, pinguedinē, pulchritudinē, grauitatem, & similia: sed tantū ea, quæ in nostros usus ce dunt, aut (si ita cōtingat) in nostrā delectationē, lætitiā no bis uoluptatēq́; pariētia. Hāc igitur regulā tenētibus, hoc nomen & apud autores inuentum facile intelligetur, & multifariam sine ambiguitate in utendo suppeditabit.

In eundem, de Accuso, & Incuso. CAP. XIII.

Ser. in illud 1 Aen. Talibus

ACcusare (ut idem cum multis alijs uoluit) est maioris de minore: Incusare est minoris de maiore, uel paris de pari:

de pari: quorũ singularis ĩscitia uehemẽter est castigãdã. Apud quẽ enim autorũ obseruatio ista reperietur? Nõ ne apud ueteres adolescẽtuli solebãt probitatis, simul & eloquentiæ laudem capessere ex magnorũ uirorum accusatione? Atq; (ut ait M. Fabius) crediti sunt etiam clari iuuenes obsidem Reip. dare malorum ciuium accusationem: quod significauit Cic. quum dixit: Quàm est illa misera, quàm dura seruitus, adolescentibus paulò loquacioribus seruiendum est. Nunquid Demosthenes quũ tutores suos adolescentulus in iudicium uocauit, aut Cic. quum Verrẽ reum fecit, prætoriũ uirũ ipse quæstorius non accusauit? maleq; locutus est, dicens accusationem suam semper, nunquàm incusationem? Et hoc quidem de Accusando. Quid autem de Incusando? Certè si illud non est de maiore in minorem, neq; hoc erit de minore in maiorẽ: & alioqui nullo unquam in iudicio auditum est nomen Incusationis: quid porrò extra iudicium? Vergilius inquit:

incusat, gressũque ad mœnia tendit.

Lib. 12. ca. 7.

Quem non incusaui amens hominum'ue, Deum'ue?

Aeneid. 2.

Dij quidẽ maiores Aenea sunt, homines uerò Troiani dũtaxat minores. At est apud Terent. pater ad filiũ loquens: Quid me incusas Clitipho? Hoc enim isti exemplũ ponũt, cæterorum exempla omittunt, quæ cõtra eos faciunt, quæ sunt infinita: ut Cæsar Cõmentario primo, Hæc quum animaduertisset Cæsar, cõuocato consilio, omniumq; ordinũ ad id consiliũ adhibitis cẽturionibus, uehementer eos incusauit. Sed (ne multis morer) Accusare, est uel apud iudices, uel apud aliũ quẽuis, etiã apud illum ipsum, quem accuses, significare, atq; ostendere aliquẽ peccasse: Incusare uerò reprehendere mores alterius, & plerunq; cũ querela, quòd ab illo iniuria sis affectus. Et ita apud Verg. Terentium, Cæsarem, cæterosq; autores accipiendum est.

In Heau. act. 5. scen. 2.

In eund

In eundem, de Barba, & Barbæ. CAP. XIIII.

Ser. in illud 2. Aene. Squallentē barbam & concretos sanguine crines: & in illud 3. Geor. Nec minus intereà barbas, incanaque menta. Sat. 8. li. 1. Sermo.

BArba, idē inquit, hominis est: Barbæ uerò quadrupedum. Sed non est barba tantùm hominū, neq; barbæ tantùm quadrupedū: quin & barba quadrupedū, & barbæ hominum, utiq; multorum, dicuntur. Horatius.

Vtq; lupi barbam uariæ cum dente colubræ
Abdiderint furtim terris. Plin. lib. XXVIII. *Rabiē hircorum, si mulceatur barba, mitigari: eadem præcisa, non abire eos in alienum gregem.* Nam illud Vergilianum.

Stiriaq; impexis induruit horrida barbis:
magis de hominibus dictum est, quàm de hircis. Et illud:

Cap. 13. *Nec minus intereà barbas, incanaq; menta*

Georg. 3. *Cyniphij tondent hirci.*

Georg. 3. *Ad multos hircos refertur, pinde ac si diceremus caudas quū tamen singulæ singulis hircis sint, ita & barbis. Sūt etiam & Barbæ aliorū quàm quadrupedum: ut Plinius in*

Cap. 11. XXX. *Quum Geminos transit sol, cristis, & auribus, & unguibus gallinaceorum. Si luna, rasis barbis eorum.*

In eundem, de Nuntius, & Nuntium. CAP. XV.

Seru. in illud Verg. 6. Aen. Infelix Dido uerus mihi nūtius ergo. &c. & in illud 11. Intereà Turnum, in syluis sæuissimus implet Nuntius.

NVntius, inquit idem, est qui nūtiat, quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur & masculino. Miror cur ita dixerit. Ego quidem *nusquam hoc* Nuntium *legi: at ne ipse quidem, ut opinor, quum* Festus *Pompeius, uetustior eo autor, ita scribat:* Nuntius *& res ipsa & persona dicitur.*

In eundem, de Arceo, Abigo, Abigeus, Abactor, Abigeatus. CAP. XVI.

ARcere idē ait esse prohibere. Sed mihi uidetur potius esse uetare, ne accedāt hi, qui ueniūt. Iuno septem tantùm annos arcuit Troianos ab Italia, quā ubi cōtigerūt. nō arcebat ab ea amplius, sed in ea esse ꝓhibebat. Transfertur

fertur (ut pleraq;) de corporeis ad incorporea. Cic. *in Paradox. Quæ uis enim est, quæ magis arceat hoïes ab improbitate, quàm si senserint nullũ in delictis esse discrimẽ? Cõtrariũ huic uerbo est* Abigere, *qđ significat à loco fugare, atq; expellere: ut,* Abige *muscas à facie mea scribentis. abige canes à popina tua: abige sturnos sonitu à uinea.* Quint. *Ibo in litus miser, plãctibus aues abigã.* De pecoribus *uerò idẽ, qđ de cæteris animalibus accipiendũ est: quæ si nobis odiosa sunt, abigimus. i. expellimus: ut oues, capras, asellos, ab hortis, à uinetis, à pratis. quòd si ita nõ sit, sed furto tollimus, utiq; gregatim abigere aliud significat. i. furto tollere, aut etiã latrocinio: ut apud eundem, adhuc spolia transeuntium, & abacti pecorũ greges sub hoc titulo defendebãtur.* Vnde *abactores uocãtur pecuariorũ animaliũ fures, latrũculi'ue.* Hos *quidã abigeos uocãt.* Vlpian. *autẽ inquit:* Abigei *propriè hi habẽtur, qui pecora ex pascuis, uel ex armẽtis subtrahũt, et quodãmodo deprædãtur, & abigẽdi studium quasi artẽ exercent, equos de armẽtis, uel oues de gregibus abducẽtes. Cæterùm si qs ouẽ oberrãtẽ, uel equos ĩ solitudine relictos abduxerit, nõ est abigeus, sed fur potius.* Hic *abigeum à nõ abigeo distinguit loco, nõ numero:* Claudius *numero, non loco inquiẽs. Quãtitas discernit furẽ ab abigeo.* Nã *q unã suẽ surripuerit, ut fur coërcebitur: qui gregẽ, ut abigeus.* Hic *furẽ ab* Abigeo *separat, ut superior fecit.* Macer *non separat, cũ ait:* Abigeatus *crimẽ publici iudicij nõ est, qa furtũ magis est: sed quia plerũq; abigei et ferro utũtur, si deprehendantur, ideo grauiter puniri eorum admissum solet. Quomodo autẽ hi iuriscõsulti inter se cõueniãt, aut nõ cõueniant, nihil ad hoc tẽpus.* Hoc *tantùm dixerim, nõ modò fures siue furtim aliqui solent abigere armenta,*

Declam. 6.

uel

uel greges, sed etiam latrunculi, qui facta prædonum manu in alienum agrum incursionē exercentes, pecora etiā interdum abigunt, & abigei nominari possunt. Præstare (quo uerbo sæpe & iurisconsulti & oratores utūtur) est prohibere ne alicui fiat aliquid incommodi, & si nō prohibuerint, satis facere: ut, Vēditor debet præstare uitium rei quam uendit. id est, prohibere, atq; efficere ne emptor damni quid faciat, alioqui satisfacere. Neq; illud in alterū

Lib. 3. modò, uerùm etiam in nosipsos. Cicero in Tusc. Quum id quod ab homine non potuerit præstari ut non eueniret, euenerit. id est, caueri, & prohiberi.

In eundem, de Innocuus, & Innoxius. CAP. XVII.

INnocuus, inquit Seruius, est cui non nocetur. Innoxius qui nō nouit nocere. Vellem exēpla recitasset, quibus ostenderet eam expositionē Innocui ueram esse. Namq; illud Vergilianum quod eum impulit in hanc opinionem:

Aeneid. 10. Donec rostra tenent siccum, & sedere carinæ
Omnes innocuæ. Non est accipiendum, quòd subsederunt tales, ut eis nihil noceretur: sed uel more poëtico, quòd nihil peccauerunt, quasi innocentes homines (Nocentes enim sunt quicunq; ab honesto recedunt, etiam si nemini noceant) uel quòd non nocuerunt neq; sibijpsis, neq; uectoribus, aut nautis.

In eundem, de Instar. CAP. XVIII.

Aeneid. 1. INstar mōtis equū diuina Palladis arte. Instar, id est, ad similitudinem, Seruius ait. Quid similitudinis equo ad montē? quòd si etiā similis esset, nō tamen eum magnū potius, quàm paruū esse, quod Ver. senserit, intelligeremus. Archimed. ille geometricus globū ad similitudinē cœli fabricatus est, ī quo effigies cœli aderat, magnitudo nō aderat. Idē fit de tabula illa depicta ad similitudinē orbis terrarum,

rarũ,quam nõ ausim dicere depictam instar orbis terrarum. Neq; *alia multa huiusmodi:ut,Instar* Antonij *ambulas,instar patris scribis,instar lãguidi sedes: sed ad similitudinẽ,uel in similitudinẽ,uel in modũ,uel in morẽ,uel sicuti,et simil.Instar poti⁹ significat ad æquiparationẽ, uel ad mensurã:ut apud* Verg. *Argolici clypei,aut Phœbææ lampadis instar.*Cice.*Hexametrorũ instar uersum.* Nam *illud apud eosdẽ:Instar mortis putant:et,Turbinis instar: significat æquiparationẽ doloris in morte,& impetus ex turbine.* Quòd *si quãdo reperiatur proximè accedere ad significationẽ similitudinis,admoniti simus, ut nimiã utẽdi licẽtiam deuitemus.Nam ego sic auderẽ uix uti,ut Seruij familiarißimus Macrobius cùm sæpe aliâs,tum statim in proœ.Satur.ita inquiens: Vt quæ indistinctè,atq; promiscuè ad subsidium memoriæ annotaueramus, in ordinẽ instar membrorum cohærentia conuenirent.*

Aeneid.2. De offi.lib.2. Ver. Aen.12. Volat atri turbinis instar.

In eundem, de Pasim, Vbique, & Vsquam. CAP. XIX.

P*Aßim,inquit,significat ubiq;.* Mihi *autẽ aliud uidetur* Vbiq;,*q̃* Paßim. *Nanq; in prato ubiq; est herba, nõ paßim.Cõtrà,grex paßim pascit,potius q̃ ubiq;:qppe aliquid interualli est inter pecudẽ,et pecudẽ: nõ ita inter herbam et herbã.Est autẽ paßim,quasi passu distãte, uel sparsim,quẽadmodum dicimus* Paßis *manibus, & paßis crinibus.* Quod *accipi solet etiã pro crebrò, dũ de rebus mentis loquimur.*Lactant.*tamen pro* Vbiq; *accepit, cùm inquit:Creditur ei paßim tanquã cognitæ ueritati.* Neq; *solùm pro* Vbiq;,*sed etiã (quod usitatius est) pro* Vndiq; *idem* Lactan.*accepit:Cumq; is numerus cõdendæ urbi parum idoneus esse uideretur,cõstituit asylũ: eò paßim cõfugerũt ex finitimis locis peßimi quiq;,sine ullo cõditionis discrimine.* Vsquam, *duo hæc potius significat, in loco,*

Seru.in illud Ver.georg.1. Et passim riuis currentia uina repressit.

Libr.2.cap 7.

Libr.2.cap.7.

Act.2.scen.3. *simul & ad locū: ut Terent. in Eun. Occidi, neq; uirgo est usquam. Cic. in Philip. Nec uerò usquam discedebant.*

De aduerbiis in im exeuntibus. CAP. XX.

Addamus de quibusdam aduerbijs in Im, uocē exeūtibus. Priuatim nihil differt à Priuatè, si priuatè dicere liceret: nihil Separatim à separatè, si hoc reperiatur nihil Properatim, à ꝓperātèr: nihil Dißimulatim, à dissimulanter. V bertim idē est, qđ copiosè: Affatim, qđ abū de: Raptim, qđ festinātèr: Cursim, quod currēdo. Tamen aliud est Generatim, q̄ generaliter. Hoc enim significat, omnia simul, quæ sub genere sunt, amplectēdo: illud uerò per singula genera, seu magis per singulas species. Siquidem species genera uocamus: ut, Quot sunt genera arbo

Geor.2. *rum, uitium, potius, q̄ quot sunt species. Verg. -Generatim discite cultus. Varr. Non in uolucribus generatim seruatur analogia. Non ex aquilis aquilæ, neq; ex turdis procreātur turdi. Sic ex reliqs sui quisq; generis. An aliter hoc fit, q̄ in aëre, quàm in aqua? nō hic cōchæ inter se generatim innumerabili numero similes. Eodē modo, ut Generatim ꝑ singula genera dicimus, ita Summatim ꝑ singulas summas: aliquādo dicimus summatim, et generatim nō per singulas summas, generaq;, sed per unā, unum'ue: ut, Dicam de hac re summatim. Cic. de Ora. lib. 11. Infinitū mihi uidetur id dicere, in quo aliqd generatim quæritur, hoc modo: expetēda'ne esset eloquētia? expetendi ne honores? Cæterū quomodo differat ab illis Ad summā, In summa, posteà reddā. Viritim, ꝑ singula capita uirorū: ut, Gracchus diuidebat uiritim sex modios frumēti. tamē*

Lib.7. *de uno aliquādo dicimus: ut apud Curt. Si qs uiritī dimicare'uellet, ꝓuocauit. Nominatī ꝑ noīa singulorū: ut, aßi-*

Philip.2. *gnati sunt cōiurati noīatī custodi carceris. et de uno etiā: ut, Alt*

ut Altè extollēs M. Brutus cruentū pugionē, nominatim, Ciceronem clamauit. Membratim, per membra. Cæsim, per incisiones gladij. Punctim, p punctiones, infixionesq; gladij: siue incidēdo, & pūgendo. Strictim, stringēdo singula, uel certū aliquid. Carptim, hinc & hinc decerpēdo, nō ipsam seriē sequendo. Tractim, trahendo, non interrūpendo seriē. Cateruatim, Gregatim, Turmatim, Manipulatim, p diuersas cateruas, diuersos greges, diuersas turmas, diuersos manipulos. Domesticatim, Vicatim, Regionatim, Oppidatim, Municipatim, Prouinciatim, p uarias domos, uarios uicos, uarias urbis Romæ regiones, uariaq; oppida, uaria municipia, uarias ꝓuincias. Venio nunc ad id quod promiserā. In summa, & Ad summā, magis modo utēdi differūt à Sūmatim, q̄ significato. Quin. in Corpore proiecto: In summa nō recedo: Fas est mihi etiā inuitis parentibus piè facere. Cic. de Offi. Ad summā (ne agā de singulis) cōmunem totius generis humani hominū conciliationē, & consociationē colere, tueri, conseruare debemus. Differt autē Ad summam, & Ad summum, quòd secundum ad numerū refertur: ut idem Cic. pro Mil. Vnus, aut ad summum duo inuenti sunt, qui Milonis causam non probarent. id est, non plures q̄ unus, aut duo ex omnibus. Idem ad L. Meßiniū: Nolim enim existimare te mihi non solitudinem iucundiorem esse, qua tamē ipsa uti non licet, quàm sermones eorū, qui frequentant domum meam, excepto uno, aut ad summum altero. hoc est, excepto uno, aut (ut multū) duobus. Quint. in sensu priore solet uti tali genere dicēdi p aduerbiū, Semel: Deniq; ut semel finiā, sic ferè cōponendū, quo modo pronuntiandū erit. Et alibi: Et ut semel omnia cōplectar. Et iterum: Et ut semel, quod est potißimum dicam, Secretū in dictando perit. id est, ut in

Declam. 6.

Lib. 1.

Epist. ult. li. 5. fam. epist.

Lib. 10. cap. 3.

summa dicam. Cuius rei causa est ipsum illud Semel, quod significat una uice pro omnibus, ita ut posteà non oporteat quid addi. Ideoq; solet accipi pro immutabiliter, & irreuocabiliter. Quod enim semel tantũ fit, id non habet regressum ut iterũ fiat. Idem in Mathematico: Quid hæc fulgentiũ siderum ueneranda facies, quòd quædam uelut infixa, ac cohærentia perpetua, semelq; capta sede collucent, alia toto sparsa cœlo uagos cursus certis emetiuntur erroribus? Verg. -Qui, ne quid tale uideret,

Declam.4.

Aeneid.11.

Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

Epist. Oeno. ad Parid.

Ouidius: -Nulla reparabilis arte

Læsa pudicitia est, deperit illa semel. Lucanus.

Lib.9.

-Dixitq; semel nascentibus autor Quidquid scire licet.

Semel, inquit, ut nullũ posteà uerbum addat. In eundẽ sensum idẽ Quint. accepit Breuiter: ut in Geminis languẽtibus, Breuiter tñ lõgæ crudelitatis explicanda sæuitia est, ex omnibus quæ ptulit, leuißimũ fuit, quòd occisus est. Plinius maior: A' reliqua uerò Gallia, latere Septẽtrionali, mõtibus Gebẽna, et Iura agrorũ cultu, uirorũ, morũq; dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarũ postferenda: breuiterq; Italia uerius, q̃ prouincia. Et iterũ de luscinia, quæ uulgo dicitur philomela. Nũc cõtinuo spiritu trahitur in longũ, nũc uariatur inflexo, nũc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur ex inopinato: interdũ et secũ ipsa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extẽtus, ubi uisum est, uibrãs, summus, medius, imus. Breuiterq; oĩa tam paruulis in faucibus quæ tot exquisitis tibiarũ tormentis ars hominũ excogitauit.

Declam.8.

Lib.3. cap.4.

Lib.10. ca.19.

Ser. in illud 1. Aene. Et quo sub cœlo tandem, &c.

In eundem, de Tandem, Demum, & Denique. CAP. XXI.

TAndem idẽ ait, poni non neceßitatis, sed ornatus causa, ut in illo Vergilij Aene. 1.

Sed uos qui tandem: quibus aut uenistis ab oris?
Nec cuius ornatus, aut quare sit ornatus, explicat. Idem sentit Priscianus, dicēs: Tandē nō solū pro aduerbio temporali, sed etiā ꝓ cōiunctione expletiua inuenitur: ut Cic. Inuectiuarum lib. 1. Quousq; tandem abutêre Catilina patientia nostra? Mihi quidem nullum ornamentum uidetur esse in superuacuis, & nihil agentibus uerbis. Quanquā apud Græcos dictiones nōnullæ sunt, quæ aut numerū, aut sonū implēt: quod in hac dictione nō est, quæ habet potius urgens quiddā, & accelerās, eoq; ferè per interrogationem: quæ exempla uulgò sunt plurima, ut Cic. in Catilinā cuius oratio sic incipit: Quousq; tandem abutêre Catilina patientia nostra? Quo exemplo usus est Priscianus. Quidam tamen inter primos huius ætatis docti, solēt citra interrogationem hoc aduerbio uti, non tam autoritatem sequentes eiusdem Vergilij, & in eodem loco: Lib. 15. Cic. Inuect. 1. in Catil. Aeneid. 1.

Et quo sub cœlo tandem, quibus orbis in oris
Iactemur, doceas iter. Et Horatij, qui ait: Lib. 1. epi. 12.
Quamuis Scæua satis per te tibi consulis, & scis
Quo tandem pacto deceat maioribus uti,
Disce docendus adhuc. quā Ciceronis in Catone maiore dicentis: Qua tandē spe sibi tam audacter obsisteret, respondit, senectute. Et pro Roscio: Quū ab eo quæreretur, quid tandē accusaturus esset in eo. Nonnullisq; alijs in locis. Sed tamen utrunq; interrogationē habet, & eam directam latenter ad secundā personā. Nam hic qui loquitur, uerba alterius refert. Siquidē Pisistratus à Solone sic quæsiuit: Qua tandem spe mihi tam audacter obsistis? Et Fimbria ab illo (quisquis fuit) sic petiuit: Quid tandē in eo accusaturus es? Neq; uerò legē illius dictionis scribo, sed usum frequentißimū trado. Sine interrogatione autē quid.

Aeneid. 6. *significet, nemo ignorat: ut Vergilius,*

Iam tandem Italiæ fugientis prendimus oras. Eiusdẽ significationis sunt Demum, & Deniq;, ut notũ est: ut idem Vergil. *Tunc demum admißi stagna exoptata reuisunt.* Cic. *Quum excesisset è uita, tum deniq; uiueret.* Sed plerunq; quũ sint multa enumerata, tũ subiungimus Deniq;,

Eclog. 2. *significantes hoc ultimum esse omnium: ut idem Verg.*

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,

Nil nostri miserere, mori me deniq; cogis.

Et Cic. *Quum sibi non multitudinem militũ, non idoneos Imperatores, nõ pecuniã sibi præstò esse uiderent, nõ deniq; ullã rem quæ pertineat ad bellũ administrandũ.* Demum solet accipi pro solùm, siue pro omnino, præcipueq; iunctũ cũ Is, & cum Ita. Cic. in Sall. *Ea demũ magna uoluptas est Crispe Sallusti, æqualẽ ac parẽ uerbis uitam agere.*

Lib. I. cap. 4. M. Fabius: *Illud ingeniorũ uelut præcox genus, nõ temerè unquam peruenit ad frugẽ. Hi sunt qui parua facilè faciũt, & audacia prouecti, quicquid illhic possunt, statim ostendũt. Possunt autẽ id demũ, quod in proximo est: uerba cõtinuant, hæc uultu interrito nulla tardati uerecũdia proferũt.* Et iterũ: *Tũ illa quoq; ex causa, ꝙ mentẽ tantæ rei intentã uacare omnibus alijs, etiã culpa carentibus curis oportet. Ita enim libera, ac tota nulla distringẽte, atq; aliò ducẽte causa, spectabit id solũ, ad quod accingitur.* Et

Declam. 10. alibi: *Iacebat hæc insomnis, inquieta, quũ diceret, iã statim apparebit, iam statim ueniet, nunquã tamen tardius uenit. Miserã me fili, proxima nocte iam ueneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus, indignor, irascor. Ita mihi demũ satisfacies, si apud patrẽ fuisti.* Ideo autẽ dixit Solùm, siue

Lib. 10. ca. 24. Omnino, quod Plin. uidetur accipere pro omnino, de hirundine dicens: *Ea demum sola auium, non nisi uolatu depascitur.*

pascitur.- Quidā uolūt ab is, & demum componi Idem. Ouidius pro demum, posuit deniq;, lib. I I. sine titulo: Ouid. Ele. siue Amor. li. 3, elegia 4.

Si qua metu dempto casta est, ea deniq; casta est.

In Macrobium, de stella & sidus. CAP. XXII.

STella et Sidus differūt, si Macrobio credimus, ita scribenti: Nūc uideamus, quæ sint duo hæc noīa quorū pariter meminit, quū dicit, Quæ sidera, et stellas uocatis. Neq; enim hic res una, gemina appellatione mōstratur, ut Ensis Gladius: sed sunt Stellæ quidē singulares, ut erraticæ quinq;, & cæteræ, quæ non admistæ alijs solæ feruntur: Sidera uerò, quæ in aliquod signum stellarū plurium compositæ ferūtur: ut, Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, uel Corona, & quæcunq; uariarū genera formarum in cœlum recepta creduntur. Sic & apud Græcos ἀςήρ, & ἄςρον diuersa significāt. Et Aster stella una, Astron signū stellis coactū, quod nos Sidus uocamus. Hæc differētia (Macrobij pace) nusquam reperitur, ut apud eundem Cic. de Vniuers. Itaq; nesciunt hos siderum errores. Et iterum: Toto igitur orbe cōstituto, sideribus parem numerum distribuit animorū, & singulos adiūxit ad singula, Et lib. I I. de Nat. deor. Nam quū duo sint genera siderū, quorū alterum spatijs immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeans, nullum cursus sui uestigium inflectat: alterum autem continua conuersione sui eisdem spatijs, cursibusq; conficiat. Quint. in Mathematico: Quid hæc fulgentium siderū ueneranda facies? quòd quædam uelut infixa, ac cohærētia, perpetua, semelq; capta sede collucēt, alia toto sparsa cœlo uagos cursus certis emetiuntur erroribus. Quod nō sensisse Ciceronē (ut Macrobius uult) documento est, q; non præposuit stellas. Debet enim species generi, pars toti præponi: ut, Dicam de prudentia,

Lib. I. c. 14. in Som. Scip.

Eod. lib.

Declam. 4.

& de uirtute huius: Dicam *de facie* Helenæ, *& eiusdem pulchritudine, non autem ediuerso.* Fateor *tamẽ nunquã* Stellam *Arietẽ dici,* Taurum, Andromedam: Perseum: *sed sydus.*Et hinc *est quòd dicimus* Hybernum *sydus.* Et
Declam.12. *illud* Quintiliani:Nos *graue huius anni sydus afflauit.*

In Aulum Gellium, de Resciſco. CAP. XXIII.

Lib.2.cap.19. RE*sciscere,*Aulus Gel.*uult esse rem occultam, inopinatam, insperatamq́; cognoscere.* Miror *de hoc solertissimo uerborũ inuestigatore, atq; cẽsore, qui uocabulũ hoc de facili difficile, de claro obscurũ, de trito nouũ, de exposito abstrusum fecerit, ne dicã falso exposuerit.*Nũquid *si uideã hominem cœlo uolantẽ, ut fecisse* Dedalus, Perseusq́; *fertur: aut aliquẽ è terra prodire qualis* Tages *fuisse ab* Hetruscis *creditur: aut* Satyrum *aliquẽ semiuirum, semicaprumq́;, quem se uidisse nonulli scripsere: aut arcana quædam naturæ peruestigauero, dicam* Resciuisse? *nõ opinor.*Est *igitur propriè* Resciscere, *rem pòst, q̃ gesta est, scire, quã nesciebas quum gereretur, præsertim*
Act.5.sce.3. *ad te, tuos'ue pertinentem, ut* Terent. *in* Adelphis: Hem *tibi,* Resciuit *omnem rem, id nunc clamat scilicet.*

In eundem, de Deprecor. CAP. XXIIII.

Gel,li.6.c.16 DEprecor *supplicium, idem* Aulus Gellius *ait dictum esse, quasi detestor, uel execror, uel depello, uel abominor: ego autem ita dici puto* Deprecor, *ut & imprecor.* Precor *tibi bonum, precor tibi malum: sic,* Deprecor *liberationem, & deprecor pœnam: illam, ut potiar: hanc, ut uitem.* Ouidius *lib.1.de* Ponto:
Epist.2.

Sæpe precor mortem, mortem quoq; deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum *contegat ossa solum.* Deprecor *dixit, quasi precor mortem non dari mihi in hac terra.* Nec *mirum id fieri in* Deprecor, *quum fiat in magis*

usitatis,

usitatis, ut in defendo. Siquidē dicimus defende me qđ fere dicitur, & nonnunquā defendo ictus: ut Cicer. de Senect. *Vestitaq́; pampinis, nec modico tepore caret, & nimios solis defendit ardores. Cùm præsertim mos Romanis sit etiā mala precādi ne ueniāt. Vnde tēpla Timori, Pallori, Febri, alijsq́; simil. fuere dedicata, & ijs (ut ita dicam) numinibus fiebant sacra: quod etiam Vergilius probat:* Lib. 3. Aen.

Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Neq́; solùm Deprecari est uoce, sed etiam per ea, quæ instar uocis obtinere solent, uultū, gestumq́;. Etenim Bucephalum, qui præter unū Alexādrum omnem alium recusabat sessorem, non ineptè dixeris Deprecari alios sessores præter regem. Deniq́; Deprecor magis significat uel dicto, uel facto recuso, quàm illa quæ Aulus Gell. attigit.

In Priscianum, de Situs. CAP. XXV.

Situs (Priscianus inqt) dicitur pro negligētia, ut Verg. Aeneid. VII. Sed te uicta situ, ueriq́; effœta senectus. Prisc. circa fi. lib. 10. *Sed nō ita est, potiusq́; sordes illa, & illuuies, qualis nascitur inter opaca domus: quæ diu nō repurgatur. unde inqt M. Fab. Excitanda mens, & attollēda semper est, quæ in* Lib. 1. cap. 3. *huiusmodi secretis aut lāguescit, & quēdam uelut in opaco situm ducit: aut cōtrà, tumescit, inani persuasione. Huiusmodi igitur quidam situs sedet in uultu, capite, totoq́; corpore uetularū, & habitu, præsertim inopum, qualem illum Verg. intelligit, & Lucan. de malefica anu ait: Fœda situ macies.* Lib. 6. *Quod etiā Pædorē possumus appellare: ut idē Luca. Lōgusq́; in carcere pædor.* Lib. 2. *Et Cic. in Tusc.* Lib. 3. *Pædores muliebres. Et iterum: Barba pædore horrida.* In eod. lib. *Miror Priscianū hoc in loco à definitione Seruij desciuisse, q̄ hoc uocabulū propriè definiuit, inquiēs: Situs ꝑpriè est lanugo quædā ex humore ꝑcreata. Fit autē ī locis* Seru. in illud Verg. Aen. 6. Per loca senta situ cogūt.

noctéque ꝑfundam. *carentibus sole. Situs uerò pro loci qualitate manifestum est, ut de situ Messanæ, et de situ Syracusarum, & simil.*

In eundem, de Docilis, & Docibilis. CAP. XXVI.

Prisc. lib. 18. DOcilis, idē inqt, est, qui facilè docetur. Docibilis est, qui facilè discitur: quomodo Penetralis est, qui in intimis est partibus: Penetrabilis, qui facilè penetratur. Nō occurrit, ubinā legerim Docibilis. Est enim cōsuetum magis Perceptibilis, nisi magis apud Ecclesiast. atq; in aliū sensum: Et erūt docibiles dei, dictū est quasi dociles.

1, ad Timo. 3. Nam Cypria. super illud Pauli, Episcopū nō litigiosum, nō cōtentiosum, sed mitē, & docibilē esse debere ait: Docibilis autem ille est qui est ad discēdam patientiā lenis, et mitis. Hoc (ut ego sentio) idē est, quod docilis. Ratio tamē postulat, ut id significet, qđ ait Priscian. eò quidē magis, ꝙ habemus in eodem sensu Docilis, ut superuacuū fuerit duas uoces adeò confines uni significationi dare, nisi dicimus simile hoc esse illis, Aequale, & Aequabile, de qbus

Lib. 1. dixi alio uolumine. Insuper Sensibile, & Sensile. Lucre.

Ex insensibili ne credas sensile nasci, hæc duo pro eodem accepit. Exitiale, & Exitiabile. Verg. in VI.

Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ,

Verg. Aen. 10 Aspice nū nostrū mage sit penetrabile telū. Et geor. 1. Et Boreæ penetrabile frigus adurat Ser. ī illud 10 Aene. Aspice num mage sit nostrum, &c.

His mersere malis. Ouid. VI. Metamorph.

Dumq; manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Rationale, & rationabile. Quint. in II. Sed quia carent sermone, quo id faciāt, muta, atq; irrationabilia uocātur. Porrò Penetralis (quātū mea fert opinio) non reperitur: sed Penetrale: substātiuumq; est, nō adiect. Penetrabilis adiect. qui facilè penetrat, ut apud Verg. Penetrabile telum: &, Penetrabile frigus. Tū qui facilè penetratur, ut apud Liu. lib. XLVI. Et in asperis locis silex sæpe impenetrabilis ferro occurrebat. Seruius qđ penetrat, inqt, penetrale

netrale dicitur: qd' autē penetratur, penetrabile. In quorum priore dissentio, cùm non sit neq; adiectiuum (ut ipse uult, exponens penetrabile frigus, pro penetrale frigus) neq; significatiōis actiuæ. Deniq; *(ut ad docilis reuertar) docilimus mea sententia faciet potius, quàm docilißimus: qualia sunt facilis, gracilis, agilis, similis, humilis.*

In eundem, de Numen, & Nutus. CAP. XXVII.

N*V men, idē inquit, est dei nutus. Ante hunc Varro dixerat*, Numē *dicunt esse imperiū, dictū à nutu. Vter horum commodius definiuit? Certè numen est imperium, potestasq; dei: nō autem nutus, neq; imperium cuiuslibet. Sed Varronem de imperio dei suspicor intellexisse.* Prisc. lib. 4. Varro li. 6. de ling. Lat.

In eundem, de Necatus, & Nectus. CAP. XXVIII.

N*Ecatus, idem inquit, propriè ferro:* Nectus *uerò, alia ui peremptus dicitur. Sed ego sentio generalē significationē* Necatus, *specialē uerò* Nectus *esse. Cic. in Rhetoricis, & libris ad Heren. & alibi sæpe ait: Veneno necatus. Quint. in* IIII. *Hinc adulter loris cæsus est, fame necatus. Nec unquā* Nectus *dicitur, sine certo genere mortis: ut* Enectus *siti Tantalus. Nec tā mortuus, quàm propemodū mortuus: sicut* Exanimatus *pro eo qui similis est mortuo: ut, Fame, siti enecti. quæ plurima sunt exempla.* Prisc. lib. 9. Ad Herē. li. 3. Cic. Tuscul. quæst. lib. 2.

De Næ, & Ne. CAP. XXIX.

N*Ae pro ualde idem dixit, nec tamen solus. Teren. in Andr. Næ illa illum haud nouit. Mihi uidetur idem apud nos significare, qd' apud Græcos, scribiq; cū diphthongo debere* ναὶ, *quod est certè: ut apud eundē, Faciunt næ intelligēdo, ut nihil intelligāt. Quasi dicat, faciūt profectò. Hæc apud Cic. dictio frequens est, ut de Orat. li.* III. *Næ ille haud sanè quēadmodū uerba struat, et illuminet, à magistris istis reqret. Apud Quint. cæterosq; illius æui rariß* Prisc. lib. 15. Act. 4. scę. 4. In prologo Andr.

rarißima. Ne componitur cum Queo, cum Scio, cum Volo. Frequentius tamē sine cōpositione, apposita negatione reperimus illud primū, quā duo sequentia. Adeo ut barbarū putet Cic. dicere. Non scio, & Non uolo, licet nonnunquam apud ipsum quoq; reperiatur. Ideo frequentißimè legimus, Haud scio, Haud uelim. Idem Priscianus ait à Potius fieri Potißimè, quod ego nunquā legi, sed Potißimū.

De Orat. ad Brut.

Lib. 15.

In Donatum, de Valeo. CAP. XXX.

Terē. in And, act. 4. sce. 2.

VAleant Qui inter nos dißidiū uolunt. Donatus, Seruius, & quidā alij sic exponunt: Pereant qui hoc nobis uolunt. Quæ uox, & oratio aliena fuerat ab ingenio Pamphili pio, & probo. Cic. Si deus talis est, ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, ualeat. Quid enim dicā propitius sit? Esse enim ꝓpitius pōt nemini. Nunquid eò irreligionis, atq; eò impudētiæ Cic. uenerat, ut deo exitium precaretur? Absit. Lactantij quoq; testimonio, ꝙ de his ipsis Ciceronis uerbis ait: Quid enim cōtēptius potuit dici in deū? Valeat, inquit, id est, abeat, et recedat, quādo prodesse nulli potest. Vides ut Lactan. quū uult Ciceronē contumeliosum fuisse in deū, non tamē exposuerit ualeat, pro pereat, sed abeat, & recedat, Quāquā (ut mihi uidetur) non significatur per ualeat, quòd abeat ille à nobis, sed quòd nos ab illo, uale dicentes. Enimuero Vale, salutatio est recedentis, ut Salue, & Aue uenientis. Quomodo ergo uerbum salutantis, potest accipi pro mala precatione, atq; salutatione? Est autem Salutare & aduenientis, & abeuntis. Vergilius in IX.

De Nat. deo. lib. 1.

Lib. de ira dei cap. 8.

Hanc ego nunc ignaram huius quodcunq; pericli est,
Inq; salutatā linquo. Ideoq; nōnunquā reperimus salue etiam in discessu: ut in calce epistolarū Ciceronis ad Tironem, Vale mi Tiro, uale, uale, et salue. Et iterū: Etiā atq; etiam

Epist. 6. li. 16.
Epist. 9. lib. 16

etiam noster Tiro uale: Medico, Curio, Lisoni de te scripsi diligentißimè. Salue, uale. Verg. in XI.

-Salue æternũ mihi maxime Palla, Aeternũq; uale.
Nec mirum si in fine loquendi reperiamus Salue, quũ etiã ille qui aditur, et salutatur, dicat Salue, quemadmodũ qui abit, & qui alterũ à se dimittit, dicit Vale. Quod etiam Græci faciunt, ut Homerus primo Iliados:

Χαίρετε κήρυκες διὸς ἄγγελοι, ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Neq; est apud Latinos aliud uerbum, quo adeunti nos respondeamus, quàm Salue: nisi more iam uulgari magis, quàm probato, dicamus, Bene ueneritis. Idem uerbũ apud eundem, pro Vale. XXIII. Iliados:

Χαῖρέ μοι ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισιν.

Cic. ad Att. indicatiuo huius uerbi usus est, dicens: Et saluebis à meo Cicerone. Plau. in Trucul. in prima positione utitur: Salue satis est mihi tuæ salutis, nihil moror, non salueo. Martialis etiam dixit, Valebis: Epist. 3. lib. 6.

Quum pinguis mihi turtur erit lactuca ualebis, Li. 13. epig. 53.
Et cochleas tibi habe, perdere nolo famem.

Cæterùm (ut ad institutũ redeã) qui, Valeãt, pro execratione acceperũt, forsitan hoc argumẽto inducti sunt, quòd nonnunquã hoc uerbum languorem significat: ut idem de Oratore, Sicut medico diligenti prius, quã conetur ægro adhibere medicinã, nõ solũ morbi eius, cui mederi uolet, sed etiã cõsuetudo ualẽtis, & natura corporis cognoscenda est. Vnde Valetudo ꝓ lãguore frequẽtißime accipitur et Testes ualetudinarij nominãtur. Idẽ ad Terẽtiam: Valetudinem tuã cura diligẽter: hoc est, languorem & infirmitatẽ. Alibi ꝓ sanitate: Sed nũc ualetudini tribuamus aliquid. Frequẽter tamẽ apponimus adiectiuum, uel Faustũ, uel Infaustũ, ad distinguendũ statum corporis: siquidem Lib. 2. Epi. 10. li. 14.

indiffer

indifferẽter significat more sui primitiui. Dicimus enim, Vt uales? Quõ ualuisti? Qualiter ualet fili⁹? Sic, Qua ualetudine es? Qua ualetudine est fili⁹? Respõdebis, Infirma aduersa, mala ualetudine: uel cõtrà, Bõa, icolumi, optima

In Varronem, de Vas & Obses. CAP. XXXI.

Lib. 5. de ling. Latin.

VAs, inquit Varro, appellatus est, qui pro altero uadimonium promittebat. Consuetudo erat, quũ reus parũ esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alterũ daret. Videtur Varro significare Vadẽ eum esse, quem Fideiussorẽ uocamus: et Vadimoniũ, Fideiußionẽ. Nos hoc negare ita esse quî possumus, cũ Varro omniũ consensu sit Romanorum eruditißimus, et linguæ Latinæ peritißimus? q Latinas literas fecit et Latiniores, et literatiores? Quanq̃ multi sunt, qui eũ quibusdã in locis reprehendãt: quæ facultas præcipuè discipulis Quint. adesset, lõgè Varrone doctioris, atq; eloquẽtioris. Verùm ego nõ ausim reprehẽdere, sed tantũ affirmare, me nõ legisse (duntaxat quantùm aut recordor, aut intelligo) Vadẽ eũ esse, qui uadimoniũ pro altero dat (si Vadimoniũ significat fideiußionẽ) sed eum, qui spõsor est alterius in capitis periculo, siue idẽ supplicium subiturus, siue pecuniã soluturus: ut apud Quint. in Declamatione, quæ inscribitur. Amici uades. Et apud Ci. lib. v. Tusc. Quæstionum de Pythagoreis amicis: quorũ alteri quũ tyrannus diem mortis dixisset, alter pro amico ad uisendam matrem ituro uas factus est. Et apud T. Liuium de Cæsone capitis reo, ita dicentẽ: In uincula coniici uetant, Sisti reũ, pecuniãq; (nisi sistatur) populo promitti placere pronũtiant, summã pecuniæ quantã æquum esset promitti, ueniebat in dubium. Id ad senatũ reijcitur. Reus (dum cõsulerentur patres) retentus in publico est: uades dare placuit: unum uadem trium milliũ æris obligarunt:

Lib. 3. ab urbe condita.

quot

quod darentur, permissum est tribunis: decem finierunt. Tot uadibus accusator uadatus est reũ. Hic primus uades publicos dedit. Quod Festus quoq; sentit, dicẽs: Vas spõ- Lib.19. *sorem significat in re capitali. Vadimoniũ (quantum ego sentio) est spõsio ad certũ diem sistendi se in iudicio. i. comparendi per se, uel per aduocatos, ut in Oratione Cicer. pro Quintio datur intelligi, ubi longa est altercatio de Vadimonijs: altera parte dicẽte fuisse sibi uadimonia deserta, altera uerò nequaquã à se illa fuisse facta. Et Quintil. de Legato frumẽtario, qui ad præstitutum diem uene-* Declam.12. *rat, inquit: Nisi tamen ad uadimonium legate uenisses, nõ multorum dierũ commeatum habebamus. Et hoc ipsum fortasse Varro sensit. Obses autem est, qui traditur imperio alterius, ea conditione, ut si dator obsidis à fide recedat, recipienti sit ius in corpus, & uitam obsidis. Quod præcipuè inter potentes commercium est, qui non habent superiores, ad quos pro iustitia prouocent.*

In eundem, de Decurio. CAP. XXXII.

D*Ecuriones, inquit idẽ, primi singularũ decuriarum* Var. lib. 4. de *dicti, quod probat Tẽpanius ille apud Tit. Liuiũ, q̃d* ling. Lat. *& ipse approbat Festus. Ideq; ait: Decuriones appellantur, qui denis equitibus præsunt. Est ergo dictus Decurio à decẽ, ut Cẽturio à cẽtum. Nam (ut ait Pædianus) Decuriæ sunt nobiliorũ, Centuriæ inferiorum. Quidam uolunt (quorũ est Fronto) decurionẽ praeesse turmæ, quæ cõstat ex duobus & triginta equitibus. Neq; belli solùm, sed domi quoq; Decurio dicitur, nomẽ quoddã præpositurae significans: ut Sueton. in Domit. uita, Saturius decurio cubi* Cap.17. *culariorum. Et hoc quidẽ apud Romanos: in municipijs autẽ (ut mihi quidẽ uidetur) idem est Decurio, qui Romæ Senator. Nam qui in Senatu, & consilijs Reipub. munici*

palis

palis interesse poterāt, Decuriones erant. Cic. pro Sext. Qua de causa, & tum cōuētus ille Capuæ huic P. Sextio apud me maximas gratias egit, & hoc tēpore beneficiū, fidemq; hominis, testimonio declarāt, periculū deprecantur suo decreto. Recita quæso P. Sexti, quid decreuerūt Capuæ decuriones. Quòd autē differāt Decurio Roma. & Decurio municipalis, ex epistola quadam Plinij Iun.
Epist. 19. è 1. lib. declaratur, dicentis: Esse autem tibi centū millium censum satis indicat, quòd apud nos decurio es. Igitur ut te non decurione solùm, uerùm etiā equite Romano perfruamur, offero tibi ad implēdas equitis Romani facultates, trecēta millia nūmûm. Non dicitur itaq; Decurio, aut q̄d decē præsit militibus (ut quidā uolunt) quē Græci δέκαρχον uocāt, quū Decurio sit maior equite, eques centurione, cēturio decarcho, ut ex stipēdiorum magnitudine datur in multis libris intelligi: aut in municipijs qui decē eqtibus præest, quū sit equite dūtaxat Rom. minor. An q̄ decē præsit eqtibus municipalibus? aut hoc erit dicēdum, aut Pōponij Iurisconsf. opinio sequenda, dicētis: Decuriones quidā dictos aiūt, eò, q̄ initio quū coloniæ deducerētur, decima pars eorū, qui deducerentur, consilij publici gratia cōscribi solita sit. Quare eum quē nunc Militē appellamus, aut falsa dignatione afficimus (nā etsi omnes, q̄ militant, Milites sunt, Miles tamē ꝑpriè, qui pedibus militat dicitur, Eques q̄ equo) aut si uerè, Decurionem potius appellamus. Quidā horū tēporū docti Equitē uocāt, sed rectius Decurionem uocarēt. Nam eques est aut qui Romæ ex ordine Equestri est (quod nō facit ad gloriā militarem) ut q̄ equo militat: cuius nulla dignatio est, quāquā Iurisper. multa ineptißimè fabulātur de dignatione militū, quæ quidem uel nulla, uel cōmunis est omnium siue pedestrium,

strium, siue equestriū, qui militiam exercent. Nā de auro gestando, uel huiusmodi nugis, nullū uerbum est in iure ciuili. Sed hæc omittamus, quæ nō sunt huiusmodi scriptionis, dū illud admonuerimus, Romanū decurionē, q præest decem Romanis Equitibus, longè præstare cæteris decurionibus, quibus etiam ipse Eques Romanus præstat.

In Festum Pompeium, de Exemplum, & Exemplar. CAP. XXXIII.

EXemplū (inquit Festus) est, quod sequamur, aut uitemus: Exēplar, ex quo simile faciamus. Illud animo æstimatur, istud oculis cōspicitur. Mihi aūt (licet Festus scientissimè de exponendis uocabulis loquatur) aperiēda tū est magis horū nominum differētia. Nam & Exemplum est, ex quo simile facimus: ut opera Homeri exemplū sunt poëmata scribere uolentibus. Quint. lib. x. Sic literarum ductus, ut scribēdi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici uocē docentiū, pictores opera priorū, rustici probatā experimento culturā in exemplū intuētur. Et Exēplar animo quoq; æstimatur. Cic. lib. II. de Orat. Illa oratio fuit mihi exēplar benedicēdi. Quint. in x. Cornelius autē Seuerus etiā si uersificator q̄ poëta melior, si tamē (ut est dictū) ad exēplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, uindicaret sibi secundum locum. Horat. in Epist. inquit:

Festus lib. 5. — Cap. 2. — Cap. 1. — Epist. 1. lib. 2.

Plaut. ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Idem Cic. pro Mur. Domesticum te habere dixisti exemplum ad imitandum. Est illud quidē exemplū tibi propositum domi, sed tamen naturæ similitudine illud à te magis, qui ab illo ortus es, quàm ad unumquēq; nostrum pertinere potuit. Ad imitandū uerò tam mihi propositum exemplar illud est, quàm tibi. Itaq; unū pro eodem penè Exemplum, & Exēplar posuit, & quidē eodem loco. Cæterùm

Exemplum est ipsa res, quã imitamur, aut (si ita sors tulerit) deuitamus in aliquo: ut in Catone, Cato autẽ ipse exẽplar. Illud contentũ, hoc continens. Quòd si dicamus, Ad exẽplar Catonis: aut, Ad exẽplar Epicharmi, sic intelligimus, ad exẽplar Catonis, quod est Cato: ad exẽplar Epicharmi, quod est Epicharmus: siue opus epicharmi: ut, Opus hominis, pro ipso homine. Animã corpusq; filij destruis, qua si aliud illa sint à filio. Exẽplũ pro exẽplari. Est enim contentum, pro cõtinente, ut apud eundẽ: Fuit ille uir exẽplũ continentiæ. quomodo dicimus, Ille uir fuit norma uiuẽdi: quũ tamen nõ sit norma uiuendi uir, sed in uiro: ita nec ille exẽplũ cõtinẽtiæ, sed in illo. Ideoq; exẽplaria multa sunt, unius tamẽ exẽpli: ut, Redditæ sunt mihi binæ literæ tuæ eodẽ exemplo; id est, eiusdẽ formæ, &, Duo uel tria exemplaria Aeneidos, hoc est, multi codices eodẽ exemplo: & Exẽplar ab exẽplari sumitur, non ab exemplo. Nam Exemplũ incorporale est. Exẽplar plerunq; corporale. Hinc

In Catil. Sallu. Literæ, quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, eorũ exemplũ infrà scriptum est. hoc est earum forma infrà scripta est, melius, quàm earũ exẽplar. Quòd forma sit exemplũ, Paulus Iuriscõsultus testatur: Si legatũ certum petatur, non iubet prætor uerba testamẽti edere: ideo forte

Epist.3.lib.3. fam.epist. tasse, quia hæredes solẽt habere exemplũ testamẽti, id est, formam. Cic. ad Appiũ: Ex his literis, quarũ ad me exem-

Epi.21.lib.10. fam.epist. plum misisti: Et ad Cic. tum Plancus, exemplar eius chirographi Titij dedi: tum Asinius Pollio, Ex literis cogno-

Epi.30.lib. 10 fam.epist. sces, nã earũ tibi exẽplar misi. Hi de pagina scripta, quod corporale est, intelligunt: ille de sententia, quæ in pagina continetur, uel potius ex pagina percipitur. Quòd si indistinctè his duobus libet uti, nõ sanè repugnabo: quũ præsertim Ouid. dicat, Exempla plura unius rei, pro exẽplaribus,

ribus. Nam unius rei unum, atq; idem exemplum est propriè (ut dixi) in diuersis licet exemplaribus. Loquēs enim de opere suo Metamorphoseos, lib. 1. de tristibus ait:

Pluribus exemplis scripta fuisse reor. Eleg. 6.

Reperitur etiam exemplarium, pro exemplari: Plin. lib. VI. Iuba hæc omisit in hoc tractatu, nisi exēplarium uitio sum est. Nō de eo autem exēplo dixi, quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornādæ causa, quæ significatio nota est omnibus. Vnde pars probationis uocatur ab exēplis, et in elocutione exemplum inter ornamenta numerantur.

Apud Plin. lib. 6. cap. 29. in emendatis codicibus sic legitur: Iuba, qui uidetur diligētissime ꝓsecutus hæc omisit in hoc tractatu, nisi si exemplarium uitium est. Berenicē alteram, &c.

In Boëthium, de Persona. CAP. XXXIIII.

PErsona est (inquit Boëthius) incommutabilis naturæ, indiuidua substantia: existimās se argumētatione collegisse, quare nō sit qualitas, nec aliud prædicamentū ullum, sed substātia. Sed huic homini Romano ostēdam Romanè loqui nescire. Persona nanque nō est in Deo magis, quā in bruto sicut humanitas, sicut alia plura. Sed demꝰ, ut in Deo etiā sit persona: quæro, quāobrē ea nō sit qualitas, siue de homine loquimur, siue de deo? Nam in homine quidē Persona significat qualitatē, qua alius ab alio differimus, tū in animo, tū in corpore, tū in extrà positis, quæ à rhetoricis enumerātur ī attributis personæ. Animi: ut quo studio se exerceat, medicinæ an iuris ciuilis, an militiæ. Et qua mēte: iracūdus, an moderatus: auarꝰ, an liberalis. Corporis: iuuenis, an senex: pulcher, an deformis: fortis, an ībecillis: mas, an fœmina. Extrà positorū: diues an pauper: clarus an obscurꝰ: maritus an cœlebs: parens liberorū, an orbus: et his similia. Ideoq; figuræ, et sigilla quædā, quæ rostris, aut alia corporis parte aquā fontanā emittūt, quia repræsentāt uarios hominū ultꝰ, & gestꝰ, ꝑsonæ dicūt. Et histriones ī scena personas accipiūt, aut quū seruū agunt,

aut ancillam, aut matronã, aut meretricẽ, aut senem, aut adolescentẽ, aut patrẽ, aut matrem, aut filium, aut regem, aut militem, aut lenonẽ, aut parasitũ, & mille huiusmodi, quæ nõ sunt singula in singuliis, sed plurima: ueluti in me est psona humani, liberalis, timidi, iracũdi, hebetis, somniculosi, literati, senilis, mariti, soceri, generi, patris, filij, fratris, pulchri, fortis, diuitis, nobilis, et interdũ cõtraria. Nã ad fortißimũ, pulcherrimũ, ditißimũ, non sum fortis, nec pulcher, nec diues, sed imbecillis, deformis, pauper. Alia itaq; ad hũc persona sum, quã ad eũ cui in his omnibus antecello. Et ad Priamũ sum persona filij, ad Astyanacta persona patris, ad Andromachã persona uiri, ad Paridẽ persona fratris, ad Sarpedonẽ persona amici, ad Achillem persona inimici. Quo fit, ut adsit mihi multiplex persona ac diuersa, sed una tantũ substantia. In deo autẽ personam ponimus, uel quòd nullũ aliud uocabulũ quadrat: non natura, quo ueteres utebãtur: nõ substantia, quo Græci utũtur: uel q, uerè in deo triplex est qualitas. Atqui hìc mihi os cõprimet Boëthius, neq; uocẽ prodire pmittet, dicẽs qualitatẽ eam esse, quæ poßit etiã abesse præter subiecti corruptionẽ. Hanc ego definitionẽ (ut Græculam, & ineptam) derideo: Dico lucẽ, uibrationẽ, calorem in sole esse qualitates, & hoc dico Latinè, omnibus, qui unquã Latinè locuti sunt, cõsentientibus, quanquàm de hac re suo loco in nostro opere de dialectice dißeruimus. Tales qualitates statuo in Deo, & has dico esse personas, quæ ab eo abesse nõ possunt, & qualitatẽ significare, nõ substãtiam, ut Boëthius uoluit, q nos barbarè loqui docuit. Hinc enim forsitan adductũ uulgus, ut sic loquatur, tres personæ me expectãt, uideo duas psonas, hìc est bona persona: qui sermo anteà fuit inaudit⁹, & hodie nemo nisi imperit⁹ omnino sic

no sic loquitur. Quanquã Boëthius ipse uiderit, quomodo persona est substãtia. Sũt autẽ in Deo tres personæ: nõ tres substãtias illi adesse intelligamus: præsertim quòd neq; ulla uox meram substantiã significat, neq; ulla res est mera substantia, ut in eodem nostro opere ostendimus.

In Iustinianum, de Noxæ dedere. CAP. XXXV.

N*Oxæ dedere, Iustiniani pace, siue Trebelliani, et sociorũ (nã Iustinianus nec iura, nec forsitan Latinas literas nouit) est pœnæ dare, siue tradere ob noxam, qua significatur culpa. Ille autẽ ait: Noxa, est corpus quod nocuit. Et in eodẽ loco: Corpus deditur noxæ. Si noxa corpus est, quomodo corpus deditur noxæ? Nũquid corpus deditur corpori, aut corpus sibi? Quanquã quid hæc oratio ad significandũ pœnã faceret? Est autẽ hæc pœna seruorum, quos domini malũt ad pœnã tradere, quàm præstare maleficiũ quod illi admiserũt. Paulus ita definit: Noxales appellantur actiones, quæ nõ ex cõtractu, sed ex noxa, atq; maleficio seruorũ aduersus nos instituũtur: quarũ actionũ ius, & potestas hæc est, ut si dãnati fuerimus, liceat nobis deditione corporis, quod deliquerit, euitare litis æstimationẽ. Vlpian. quoq; addit, ut corpus tradatur uiuũ igni. Quintil. in Gladiato. Alebat deuotũ corpus grauior omni fame sagina, et inter dedita noxæ mãcipia cõtemptißimus tyro gladiator, ut nouißime perderẽ calamitatis meæ innocentiam, discebam quotidie scelus. Nam noxa etiam damnum significat, ut apud Ouid. lib. XV. Metamor.*

Institut. Imper. li. 4. titu. de noxa. act. §. j. & ij.

Declam. 13.

Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Cap. 81.

Et Suetoniũ de Cæsaris uita: Spurinamq; irridens, & ut falsum arguẽs, quòd sine ulla sua noxa Idus Martiæ adessent. De brutis autem impropriè dicitur, ea dedi noxæ: ut de capra apud eundem Ouidium libro primo Fastorum,

Verba fides sequitur, nox & tibi deditus hostis
Spargitur effuso cornua Bacche mero. Seru. super

Aeneid. 1. illud Verg. *Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei: ait, Noxã pro noxia, id est, culpa: quasi per se Noxa nõ signi*

Lib. 4. cap. 5. *ficet culpã: quã familiaris eius (ut opinor) Macrob. leuem culpã accipi uult. Atq;, ut sibi crederemus, noxã nõ culpã esse, sed pœnã, ait culpã Noxiam dici: quasi noxiã sæpius, quàm noxã in hac significatione reperiamus, quam dictio nem nusquam reperimus. Quòd dixi Iustinianum forsitan nec iura, nec literas Latinas scisse, nemo miretur: tũ quia semper in Græcia uixit, tum quia se dominũ Iustinianum (ut ex numismate eius apparet) dici uoluit, ut quidam alij Cæsares fecerũt, quod à uiro Romano est alienißimũ: & character ipse literarũ, figurarumq; illorum temporum numismatis Gotthicum magis redolet, quàm Latinum.*

In eundem, de Testamentum. CAP. XXXVI.

Iustinia. instit. lib. 2. tit. de testamen. in prin.

TEstamentũ, idem inquit, ex eo appellatur, quòd testatio mentis est. *Quæ definitio quorundã Iurisconsultorũ fuit, quos si iuste A. Gellius coarguit, quantò ego iusti? hunc arguere poßũ, qui explosam, atq; derisam etymologiam inculcat? Nã cur à mẽte potius dicatur, quàm à men to, uel à mẽta? quia nihil ad hãc significationẽ mentũ, men ta'ue facit, inquies. Quid ergo Mens ad armentũ, ad salsamentũ, ad ornamentũ, ad cõdimentum, ad armamentum, ad pauimentũ, & cæmentũ, ad calceamentũ, ad uestimentum, & huiusmodi infinita? Nec minus inepta uidetur mihi hæc etymologia, quã illa apud Donat. apud Seru. apud Isidorum: Oratio dicta est, quasi oris ratio. Quid Aratio est? quid Deuoratio? quid Trituratio? quid Operatio? quid mille huiusmodi? nunqd in his ratio est? an talia sunt, qualia cætera à supinis profecta, Satio, Potatio, Meßio, Lectio?*

Quid,

Quid? nō etiā à supino Ratio uenit, Reor, ratū, ratio, sicut ab Oratū Oratio? Eò magis quòd secundam syllabam bis accipi uult, quasi dicatur Oriratio: & nō Oratio. Nō est ergo uera etymologia hæc, neq; à mente, neq; à mēto, neq; à menta: sed potius hæc nomina assumūt, Tū, syllabā, cū exirēt anteà in Men, ut, Vestimē, calceamē, munimē, lenimen, nutrimen, spiramē, medicamen, uelamen: quibus adiecta Tū, fit Munimentū, lenimentū, nutrimentū, spiramentum, medicamentū, uestimentum, uelamentū, calceamentum: ita Testamen addita syllaba tum, fit testamentū. Quòd si à mēte descenderet testamentū, Testamētia diceremus, quemadmodū Dementia, & Amētia. Nihil habet magis ridiculum hæc, de qua loquitur, scientia, quā etymologiam, in qua ipse quoq; Varro & lusit, & lusus est.

In Donatum, de Syncerum. CAP. XXXVII.

SYncerū (Donatus inquit) quasi sine cera, mel simplex & purū, & sine fuco. Imò cum cera potius Syncerū à σὺν componitur, non à Sine, quæ nunquàm compositionē admittit, qđ ipsa etiā scriptio declarat, quæ y, habet nō i. Est enim ex duobus Græcis cōpositū, ex σὺν & cera, quæ ab illis dicitur κηρὸς, uel à σιὼνκηρὸς conuertimus. Quò magis uenusta, atq; apta huius autoris etymologia est, indicatur etymologiā plerūq; fallacē esse: qa significatio hæc nō ita absoluta, et uera est. Quid uenustius atq; aptius dici pōt, q̄ Fidem ideo uocatam, quia fiat quod dicitur? Quā etymologiā fallacē esse declarat, quòd hoc nomen chordā instrumēti musici significat. Et tamē licet dicere syncerū quasi cum cera mel, quod integrū est, & solidū, & nulla sui parte fraudatū: ut si diuidere fructum communium aluealiorū cū socio uelim, partēq; tantùm mellis aßignem, nimirùm non ago syncerè, quòd sine cera mella dedi.

Donat. In illud Teren. in Eun. act. 1. sc. 2. Si istud crederem syncerè dici.

In Iurisconsultos, de Mulier. CAP. XXXVIII.

MVlieris appellatione (Caius inquit) etiã uirgo uiri potens continetur. Vlp. autem quodam loco ita ait: Quòd si ego me uirginem emere putarẽ, quum esset mulier, emptio non ualebit. Hic *mulierem appellat, quæ uirgo nõ est: ille etiã quæ uirgo est.* Et *Vlpiani quidẽ locutio* Quint. lib. 6. cap. 4. *recta est, Ciceronis testimonio, qui obiurgantibus, q̃ sexagenarius Popiliã uirginẽ duxisset, Cras mulier erit, inqt. Sed Caij quoq; definitio locũ habet aliquãdo: ut si qs uidens decẽ fœminas, quarum aliqua uirgo sit, ætate tñ qua mulier esse posśit, dicat, Vidi decẽ mulieres. Quo modo etiã ĩ Euãgelio dicitur: Quid mihi, et tibi est mulier? Sed ex Græco sumptum est γυνὴ, uel θῆλυς, quo significatur uel fœmina, uel mulier. Idem quoq; Vlp. inquit: Mulierẽ ita arctam, ut mulier fieri non posśit, sanã non uideri constat. Eandem dixit & mulierem, & non mulierem: primum pro ea, quæ est fœmina: secundum pro corrupta.*

In eosdem, de Munus, & Donum. CAP. XXXIX.

MVnus (Paulus inquit) trib⁹ modis dicitur. Vno Donum, et inde Munera dici dari, mitti'ue. Altero Onus quod quũ re mittitur, uacationem militiæ, munerisq́; præstat: inde Immunitatẽ appellari. Tertio dicitur Officium, unde Munera militaria, & quosdã milites Munificos uocari. Igitur Municeps dici, q̃ munera ciuilia capiant. Idẽ alibi: Municipes ĩtelligẽdi sunt et ij, q in eodẽ municipio nati sunt. Vlp. Municipes quidẽ propriè appellantur muneris participes, recepti in ciuitatẽ ut munera nobiscum facerent. Sed nũc abusiuè Municipes dicimus suæ cuiusq; ciuitatis ciues, utputa Cãpanos, Puteolanos. Põponius ita ait: Munus publicũ, est officium priuati hominis, ex quo cõmodum ad singulos, uniuersosq́; ciues, remq́; eorum

rum imperio magistratus extra ordinem peruenit. Marcus autē sic: Munus ꝓpriè est, quod necessariò subimus, lege, more, imperióue eius q iubēdi habet potestatē. Dona aūt ꝓpriè sunt, quæ nulla necessitate, aut iuris officio, sed sponte præstātur, quæ si nō præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerūq; laus est. Sed in hoc uetū est, ut nō quodcūq; munus, idemq́; donū accipiatur. At quod donū fuerit, id rectè munus accipiatur. Quomodo hi Iurisconsulti inter se cōueniāt, & an aliquid desit alicui horum, Accursius cū Bartholo, Baldoq́; cōsultet: dūq; mihi (ut more ipsorū loquamur) ambo, tresúe respōdeant, affirmētq́;, quod Marcus ait, donū esse speciē, munus uerò genus, ideēq; contrariū esse uerbis Vlpiani dicentis, Inter donū, & munus hoc interest, quod inter genus, et speciē. Nā genus esse donū: ideo Labeo ait à donando dictū: munus esse speciem, nā munus esse donum cum causa, utputa nataliū, nuptiarum: hic meam non interpono sententiam, ne illos triumuiros doceā contra me respondere. Quòd si qui me utiq; sequi uoluerint, respondeāt neutrum uerū dicere. Nā neq; genus, neq; species in hæc duo nomina cadit & nullum mihi uidetur donum sine causa esse.

In eosdem, de Peculium. CAP. XI.

PEculiū est, Pōponius inquit, nō id, cuius seruus seorsum à domino rationē habuit, sed quod dominus ipse separauit, suam à serui ratione discernens. Peculiū Celso referēte, Labeo sic definit, Est quod seruus domini ꝓmissu separatū à rationibus dominicis habet, deducto inde, si qd domino debetur. Idē alio loco: Pater familiâs peculiū habere nō potest, quemadmodū nec seruus bona. Ex his uerbis apparet, nec dominū habere peculium posse, et solum seruum habere. Idē Pōponius, & Celsus alibi aiūt. Vnde

colligi posit, etiam non seruum ac dominum habere peculium. Pomponius enim ita scribit: Castrense peculium est, quod à parētibus, & cognatis in militia degēti donatum est: uel quod ipse filius in militia acquisiuit, quod nisi militaret, acquisiturus nō fuisset: nā quod erat sine militia acquisiturus, id peculiū eius castrense nō est. Celsus autē sic: Et audisse se rusticos senes ita dicētes, Pecuniā sine peculio fragilem esse. Peculiū appellantes, quod præsidij causa reponeretur. A quo non dissentit Vlp. dicens: Peculium dictū est, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillū. Quid ergo inter has definitiones sequemur multiplices, & inter se propemodum cōtrarias? quū præsertim Festus ita scribat: Peculiū seruorū est, à pecore dictū, sicut pecunia patrū familiæ, siue nobilium. Et Seruius Grāmaticus: Peculiū patrimoniū (ita enim maiores dicebāt) à pecoribus, in quibus cōstabat uniuersa eorū substātia. Vnde etiā Pecunia dicta est à peculio, quod propriè tantū est seruorum: & Peculiū dicimus (licet abusiuè) pro patrimonio. Ipse uerò tanquā arbiter honorarius, hanc rē dijudicabo, et quidem breuiter. Peculium, est quicquid labore nostro partum est, in quacunq; persona, licet in seruis iura uelint dominorum accedere consensum. Et ita sensisse Vergiliū sentio in ea parte, quam exponit Seruius:

Lib. 14.

In illud Ver. Eclog. 1. Nec spes liber, &c.

Eclog. 1. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Et Horat.

Ser. 1. Saty. 1. Rem poteris seruare tuam: redit uncia: quid fit?
Semis, ad hæc animos ærugo, & cura peculi.

Et Ciceronē in Paradoxis: An eorū seruitus dubia est, q cupiditate peculij nullā conditionē recusant durissimæ seruitutis? Et illos quoq; rusticos senes, de qbus Celsus meminit, pecuniā sine peculio fragilē esse, id est, sine lucro industria parto. Nam cur habenti pecuniam maior spes præ-

sidij

sidij collocetur in pusillo, quod reposuit, quàm in ipsa pecunia, quũ præsertim peculiũ pars sit pecuniæ? aut quomodo præstare poßit reposita illa pecunia, ne cætera dilabatur? Vel, Peculiũ est quicquid propriè alicuius est. A' peculio fit adiectiuũ Peculiaris, pro re ad peculiũ pertinente, siue peculij propria. Sed in usu iã receptũest pro proprio, siue speciali. Quintil. li. VIII. Quod cõmune est & alijs nomẽ, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur: ut Vrbẽ Romã accipimus: & uenales, nouitios: & Corinthia æra: quũ sint urbes aliæ quoq;, & uenalia multa, & tam aurũ, & argentũ, quàm æs Corinthiũ. Idem in XI. Ambulãtem loqui ita demũ oportet, si in causis publicis, in quibus multi sunt iudices, quod dicimus, quasi singulis iter inculcare peculiariter uelimus. Et in lib. VI. Paulum impendamus huic quoq; peculiaris operæ. Peculatus, furtum rerum ad ipsam Remp. pertinentium, uel ad prouẽtus principis spectantium, sicut Sacrilegium rerum sacrarũ. Inde Depeculor, quod quidam ad sacrilegium etiam transferunt. Cap. 2. Cap. 3. Cap. 5.

In eosdem, de Fundus, Ager, Villa, Prædium. CAP. XLI.

Fundus, Vlpianus ita finit, Locus est non fundus, sed portio fundi aliqua. Fundus autẽ aliquid integrũ est. Plerunq; fundũ sine uilla accipimus. Idẽ alibi: Ager est locus, qui sine uilla est. Modestinus uerò sic: Quæstio est fundus à poßeßione, uel agro, uel prædio quid distet. Fundus est omne quicquid solo continetur. Ager est species fundi, quæ ad usũ hominis paratur. Poßeßio ab agro iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehẽdimus, cuius proprietas ad nos nõ ptinet, aut nequit pertinere, hoc poßeßionẽ appellamus. Poßeßio ergo usus, ager proprietas loci est. Nã et ager, & poßeßio huius appellatiõis species sunt. Florẽtinus:

tinus: Fundi appellatione omne ædificium, & omnis ager cõtinetur. Sed in usu urbana ædificia, ædes rusticæ, Villa dicũtur. Locus uerò sine ædificio in urbe, Area: in rure autẽ, Ager appellatur. Idemq́; Ager cũ ædificio fundus dicitur. Ecce diuersæ Iurisconsultorũ sentẽtiæ cùm in alijs, tũ in hoc, quòd Vlpianus ait plerũq; fundũ esse sine uilla, id est, sine ædificio: Florẽtinus autẽ, agrũ cum ædificio esse fundũ. Modestinus obscurè exponit, agrũq; definiẽs, cum neutro aliorũ concordat, sed ridiculè à possessione distinguit ne dicã imperitè, loquẽs de possessione, quãdo significat qualitatẽ, nõ quãdo significat substantiã, perinde ac si quis dicat de uirtutibus, ac uitijs loquens, Prauũ, & Malum sic differũt: Prauũ est id, quod non recta ratione, & uia fit. Praua enim appellãtur, quæ nõ sunt recta, ut lignũ prauũ. Malum uerò genus pomi est. Quid hoc foret dictũ ineptius, ubi de qualitatibus, & actionibus agitur, digredi ad substantiã, quæ ad rem nõ pertineat? ita hic quũ de fundo, de agro, de prædio, de possessione disputat: non de ea significatione possessionis loquitur, qua proprietas intelligitur, sed qua actio poßidendi, siue qualitas. Quod si ita est, quid affinius habet possessio ad fundũ, agrũ prædiũ, quàm ad nauẽ, equũ, uestẽ? Harũ nanq; rerum ita possessio est, ut illarum: sed non de huiusmodi possessione loquendum erat, quæ præsertim (ut ipse ait) non est species prædij, uel fundi. Prædium enim, fundus'ue proprietas est, quorũ utrũlibet (si generale nomen est) ad possessionẽ profectò non usus, sed proprietas dicẽda Modestino possessio fuit. Sed quid facias? ipse aliter possessionẽ definit. Quòd si quis dubitet an possessio proprietas sit, accipiat præter ipsorũ Iurisconsultorum, etiã Ciceronis, & Quintil. testimonia: quorũ alter in Paradoxis ita scribit:

Etenim si isti callidi æstimatores prata, & areas magni æstimāt, q̃ ei generi possessionū minimè noceri pōt. Non de usu uidelicet locutus est Cicero, cui certè noceri potest, sed de proprietate. Alter in sexto de Oratoria institutione: Patris eius dialogos dedit legēdos, quorū quū in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tyburti sermonē habitū cōplecteretur, requirebat ubi essent hæ possessiones. Omnes autē illas Brutus uendiderat. Nemo interrogat ubi est usus prædiorū, sed ubi est proprietas. Nemoq́; usum uēdit, sed proprietatē, aut usūfructū. De Prædio autē Vlpianus ita scribit: Prædia urbana, omnia ædificia accipimus, nō solū ea quæ sunt in oppidis, sed etiā si fortè stabula, uel alia meritoria in uillis, & in uicis, uel si prætoria uoluptati tantū deseruiētia: quia urbanū prædiū nō locus facit, sed materia. Proinde hortos quoq́; (si qui sunt in ædificijs constituti) dicendū est in urbanorū appellatione cōtineri. Planè si plurimi horti in reditu sunt, uinearij fortè, uel olitorij magis, hæc nō sunt urbana. Etiā de Prædio, sicut de fundo Iuriscōsultorū cōtrouersia est. Nec mirū, quum nemo nō habeat suā de rebus quibusq́;, uerbisq́; sententiā. Sed de posterioribus, qui ex operibus illorum excerpserūt, miror quòd hæc indiscussa reliquerūt. Id (ut ego quod ad me attinet faciā) ita sentio: Agrum cōtinere fundū, nō contineri à fundo: nihilq́; prohibet eū cum uilla esse. Erāt in agris senatores, & uixerūt multi nobilißimi philosophi in agris, nimirū nō sine uilla, & habitatione. Differtq́; Ager ab Aruo, quòd Aruū sementi datur. Sallustius: Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quā aruo studēt. Quintil. Pauper, & diues in agro uicini erant iūctis hortulis. Et mox: Sed si ex omni parte diuitis circūiectus ager uix tenuē ad gressus meos semitā dat. Quid agimus inquam?

Cap. 4.

In Iugurt.
Declam. 13.

inquam? undique uallo diuitiarũ clausi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde uineta, hinc saltus. Fundus *(ut dixi) min⁹ quiddã est. Singula enim propriè prata, singulæ uineæ, singuli horti, singula olìueta, pomœria, salicta, arbusta, pascua, nemora, loca aucupatoria, uenatoria, piscatoria, siue uillam, atq; ædificiũ, siue piscinam, atq; aluearia, siue uiuaria habeant, siue non habeant, singuli* Fundi *sunt, & hoc quidem in agro. In urbe autẽ, siue oppido, siue uico, siue castello, tantũmodo* Prædiũ *est, quicquid tale est, qualia hæc, quæ enumeraui. Nãq; eadẽ in agro etiã prædia sunt.* Fundus *enim species prædij est. Itaq; fundus est* Possessio *rustica.* Prædium *& rustica, & urbana duntaxat possessio, qualem descripsi. Nam uidetur* Possessio *etiam significare tabernas, hospitia, horrea in urbe. Cic. in Philipp. Possessiones notabat & urbanas, & rusticas.* Philipp. 5. *Puto non tantum prædia, sed & cætera, quæ* Immmobilia *uulgò appellantur. Addamus ad hæc aliquid de hoc* Fundum, *quod an à fundo fundas, an potius fundo à fundum, siue à fundus ueniat, ambigi potest. Quidam* Fundus *à funda dici uolunt. Cicero in quodam ioculari libello:*

Fundum Varro uocat, quem poßis mittere funda,
Ni lapis exciderit, qua caua funda patet.

Nisi hæc sentẽtia sit, tam paruũ illũ fuisse fundum, ut funda prehendi, & in morẽ lapidis iaci posset. Fundũ *igitur est ima pars rei, propriè aliquid liquoris intra se cõtinẽs, aut ad cõtinendũ facta, ut doliũ, ut nauis, ut alueus, uel fluminis, uel lacus, uel stagni, uel maris. Nam* Fundum turris *(ut quidam scripserunt) ipse nõ dicerem.* Fundamentum *(ut omnibus liquet) aliud est, quàm* Fũdum: *& tamẽ* Fundare *magis ad fundamentum, quàm ad fundum pertinet:* Fundamus *enim domum: non nauem, aut dolium: ut Verg.*

Ille

Ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis, Aeneid. 11.
Victor Gargani fundabat Iapygis aruis.

Nã Fundamentare non reperitur: nec Fũdare quidem est sanè frequẽs, nisi per translationẽ. Quint. in Gladiatore: Declam. 9. *Hoc fundatã paternis, auitisq; opibus domũ exhaurit. Est enim frequentius Iacere fundamenta, etiã per translationem: ut idem lib. 1. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & (quod est ubiq; perniciosissimum) præuenit uires fiducia. Et Cic. In quo templo (quantũ in me fuit) ieci fundamenta pacis. Sine* Philip. 1. *translatione, Sueto. de uita Caij: In arce Capitolina nouæ* Cap. 22. *domus fundamẽta iecit. Cæterũ hoc differunt Fundare, & Fundamenta iacere, quòd Fundare est ualidis fundamẽtis fulcire: Fundamenta iacere, quasi qualiacunq; fundamẽta facere, & quodammodo dare rei principium. Neq; uerò sicut reperitur Fundus, & Fũdum, ita reperitur Pũctus, & Punctum. Errantq; philosophi, quũ punctus, & linea dicunt. Nam de Punctum, quod est breuissimum tempus, nulla lis est: ut Terent. in Phor. -Tum temporis mihi punctum Ad hanc rem est. Pro eo autem sensu in quẽ utuntur* Act. 1, sce. 4. *philosophi, Cic. pro Plancio: Nam quod questus es, plures te testes habere de Velina, quàm quot in ea tribu puncta tuleris. Quidam Momentum pro eodem significato accipiunt, cuius est punctum, tamen aliter est. Breue enim tempus significatur per illud, per hoc uerò breuissimũ. Horatius: -Quid enim? concurritur horæ Momento.* Lib. 1. Serm. Satyr. 1.

In eosdem, de Noualis. CAP. XLII.

NOualis (inquit Paulus) est terra proscissa, quæ anno cessat, quæ à Græcis ὁ καὶ ἡ νεὸς καὶ τὸ νέωμα uocatur. In quo autoritatem Varronis secutus uidetur, dicentis: Varr. li. 4. de ling. Lat. *Ager restibilis, q restituitur, ac reseritur quotãnis. Cõtrà*

qui

Lib.18.ca.19. *qui intermittitur, à nouando* Noualis *ager.* Et Plinij, *qui ait,* Nouale *est, quod alternis annis seritur.* Idẽ quoq; *sen-*
Lib.12. *tire uidetur* Festus Pompeius, *qui dicit:* Noualis *ager, no-*
uæ relictus sementi. Sunt qui uolunt Noualem *esse aruum*
Seru.in illud Verg. Alternis idem tonsas, &c. Georgic.1. *tunc primùm ad semẽtem proscissum, quorũ est* Seruius, *qui inquit:* Dicimus *& has nouales, & hæc noualia.* Pro-
prie nouales tunc primùm arua proscissa. Quod *ita sen-*
sisse Vergilium *palàm est, in illo uersu:*

Eclog.1. *Impius hæc tam culta noualia miles habebit?*

Ineptum erat deplorare agrũ à barbaris poßideri, quòd non esset restibilis, sed quòd anno interquieuisset. Deplorabat igitur agrum, in quo instruendo magnopere laborasset, & nouitate ipsa præter cæteros uberiorem, datum iri in manus alienas, & barbaras, & impias. Quod *etiã*
Declam.3. *& sentit, & declarat in milite* Mariano Quintilianus.
Mox ingentibus lacertis humum fodere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Hieronymus *etiam definit in hunc sensum, dicens:* Nouale, *est ager nunc primùm proscissus.* Sed Verg. *in sensum priorem accipit, quum inquit:*

Georg.1. *Alternis idem tonsas cessare nouales,*
Et segnem patiere situ durescere campum.

Seru. in illud Verg. impius hæc tã culta, &c. Eclog.1. *Ideoq;* Seruius *alibi ait:* Nouália: *id est, noua rura, quæ per singulos annos renouantur per semina.*

In eosdem, de Liber, & Volumen. CAP. XLIII.

SI *cui,* Vlp. *inquit, centum libri sunt legati, centum uolumina ei dabimus, nõ centũ, quæ quis ingenio suo metitus sit, quæ ad libri scripturã sufficerent: utputa quũ haberet* Homerum *totũ in uno uolumine, non quadraginta octo libros computabimus. sed hoc unum* Homeri *uolumẽ pro libro accipiendum est.* Vlpianus Homeri *opus nunc*
unum

unum librum, nunc quadragintaocto libros nominat. Nec tamen ait librum duo significare, ipsum opus, & certam operis partem. Præterea opus siue opera Homeri librum appellat, & uolumen. quorũ utrunq; inauditum est. Vergilij Aeneis, non liber est, sed duodecim libri. Georgica, non sunt item liber, sed libri quatuor. Bucolica, unus liber est, idemq; unum uolumen. Georgica, quatuor uolumina: Aeneis, duodecim. Ouidius: De Trist. li. 3. eleg. 13.

Sunt quoq; mutatæ ter quinq; uolumina formæ.

Sed quid exẽplis agimus, quũ nusquam plura afferri possint? At Vlp. putat etiam si omnia opera Didymi, quo nemo plura scripsit, in unum codicem cõglutinarentur, unũ tantùm debere uolumen appellari, quod nemo nec posset euoluere, nec ferre uellet. Est enim uolumen uel à uolo, quòd in libris uolũtas apparet, uel (quod magis sequerer) à uoluo, ꝙ uoluitur, quales libros hodie Hebræi quosdam habent, qualesq; in ueteri, & nouo testamento lectitamus fuisse. Et Romani, qui in libris arborum, id est, corticibus scribebant: quòd libellos illos, quò ferrent cõmodius, complicabant, uolumina fortè appellauerunt. Itaq; uolumina libellis similiora fuere, quã libris. Quod ex eo quoq; loco apparet, ubi Plin. de libris auunculi loquens, ait, Studiosi (scilicet libri) tres in sex uolumina propter amplitudinẽ diuisi. quasi dicat in sex minores libros, ut sint uolumina aliquantò minora, quã libri. Quod etymologia quoq; nõnihil probat, ut ostendi. Vnde adhuc durat uerbum Euoluere libros, pro eo quod est aperire lectitãdi gratia, quasi rem complicatam explicare: quemadmodũ Reuelare, est rem uelatã detegere. Nisi dicamus euolui libros propter numerum paginarum. Accipitur autem nunc Euoluere libros, siue autores, pro eo quod est lectitare. Epist. 5. lib. 3.

In eosdem, de Probrum, & Opprobium: Exprobrare, & Improbrare. CAP. XLIIII.

PRobrũ, & Opprobriũ, Vlp. inquit, idẽ est. Probra quædã natura turpia sunt, quædam ciuiliter, & quasi more ciuitatis improba: utputa, furtum, adulteriũ natura turpe. Enimuero tutelæ damnari, hoc nõ natura probrũ est, sed more ciuitatis. Nec enim natura probrũ est, quod potest etiã in hominem idoneũ incurrere. Vlp. Probrum accipit pro infamia tantũ, qualis est ex furto, uel male gesta tutela, non pro flagitio: quod principale significatum est. Nã Probrũ idẽ est, quod dedecus: quod duo significat.
Declam.3. Vnum, quod est crimen: ut Quint. statim in principio declamationis in milite Mariano inqt, Satis dedecoris, atq; flagitij castra ceperũt. Alterũ, qđ est ignominia, atq; infamia, quod notũ est. Similiter accipitur Probrũ pro cri-
Cap.4. mine: ut idem libr. 1. Iam si minor in eligendis custodũ, & præceptorũ moribus fuit cura, pudet dicere, in quæ ꝓbra nefandi homines isto cædẽdi iure abutãtur. Pro ignominia Liu. li. v. His freti occursant portis, ingerũt probra, ægrè abstinẽt quin castra oppugnẽt. Quæ duo nomina tanquã similia eodem loco Cic. coniunxit in Catone Maiore: Mihi uerò, & Flacco neutiquã probari potuit tã flagitiosa, & tã perdita libido, quæ cũ probro priuato coniungeret imperij dedecus. Præterea ne similequidẽ est sanè probrũ opprobrio. Non enim Latinè dixisset Cic. quæ cum opprobrio priuato coniungeret imperij dedecus: quemadmodũ in Sallu. dixit: Itaq; timens ne facinora eius clàm uobis essent, quum omnibus matribusfamiliâs uestris opprobrio esset, confessus est uobis audientibus adulteriũ. Est autem Opprobrium aliquando facto, sed frequẽtius uerbo. Nam Sallustius (ut uult Cic.) uel ex eo quòd quibus cum fœmi-

nis

nis habuisset usum, erat notum: uel quòd ipse illis uulgò impudicitiam obijciebat, opprobrio erat. Horatius: Saty.4.lib.1. Sermo.

Sic teneros animos aliena opprobria sæpe
Absterrent uitijs. Quintilianus:

Modò maledictis, opprobrijsq; uulgi, modò crebra riualium contẽtione pulsatus, abigi tamẽ, cõpesciq; nõ posset. Declam.15.
Opprobrijs dixit, quasi exprobrationibus, atq; cõuitijs. Declam. 19.
Et alibi: Solebat indignatio uestra, conuitia nostra ferre nõ posse: & matronalis indignatio dicere uidebatur, Nõ parcis erga me marite uerbis, nullã habet nostri tuus sermo reuerentiã, facilè prorũpis in opprobria, facilè quodlibet obijcis. Pro eodẽ ferè posuit opprobria, & cõuitia. Nec inficias eo, nonnunquã hoc modo accipi probrum, ut Liuij proximũ exemplũ, et Cic. ad Att. Epistolas mihi legerũt plenas omniũ in me probrorũ. Sed de hoc significato Vlpianus nõ intellexit. À Probro unum uerbũ cõponitur, quod est Exprobro, quod significat tum qualemcunq; culpam impropero, ut apud Ouid. lib. XIII. Metamor. Epist.9.li.11.

Scit bene Tytides, qui nomine sæpe uocatum
Corripuit, trepidoq; fugam exprobrauit amico.

tũ ingratitudinis, ut Terent. in And. Nã isthæc cõmemoratio Quasi exprobratio est ĩmemoris beneficij. Sed pro hoc significato frequẽter nos uitij alieni nomẽ apponim⁹: frequẽter etiã nomẽ nostri meriti. Cic. de Amic. Quorum pleriq; aut queruntur semper aliquid, aut etiã exprobrãt, eoq; magis si habere se putãt, quod officiosè, & amicè, et cum labore aliquo suo factũ queant dicere. Odiosum sanè genus hominũ officia exprobrantiũ. Exprobrare ergo beneficia sua est immemorẽ beneficij accepti inculpare. Imputare uerò frequẽter ad significationẽ exprobrantis accedit, sed citra reprehensionem: quod an apud Cicer. sit, Act.1. scen.1.

nescio. In posterioribus uerò creberrimũ est: ut Quintil.
Declam. 1. Neq; ego grauißimũ patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, quòd hæredẽ filium scriberet, nõ est res quæ imputetur. Et alibi: Imputas nobis propitios uentos, et se-
Declam. 12. cundũ mare, ac ciuitatis opulẽtæ liberalitatẽ, quæ tãtum frumẽti uẽdidit, quantũ duobus populis satis esset. Imputare nonnunquã pro computare reperitur: ut Caius, Qua ratione placuit legata, quũ legatarij non capiũt, quũ apud hæredẽ subsederint, hæreditario iure apud eos remanere intelligi, & omni quadrãti imputãda. Marcus, In quarta hæreditatis, quã per legẽ Falcidiã hæres habere deberet, imputãtur res, quas iure hæreditario capit, non quas iure legati, aut fideicõmißi, uel implẽdæ cõditionis causa accepit. Nã hæc in quarta nõ cõputantur: sed in fideicõmissaria hæreditate restituẽda, siue legatũ datũ sit hæredi, siue percipere, siue deducere, uel retinere passus est, ei imputãtur. Reputare quoq; in idẽ significatũ. Vlpia. Præterea si matrẽ aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eũ posse. sed est uerius nõ nisi per quẽ egenti dedit, imputare eũ oportere. Deinde: Sed & si seruis cibaria præstiterit, uel libertis scilicet rei pupilli necessarijs: dicendũ est reputaturũ. Idẽq; est si liberis hominibus, si tamẽ ratio præstãdi iusta intercedat. Itẽ sumptus litis tutor reputabit, et uiatica, si ex officio necesse habuit aliquò exire, uel ꝓficisci.

In eosdem, de Stuprum, & Adulterium. CAP. XLV.

INter Stuprũ, & Adulterium (Modestinus ait) hoc interesse quidã putãt, quòd Adulteriũ in nuptã, Stuprũ in uiduã cõmittitur. Sed lex Iulia de adulterijs indifferenter hoc uerbo utitur. Et hoc quidem cõtinetur in libro de Rerũ, & uerb. signifi. Alibi autẽ idẽ ait Stuprum committit, qui liberã mulierẽ cupidinis causa, nõ matrimonij cõtinet,

tinet, accepta uidelicet cõcubina. Adulteriũ in nupta, stuprũ in uirgine, uel uidua, uel puero cõmittitur. Quid mirũ si plures iurisconsulti in definiẽdo inuicẽ dissentiãt, quũ unus, atq; idẽ secũ dissentiat? Hic nõ uidetur sentire cũ lege Iulia. *Sed culpa illorũ est, qui definitiones huiusmodi descripserũt, quæ si aptè fuissent cõglutinatæ, probari possent, ut illa* Papiniani *dicẽtis:* Lex Iulia *stuprũ, & adulteriũ promiscuè Græcè* μοιχείαν *appellat. Sed propriè adulteriũ in nupta cõmittitur propter partũ ex altero conceptũ, cõposito nomine. Stuprũ uerò in uirgine, uidua'ue cõmittitur: quod Græci* διαφθορὰν *appellãt. Cuius definitionẽ approbo, illud tamẽ addẽs, Legẽ* Iuliã *rectè hæc duo promiscuè appellasse: nõ quod omne stuprũ sit adulteriũ, sed quòd omne adulteriũ sit stuprũ. Neq; rectè* Iurisconsulti *excipiũt stuprũ à nupta, quũ etiã in quotidiano sic sermone loquamur. Quale est apud* Quintil. *Vxor marito dixit appellatã se de stupro à priuigno, & sibi constitutũ tẽpus, et locũ. Et alibi: Furtiua stupra, raptosq; cõcubitus obijcit uel ex falso maritus. Fas est, fieri solet. Parcius tamẽ, si iãsit et mater, si in fidẽ castitatis uxoria fœcũditate profecerit. Quare ego ita sentio, Stuprum esse coitũ lege uetitũ: qui duplex est. Vnus, cũ nupta, aut cũ puero, aut cũ sanguine cõiunctis, aut sanctimonialibus. Quanquàm hæc duo posteriora potius appellamus* Incestũ. *Alter quũ uim afferimus cuilibet personæ, etiã ancillæ. Vnde* Stuprare *dupliciter accipitur, cuius posterioris sensus testimonio est lex, quæ stupratoribus masculorũ pœnã statuit decem millium, quum pædiconibus nulla esset pœna constituta.*

In eosdem, de Instratum, & Stragula. CAP. XLVI.

INstratũ (*Vlpianus inquit*) *omne uestimentũ cõtinere, quo amicimur, Labeo ait. Neq; enim dubiũ, quin Stra-*

gula ue stis sit omne palliū. Videtur Vlpianus intelligere stragulam uestē esse uestimentum hominis, quo amicitur, quale est Græcorū palliū. Vt enim Romani Togati à toga, sic Græci Palliati à pallio uocātur. Ego uerò nō memini reperisse me Stragulā uestē in hūc sensum, sed in opertoriū lectorū potius, ubi & dormiebāt, & discumbebant. Quod Varro testatur de culcitra loquēs: Ac quicquid insternebāt, à sternēdo stragulū appellabāt. Et equorum, similiūq;, quorū operimentū etiā Instratū uocatur. Hîc illud admonebo, inuerti frequēter significatū uerbi, ut in hoc ipso uerbo Sterno: Sternimus quidem uestes humi, ramos arborū, flores, & multa huiusmodi. Tamē frequentius dicimus, Sterno humū floribus, ramis, uestibus. Hinc est, quare dicimus toros, lectosq; sternere, & equū sternere, non quia sint diuersi sensus, sed quia resoluuntur: ut sit Sernere (uerbi gratia) lectos, & equos tapetis, idem quod sternere tapeta lectis: & equis. Culcitra autem est tam lanea, stupea, & si quid est eiusmodi, quàm plumea.

Varr. li. 4. de lingua Lat.

In eosdem, de Pulsatio, & Verberatio. CAP. XLVII.

INter Pulsationē, & Verberationē, Vlpianus ait hoc interesse, ut Offilius scribit: Verberare est cum dolore cædere: Pulsare sine dolore. Sed cū utriusq; uenia, nō est eiusmodi inter hæc uerba differētia. An quū uerberamus frumēta: cū dolore uerberamus? Aut pulsamus potius, quā uerberam⁹? Et iumentū quū sentit ex flagellis dolorē, uerberatur? quū nō sētit, pulsatur? An Entell⁹ ille Vergilian⁹ sine dolore pulsabat Dareta? Sed (ne multis) quis nō uidet Verberare esse, uerbere cædere? quod est instrumentū lōgū, et exile, qualis est uirga, baculus, fustis, lora, flagellū, ferula, arūdo, et si qd est simile. Nec aliter dictū est Verberare à uerbere, quam Flagellare à flagello, Fustigare à

Aeneid. 5.

fuste.

fuste. Nã Verbera licet ꝓ uerberatione accipiãtur, tamẽ rẽ corporeã propriè significant, ut flagella, quæ sunt propriè summitates sarmentorũ. Quin. Ignes ex proximo raptos, uerberaq́; quæ casus obtulerat. Pulsare uerò est graui, ac uehemẽti ictu cædere, nec tã instrumẽto lõgo, et exili, q̃ breui, ac rotundo, ut pugnis, ut calcibus, ut malleis, ut saxis, quæ manu tenẽtur: quũ aliũ ꝑcutimus in similitudinẽ tympanorũ, quæ manu pulsantur: nec est semel, sed multis ictibus ꝑcutere. Nãq; non propriè pulsatũ aliquẽ dixeris, qui semel pugno ꝑcussus est. Adeò nõ minor iniuria fit ex pulsatione, q̃ ex uerberatione, præter eã causam, quã modò dixi, ꝙ & Pulsatio, & Verberatio est multa ꝑcußio, quodq́; plerũq; pulsatio fit in facie. Et ob pulsatos eorũ legatos Laurẽtes Tatiũ regẽ occiderũt, q nõ punisset propinquos suos, qui Laurẽtibus hanc iniuriã fecerãt. Et ipsa incußio calciũ contumeliosißima est, sæpe etiã mortifera, utiq; si fiat in ægrũ, in senẽ, in puerũ, in prægnãtẽ. Taceo si alia re quis alterũ pulsauerit, q̃ manu, aut pede: quũ uicinus meus uxorẽ solitus sit nõ modò pistillo, uerùm etiam mortario æreo pulsare, ut non crebrius pulset ipsum mortarium. Dictũ est autẽ à Pello, quod est percutio, & ferio: ut apud M. Tull. lib. 1. de Diuin. Vt pelluntur animi uehementius, sæpe etiam cura, & timore. Et in secundo: Num igitur, quum aut muros Babylonis, aut Homeri faciem cogito, imago illorum me aliqua pellit?

Declam. 19.

Liu. libr. ab urb.

In eosdem, de Pellex & Pallace. CAP. XLVIII.

P*Ellicẽ apud antiquos Masurius, Paulo testãte, scribit in libro Memorabiliũ, eam habitam, quæ quum uxor nõ esset, cũ aliquo tamen uiuebat. Eamq́; nunc uero nomine Amicã, paulò honestiore Concubinã appellari. C. Flaccus in lib. de iure Papiniano scribit, Pellicem nunc uulgo*

uocari, quæ cũ eo, cui uxor ſit, corpus miſceat. Secundum quoſdã ea, quæ uxoris loco ſine nuptijs in domo ſit, quam Græci παλλακὴρ uocant. Horum utrunq; *uere ſenſiſſe, & dixiſſe arbitror: ſed tamẽ pro ſuſcepti operis officio admonere debeo,* Pellicem *apud oratores & poëtas eam demũ haberi, quæ cũ eo, cui uxor eſt, corpus miſcet.* Ideoq́; Iuno *ſemper proſequitur pellices, quæ ſibi uxori* Iouem *præripe-*
Cap.10. *rent.* Vnde Plin. *libr.* xxxv. *uerbo Græco maluit uti, quum de* Alexandro *loqueretur, quem conſtat eo tẽpore cœlibem fuiſſe, quum* Apellem *ſcorto donauit, quam ueteri (ſi uerum eſt)* Latino, *pallace* potius, quàm *pellice.* Ita *autem ait:* Nanq; *quum dilectam ſibi ex pallacis ſuis præcipuam nomine* Campaſpẽ *nudam pingi ob admirationẽ formæ ab* Apelle *iußiſſet.* Quo *fit, ut* Curtiũ *ubi de eodẽ* Alexãdro, *& alijs loquitur, cæterosq́; ſcriptores opiner pallacẽ potius, quàm pellicem pro concubina cœlibis hominis dixiſſe, culpaq́; librariorũ in editionibus eſſe uitia-*
Cap.12. *tũ.* Suet. *de* Veſpaſiano *loquens, pallacarum dixit, nõ pellicum.* Et *alibi quoq;, &* T. Liuius, *multiq́; alij* Græco *nomine utuntur.* Sin *aliter inuenitur, librariorum (ut dixi) uitio dandum eſt, cuius rei hoc argumẽtum eſt, quòd non rectè quis dicitur habere pellicem, ſed uxor.* Et *eſt nomen relatiuũ ad alterius uxorẽ, cuius cũ uiro rem habet, non autẽ ad maſculum: nec rectè dicturos fuiſſe reor oratores illos, qui pallacem dixerũt, ſi pellicem dixiſſent, ut patet.*

In eoſdem, de Cauillatio. CAP. XLIX.

N*Atura Cauillationis, quàm* Græci σκῶμμα *appellauerunt, hæc eſt, ut ab euidẽter ueris p breuißimas mutationes diſputatio, ad ea quæ euidẽter falſa ſunt, perducatur.* Hæc *duobus in locis* Vlp. Caius *autem inquit:* Si *calumnietur, & moretur, & fruſtretur.* Inde *Calumniatores appel*

appellati sunt qui per fraudē, & frustrationem alios uexarent litibus. Inde & Cauillatio dicta est. Caius nullā fecit mentionē de euidenter ueris aut euidēter falsis, nec de breuitate. Nec puto faciendā fuisse, quū plerūq; cauillatio sit tecta, & insidiosa, multisq;, ac longis frequenter ambagibus utēs, & quæ uix ab acutis deprehēdatur. Quare Cauillatio est subdola ratio, quam nos conscij nobis mēdacij, uincēdi tamē causa proferimus. In hūc sensum semp Iurisconsulti usi sunt, & Quintiliani ferè seculū. Cic. autē pro genere quodā facetiarū, & hūc imitatus Aul. Gell. Titus Liuius utroq; modo. Ipse quoq; Cic. definit lib. II. de Ora. dicens: Etenim quum duo sint genera facetiarum, alterū æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum et breue: superior Cauillatio, altera Dicacitas nominata est. Cæterū Caius uidetur sentire, idē esse Calūniari & Cauillari. Quod non sentit Martianus, tantùm accusatori tribuens calūniari: quū ait, Calumniari esse falsa crimina intendere: quod per legē illam declaratur XII. tabularum: Calumniator idem patiatur, quod reus, si conuictus esset.

In eosdem, de Præuaricator, Tergiuersator, & Calumniator. CAP. L.

P*Ræuaricatores, Vlp. inquit, eos appellamus, qui causam aduersarijs suis donāt, et ex parte actoris, in partē rei cedūt. À Varicādo enim Præuaricatores dicti sunt Idem alibi: Præuaricator autē est, quasi uaricator, qui diuersam partem adiuuat prodita causa sua. Quod nomen Labeo à uaria certatione tractū ait. Nā q præuaricatur, ex utraq; parte cōsistit. In prima definitione uidetur sentire præuaricationē in solū actorē cadere: in secūda uerò, etiā in reum. Sed forsitan & hîc de solo actore sensit, cui assentiri uidetur Martianus, qui ait: Accusatorum temeritas*

ritas tribus modis detegitur, et tribus pœnis subijcit. Aut enim calũniatur, aut præuaricatur, aut tergiuersatur. Calumniari, est falsa crimina intẽdere: Præuaricari, est uera crimina abscondere: Tergiuersari, in uniuersum ab accusatione desistere. Et pòst iterũ: Præuaricatorẽ eũ esse ostẽdimus, q colludit cũ reo, & trãslatiuè munere accusandi defungitur, eò q ꝓprias quidẽ probationes dißimularet, falsas uerò excusationes admitteret. Quod nos quidẽ uerũ fatemur esse, legẽq; antiquitus de præuaricatorũ pœna fuisse, ut Cic. Philipp. lib. II. Vereor Patres conscripti, ne (qđ turpißimũ est) præuaricatorẽ mihi opposuisse uidear Ceterũ (ut prætereã, quod Cic. idem in Partitionibus ait, præuaricationẽ definiri nũc ab accusatore, nũc à reo corruptelã esse iudicij) reperio nonnunquã præuaricatorem ex parte rei quoq;, neq; ꝑfidia tãtũ, ac malitia, sed imprudentia etiã, & negligẽtia peccantẽ. Quint. in VII. Vt in præuaricationũ criminibus, ut absoluatur reus, aut innocentia ipsius fit, aut interueniẽte aliqua potestate, aut ui, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuaricatione, nocẽtẽ fuisse cõfiteris, nulla potestas obsistit, nulla uis: corruptũ iudiciũ nõ quereris, nulla probãdi difficultas fuit. Quid supest, nisi ut præuaricatio fuerit? Hic ꝓ ꝑfidia accusatoris accipit, alibi uerò aliter. Sed de una causa loq superuacuũ est. Ego in uniuersum neq; oratoris puto esse unquã præuaricari: neq; litẽ intelligo, ĩ qua pars utraq; idẽ uelit. Ideoq; Præuaricatorem appellamus, quicunq; à præscripto officij sui deflexerit, atq; aberrauerit.
Cap. 19. Plin. lib. XVIII. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Plin.
Epist. 20. li. I. Iunior ad Corneliũ Tacitũ: Alioqui præuaricatio est transire dicẽda. Præuaricatio est etiã breuiter, & cursim attingere, quæ sunt inculcãda, infigẽda, repetenda. Et Adã

præuaricatũ fuisse dicimus. Tergiuersari uerò nõ est (quã tũ ego intelligo) ab accusatione desistere. Illi uidentur ex hoc trahere significationẽ, quòd q terga uertũt, à pugna desistũt. Verũtamẽ nõ protinus, qui terga uertũt, à pugna desistũt, ut Parthi. Itaq; qui uertẽtes terga, adhuc tamen pugnãt, nec rationibus uolũt se uictos agnoscere, tergiuersantur. Cic. de Offi. lib. III. Atq; in his tamẽ tribus generibus, quoquo modo possunt, nõ incallidè tergiuersantur. Prudentiã introducũt, scientiã suppeditantẽ uoluptates, depellentẽ dolores, fortitudinẽ quoq; aliquo modo expediũt, quũ tradũt rationẽ negligẽdæ mortis, perpetiẽdiq; doloris. Etiã tẽperantiam inducunt, nõ facilimè illi quidẽ, sed tamẽ quoquo modo possunt. Dicũt enim uoluptatis magnitudine doloris detractionẽ fieri. Nũquid qui hoc dicũt aut desistũt ab accusatiõe, aut accusasse se iudicãt? Idẽ pro Roscio Comœdo: Attẽde quæso Piso Fãnij uultũ, & huc atq; illuc tergiuersantẽ, testimoniũ cõtra se dicere cogo. Erat autẽ Fãnius accusator, quẽ, si omnino ab accusatione desisteret, nõ insequeretur iure patrocinij Cic. sed uictũ, nolle tamẽ dare manus, obiurgat. Liu. li. II. ab Vrbe cõdita: Mouebãt hæc consulẽ, sed tergiuersari res cogebat. id est, nõ agnoscere ueritatẽ, & eã quibuscunq; rationib⁹ poterat dißimulare, et quasi subterfugere. Tertiũ autẽ uerbum ab eodẽ Martiano definitum (de Calumnia loquor) meretur & ipsum aliquam emendationẽ: quod non modò apud Cic. pro cauillatione accipitur, non illa quidem mouente risum, sed ea qua Cic. ipse non utitur: ut de Offic. lib. I. Existunt etiam sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida, & malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, Summũ ius, summa iniuria. sed etiam apud Quintilianum nonnunquam: ut ibi: Quamuis exiguo diuisus

spatio

ſpatio opẽ non ferret, nõ ſuccurret, ut hac ſaltẽ ſe calumnia defendat: non abij, non reliqui, nõ abſceßi, neque pede (ut aiunt) uno à parẽte diſceßi. Alioſq; cõplures, quorum *&* Caius *eſt, uſu quoq; probãte, per quẽ utraq; pars iurat de calumnia uitanda.* Nimirũ *de cauillatione eò magis, quòd calumniari pro cauillari dicim⁹, quæ uox quatuor primas literas habebat eaſdẽ cum calũniari.* Poſtremò probatur *hoc ex illo* Digeſtorum *loco, cuius titulus eſt:* Si *mulier uentris nomine calumniæ cauſa in poßeßione fuiſſe dicatur. Calumnia ſcilicet, ibi intelligitur dolus malus.*

In eoſdem, de Ferri, Portari, Agi. CAP. LI.

F*Erri propriè dicimus, Caius inquit, quæ quis corpore ſuo baiulat:* P*ortari ea, quæ quis iumẽto ſecũ ducit.* Agi *ea, quæ animalia ſunt.* In *hoc ipſe* Caio *aſſentior, niſi* ꝙ Portare *eſt ſuo etiã corpore, interdũ etiam magis quàm ferre.* Quis *enim neget iumẽta portare? quæ quũ homines imitantur, & ipſi portare dicũtur.* Terent. Andr. *Mi homo, quid iſthuc obſecro eſt?* Quò *portas puerum?* Horat.

Act. 4. ſce. 3.

Epiſt. 13. li. 1.

-Ne fortè ſub ala
Faſciculum portes librorum, ut ruſticus agnum.

Et *ab hoc cõpoſita:* Deportauit Verres *amicã de prouincia.* Deportauit Põpeius *beneficio* Ciceronis *tertiũ triũphum.* Multi *imperatores uictorẽ exercitum reportauerũt quaſi reduxerũt.* Agere *autẽ non uno modo dicitur, ſed de uno tamen nõ tacebo.* Martia. li. 1. Epigrammatôn:

Epig. 47.

Semper agis cauſas, & res agis Attale *ſemper.*
Eſt, non eſt, quod agas, Attale *ſemper agis.*
Si res, & cauſæ deſunt, agis Attale *mulas.*
Attale (ne quod agas deſit) agas animam.

Epiſt. 13. li. 8. fam. epiſt.

Cælius ad Ciceronem: Hortenſius, *quum has literas ſcripſi, animam agebat. id eſt, expirabat.*

In eosdem, de Conuitium, & Maledictum. CAP. LII.

Conuitiũ apud Vlpianũ iniuriã esse Labeo ait, quasi maledictũ iniuria nõ sit. Addit idẽ Labeo: Cõuitium dicitur uel à cõcitatione, uel à cõuẽtu, hoc est, à collatione uocũ. Quũ enim in unũ complures uoces confẽrũtur, quasi conuociũ est. Sed qđ additur à prætore aduersus bonos mores, nõ omnẽ in unũ collatam uocifẽrationẽ prætorem notare, sed eam quæ bonis moribus improbatur, quæq; ad infamiã, & inuidiã alicuius spectat. Et iterũ: *Conuitiũ autem nõ tantũ præsenti, uerùm absenti quoq; fieri posse Labeo scribit.* Proinde *si quis ad domũ tuam uenerit te absente, conuitiũ esse factũ dicitur.* Item *si ad stationẽ, uel tabernã uentũ sit, probari oportere fecisse conuitiũ nõ tantũ is uidetur, qui uocifẽratus est, uerùm is quoq;, qui concitauit ad uocifẽrationẽ alios, uel submisit, qui uocifẽrarentur.* Et paulò pòst: *Ex ijs apparet nõ omne maledictũ conuitiũ esse, sed id solùm, quod cum uocifẽratione dictũ est.* Et *siue unus, siue plures dixerint, Conuitium est, quod in cœtu dictũ est.* Quod *autẽ in cœtu nec uocifẽratione dicitur, conuitiũ propriè nõ dicitur, sed infamandi gratia dicitur.* Ex *ipsa nominis etymologia argumentum significationis Labeo sumpsit.* Sed *quũ falsa sit etymologia, falsa erit et definitio.* Quũq; *falsa sit definitio, falsa erit et etymologia.* Quis *enim Labeoni credat cõuitiũ à cõcitatione, aut à cõuẽtu dictũ, aut collatiõe uocis, quasi conuociũ, quũ sit alia propria magis siue etymologia, siue expositio per cõpositionẽ à Con, & Vitiũ? uel à Cõuitio, quasi uitandũ, & uituperationis causa factũ?* Habet *autẽ conuitiũ, ui, nõ breuem, ut uitiũ, sed longã, ut uito.* Licet *Conuito aliud significet, quàm conuitiũ, si modò significat idem, quod inuito, non obstat, quum à suo quoque simplici, quod est* Vito, *in*

signific

significatione magis distet, quàm Cõuitiũ à suo, siue illud sit Vito, siue Vitiũ. Ipsa quoq; Con, præpositio in bonã, et malã rẽ accipi solet, ut Conficio, pro perficio, & pro eo, quod est consauciando trucido. Inde Cõfectores ferarum. Conuitiũ igitur, à Vitiũ, uel potius à Vito descẽdit, ut Vitupero: tametsi nõ omnino repugnẽ scribi per c, ut quibusdã placet, nõ per t. Et hoc qdẽ de etymologia, quæ si pro Labeone, Vlpianoq;, nõ pro me faceret, tamen definitioni repugnare auderẽ, nusquã reperiens apud summos uiros hãc differentiã custoditã inter conuitiũ, & maledictum. Inter quæ (si qua est) hæc erit, quòd Cõuitiũ est maledictũ contumeliosum. Quintil. lib. VII. Sic autẽ præparabit actione prima iudicũ aĩos, ut noluisse potiꝰ obijcere, quàm nõ potuisse credatur. Eoq; satius est, omni se antè actæ uitæ abstinere cõuitio, quàm leuibus, aut friuolis, aut manifestè falsis reũ incessere, quia fides cæteris detrahitur, & qui nihil obijcit, omisisse credi potest maledicta tanquã superuacua: qui uana cõgerit, cõfitetur uanum in antè actis argumentũ. Ex his uerbis planè datur intelligi, nec uociferatione utiq; fieri conuitiũ, nec aliud esse quàm maledictũ. Cic. pro Cœlio: Maledictũ autẽ nihil habet propositi, præter cõtumeliã: quæ si petulãtius iactatur, conuitiũ: sin facetius, urbanitas nominatur. Illud autẽ uerbũ Inuidiam, quo Labeo, siue Vlpianꝰ utitur, quid mirũ si Accursius nõ intelligit? qui in Institutionibus, ubi dicitur, Appellatione autẽ Ligni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt: sic interpretatur, ut cæmẽta, & lapides, immemor à iuriscõsultis exponi materiam pro ligno ad ædificia utili: quanquã et Cato, et Varro, et Columella, & Plin. qui de agricultura scripsere, alijq; unam etiam arborẽ, particulamq; illius materiã appellant, & breuiter omne lignum.

In eosdem, quæ sint Versicoloria. CAP. LIII.

VErsicoloria apud Iurisc. uocantur, quæ natiuum colorem mutauerūt: ut uestes si albæ sint, aut nigræ, subnigræ'ue, quales ex lana nō tincta solent esse coloriæ, si in alium colorē tinctæ sint, uersicolores nominantur. Cæterùm uix in hunc sensum reperimus. Nā Cic. collum columbi, pauonisq;, & eius caudam uersicolorem uocat, & non nulli aquam maris: uel quòd uersat, & mutat colorē subinde, uel potius quòd sit discolor: ut apud Plin. lib. XXXVI. Subit mentē non fuisse tum autoritatē maculoso marmori, quam fecere è Thaso Cycladū insularum una, æquè & è Lesbo: liuidius hoc paulò uersicolores qdē maculas habēs Et in eodē: Primùm (ut arbitror) uersicolores istas maculas Chiorū lapicidinæ ostenderūt, quū extruerēt muros. Et in eodem: Veluti quū calculi fiunt, quos quidam abaculos appellāt, aliquos etiā pluribus modis uersicolores. Et in XV. Ingēs posteà turba prunorū, uersicolor, nigra, candicans. Hordearia appellata, à comitatu frugis eius. Et in XXV. Versicoloribus uiperarū maculis. Et in XXVIII. Nullum animal pauidius existimatur, et ideo uersicoloris esse demutatiōis. Per qđ apparet collū colūbæ, pauonisq;, & caudā, aquāq; nō ideo uersicolorē dici, quòd uersat colorem, sed ꝙ diuersum colorē habeat. Alioqui satis habuisset Plin. dicere, Et ideo uersicolor est, nec adiūgere demutationis. Neq; uerò uestes ab hac significatione cōmuni excipiēdæ sunt, putādæq; solæ ipsæ uersicolores ita demū dici, si lana tincta cōfectæ fuerint: ut apud Quin. Dū in his, de quibus erit quæstio, meminerimus nō athletarū toros, sed militū lacertos esse, nec uersicolorē illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, bene ad forēsem puluerē facere: Apud Titū uerò Liuiū est, secundo Punico bello, interdictum

De finib. li. 3.
Capi. 6.
Eod. lib. &c.
Capi. 26.
Cap. 13.
Cap. 2.
Cap. 8.
Lib. 4. bel. Maced.

ctum fuisse matronis, ne uersicoloribus ue stirētur. Quod *qualiter accipiedū sit,* Val. Max. lib. IX. *significat, dicēs:* Quā *fœminæ tollere cupiebāt, quia in his nec ueste uarij coloris uti, nec auri plus semūcia habere, nec iuncto uehiculo propius urbem mille passus, nisi sacrificij gratia uehi permittebatur.* Idē Liuius alibi ait: Corpus *alteri magnitudine eximiū, uersicolori ueste, pictisq;, & auro cælatis refulgēs armis.* Profectò *de uarij coloris ueste locutus est.* Et *iterū: Tunicæ auratis militibus uersicolores, argētatis* Aeneid. 10. *linteæ candidæ.* Nā *illud* Vergilij, -Versicoloribus *armis, exponit* Seruius *depictis, per quod bellicosus ostenditur.*

In eosdem, de Penes, & Apud. CAP. LIIII.

PEnes *te, ut* Vlp. *ait, amplius est, quàm* Apud *te.* Nam Apud *te est, qualitercūq; à te tenetur:* Penes *te est, q̄* Fest. lib. 1. *quodāmodo poßidetur.* Et *ante hūc* Festus Pōpeius: Apud & Penes *in hoc differunt, quòd alterū personam cū loco significat: alterum personā, & dominium, ac potestatem: quod trahitur à penitus.* Personā *cum loco* Festus *accepit pro personā & locum: ut, apud* Platonē: &, *apud forum: id est, in* Platone, *et in foro: quorū utriusq; definitionē ꝓbo, illudq; addo,* Penes *dū tantùm ad personam refertur, non modò dominiū adesse significare, uerùm etiā laudem, ac uituperationem.* De *laude, ut* Cic. *in* Brut. *Cuius penes quos laus adhuc fuit, nō fuit ratiōis, ac sciētiæ.* De *uituperatione, ut* Quin. *in* Glad. Declam. 9. Vereor, *ne illi⁹ inexpiabilis, et sæpe reprehēsi odij alij culpa uideatur penes patrē, q tam facilè irascitur.* Illud *quoq; qđ crebrò usurpam⁹,* Fides *penes autores sit: et in laudē, et in uituperationē simul accipit, quasi laus ueritatis, aut uituperatio falsitatis penes autorē sit, ad quē spectat fidē rei, cuius autor est, facere.* Ad *me certè ista uel laus, uel uituperatio nō spectat, q̄ hoc nō*

affirm

*affirmo,sed ad alterũ autorẽ relẽgo. Quod de laude,& uituperatione dico,idẽ accipio de commodo,& incõmodo:ut Liuius,Vt penes eosdẽ picula belli,penes quos præmia essent.*Nonnunquã etiã loco seruit,sicut apud Cicer. *lib.*IIII.*ad* Heren.I*ta petulans es atq; acer,ut ne ad solarium quidẽ(ut mihi uidetur)sed penes scenã,& in eiusmodi locis exercitatus sis.*Penes *scenã,id,est apud scenã.*

In eosdem,de Patres, Maiores,Posteri,
& minores. CAP. LV.

PAtres,*inqt* Paulus,*usq; ad tritauos ꝑprio uocabulo nũcupãtur apud* Romanos.*V*lteriores,*qui nõ habẽt speciale nomẽ,*Maiores *appellãtur.*Itẽ *Liberi usq; ad trinepotẽ:ultra hos,*Posteriores *uocãtur.*Sed *cũ uenia* Pau*li neq; usus ĩ hoc,neq; ratio cõsentit.*Oẽs *enim q̃ ante nos fuerũt,utiq; q̃ liberos reliquerũt,atq; id in nostra ciuitate,*Maiores *dicũtur:qui uero post nos,*Posteriores.Cice*ro in* Sallustiũ:E*go meis maioribus uirtute mea præluxi, ut si prius noti nõ fuerint,à me accipiãt initiũ memoriæ suæ.*T*u tuis uita,quã turpiter gessisti, magnas offudisti tenebras,ut etiã si fuerint egregij ciues,certè uenerint in obliuionẽ.*Nũquid Cicero *ait se præluxisse illis tãtũ,q supra tritauũ fuerũt,*Sallustiũ *uerò tenebras offudisse? An potius ut qsq; à* Cicerone,*atq;* Sallustio *recẽtissimus erat, ita illi maxime horũ utrunq; uel præluxisse,uel tenebras offudisse? An si quis claris maioribus ortus quereretur,nõ multò magis is dicatur,qui patrẽ,auũ, proauũ, abauum, atauũ,tritauũ,claros,cæteros autẽ obscuros habuit,quàm qui ista econtrario?*Hoc *ne ipse quidem* Paulus *negaret.* I*nsuper* Patres *non opinor usq; ad tritauos,posse deduci.* Q*uum enim dicimus* Patrum *memoria aliquid factum esse,de proxima ætate semper intelligimus,nõ de illa etiã*

H *sexta.*

sexta. Dixi de Maioribus, & Patribus: uideamus de Posterioribus, siue posteris. Idē Cicero eūdē locū sic prosequitur: Quare noli mihi antiquos meos obiectare. Satius enim est, me meis rebus gestis florere, q̃ maiorū opinione niti: & ita uiuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initiū, & uirtutis exēplū. Ita, opinor, nō pertinebat ad filiū, nō ad nepotē, non ad pronepotē, non ad abnepotē, non ad trinepotē Tulliana nobilitas, & uirtutis imitatio, sed à filio trinepotis inceptura, qa ab eo posteritas Tulliana initiū acceptura erat, quum potius tūc esset acceptura occasum. Idē alibi: Nec uerò dubitat agricola (q̃uis sit senex) quærēti cui serat, respōdere, dijs immortalibus, q me non accipere modò hæc à maiorib⁹ uoluerūt, sed etiā posteris prodere. Taceo q Caius Caligula uolebat solos posteros filios esse, nec iura cōcessa posteris ad nepotes peruenire. Sed ne causari queat, nō positū exēplum posteriorū, sed posterorū esse, Quintil. in x i. Maluit enim uir sapientißimus, qđ superesset ex uita sibi perire, quàm qđ præterisset: & quādo ab hominibus sui tēporis parū intelligebatur, posteriorū sese iudicijs reseruauit. Nescio tamē an potius legendū sit Posterorū, ut intelligamus, hoc quàm illud nomē esse usitatius, & nō modo ad eos, qui ex nobis geniti sunt, sed ad uniuersos, qui post nos erūt, ptinere. In eundē opinionis errorē incidit Seruius, qui in octauo Aeneidos ait: Minores nō dicim⁹, nisi quoties graduū deficit nomē, ut pater, filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos. Vbi isti grad⁹ defecerūt, meritò iā dicim⁹ Minores: sicut ēt dicim⁹. Maiores post patris, aui, paui, atauiq; uocabulū. De Maiorib⁹ satis mō disputauimus. Alterius nominis rō eadē uno exēplo satis ,pbabitur, eoq́; (quia cum Seruio expositore Vergilij agimus) Vergiliano ex primo Aen. hunc

In Cat. Mai.

Sueto. in Calig. cap. 28.

In illud, Ex illo celebratus honos, lætiq́ue minores Seruauere diem, &c.

Hunc lætum Tyrijsq; diem, Troiaq; profectis
Esse uelis, nostrosq; huius meminisse minores.
quis nõ uidet Didonẽ locutam de parentibus, qui tũc erãt, eorũq; filijs, natusq; natorum, & qui nascerentur ab illis, non autem de filijs atnepotum, & deinceps, qui illius dici meminisse non poterant, nisi id à parentibus accepissent?

In eosdem, de Victus, & Penus. CAP. LVI.

Victus uerbo (Vlpianus inquit) cõtinentur quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendũ homini necessaria sunt. Vestem quoq; uictus habere uicem Labeo ait. Cætera quibus uiuẽdi, curãdiq; corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significãtur. Ne hoc quidẽ aut ratio aut usus probauit. Victus à uiuendo uenit. At uiuere sine uestitu, cultuq; corporis licet, ut in Aethiopia: sine esu, potuq; nõ licet. Ideoq; semper distincta hæc duo reperimus, & semper addi alterũ (de Vestitu loquor) quia alterum, quod est Victus, hoc etiam significatũ non complectitur: alioqui non diceretur Victus, & uestitus. Significat etiã Victus genus uitæ, quantùm ad mores, ut quibus cũ quis uiuat, & à quibus instituatur, & quibus moribus. At neq; de Penu Iurisconsultis assentior, multa quæ ad uictum nõ pertinent, penui cedere uolentibus. Potior apud me breuis illa Ciceronis definitio ualebit in libris de Natura Deor. Lib. 2. *Est enim omne, quo uescuntur homines, penus.*

In eosdem, de Pignus, & Hypotheca. CAP. LVII.

Inter Pignus, & Hypothecã tantùm nominis sonus differt. Hæc Martianus. Vlpianus uerò: Propriè pignus dicimus, quod ad creditorẽ trãsit: hypothecã autẽ, cùm nõ transit possessio ad creditorem. Ego magis cũ Martiano sentio: Iustinianus cũ Vlpiano in Institutionib. dicẽs, Nã pignoris appellatione eã propriè rem contineri dicimus,

quæ ſimul etiam traditur creditori, maximè ſi mobilis ſit. At ea quæ ſine traditione, nuda conuētione tenetur, propriè hypothecæ appellatiōe cōtineri dicimus. Sed nō eſſe hāc differētiā, ex eo argumētū eſt, quod alterū Latinū, alterū Græcū, ſuæ utrūq; deſeruiēs linguæ. Pignus autē nō tātùm creditori datur, ſed inter paratos ſecū decertare mutuò offertur, & apud ſequeſtrū deponitur. Verg. in Buc.

Eclog.3. *-Ego hanc uitulam (ne forte recuſes,*
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)
Depono: tu dic, mecum quo pignore certes.

Qui tamen ſenſus rariſsimus eſt. Nam illo figurato crebrius utimur, ut apud eundem:

Aeneid.3. *Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus*
Dat iuueni, atq; animum præſenti pignore firmat.

Quaſi dicat, Securū fecit, ut qui dat pignus. A priore ſignificato dicimus Pignero, & Oppignero: hoc eſt, do aliquid arraboni, quā quidā Arrā appellant. Et Repignero, quod eſt recipio pignus ſoluto debito. Propter hæc uerba
Priſc.lib.6. *quidā, quorū eſt Priſcianus, exiſtimāt Pignus in hūc ſenſum, & in aliū proximū, habere genitiuū Pigneris: in illū quo ſignificamus filium, & per abuſionē coniunctiſsimas ſanguine perſonas, habere genitiuū Pignoris. Vnde enim Oppignero, & Repignero, inquiūt, haberemus, niſi Pignus pigneris faceret? Nō inepta quidē ratio: ſed quid reſpondebūt, quod quum habeamus, Fœnus fœnoris, facit tamē*
Lib.6. *Fœnero, & fœneror? Idē Priſcianus ait, antiquos dixiſſe etiā Fœneris. Nec tamē, ut ei credamus, exēplo probauit. Quid quod ex Frigus frigoris, fit Refrigero? qd quod ex Tempus tēporis, fit Tēpero? ex Litus litoris, fit Oblitero? ex Penus penoris (ut ſentio) fit penetro? addita t, quaſi ad locū penoris intro. Tā enim Penus, quā Penetro breui prima ſyllaba*

laba est. At mihi quidē propria, & uera pignoris significatio esse ea uidetur, unde uerba deriuātur. Nihil enim illi alij significato cū his uerbis: & filij (ut sentio) nō alia ratione appellati sunt Pignora, nisi q̄ pignus quoddā inter cōiuges sunt tū uinculi, ne aliter fortè diuortiū fieret, tum charitatis. Cuius rei argumētū est, q̄ legimus sæpe pignora filiorū, ut apud Suet. in Tiberij uita: Cōmunis filij pignora. Et iterū: Tam marium, quàm fœminarū pignora. Cap.7. In August. cap.21.

In eodem, de Ferrumino. CAP. LVIII.

FErruminatio, Caius apud Paulū ait, per eandē materiā facit confusionē: Plumbatura non efficit. Idē sentire uidetur Pōponius, dicēs: Si tuū scyphum alieno plumbo plumbaueris, alieno'ue argēto ferruminaueris nō dubitatur scyphum tuū esse, & à te rectè uendicari. Scyphum enim argēteū intellexit. Cū ijs pleriq; nō sentiūt, quorum est Plin. qui lib. x. ait: Nāq; surculo super bina oua imposito, ac ferruminato alui glutino, subdita ceruice medio, æqua utrinq; libra deportāt aliò. Ferruminato dixit, quasi agglutinato materia illa. Idē x i. Et medulla ex eodē uidetur in iuuēta rubēs, in senectute albescens: nō nisi cauis hæc oßibus, nec crurib⁹ iumētorū, aut canū: quare fracta nō ferruminatur. Quasi nō glutinatur, nec coalescit, & colligatur. Idē x x x i. Carrhis Arabiæ oppido muros, domosq; maßis salis faciūt aqua ferruminātes, quasi glutinātes. Idē x x x v. Calcis quoq; usum bitumē præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Idem x x x v i. Ea maximè causa, q̄ fulto calcis sine ferrumīe suo cæmēta cōponūtur. Quasi dicat glutino. & in eodē: Vitrū sulphuri cōcoctū ferruminatur in lapides, quasi cōglutinatur in formā lapidis. Idē x x x v i i. Infestātur plurimis uitijs, scabro ferrumine, maculosa nube, occulta aliqua uomica, præduro, fra-

Cap.33. Cap.37. Cap.7. Cap.15. Cap.23. Cap.26. Cap.2.

giliq; centro, quasi glutino, & commissura, siue iunctura, siue ligatura. Ergo ferruminatio nō ubiq; per eandem materiam facit confusionem, sed interdum quoq; per aliam. Plumbatura per solum plumbum efficit confusionem, ut ipsum indicat nomen, si hæc confusio dicenda est.

In eosdem, de Veterator, & Nouitius. CAP. LIX.

SEruus, ut est apud Venuleiū, tā Veterator, quàm Nouitius dici potest: sed Veteratorem nō spatio seruiēdi, sed genere, & causa esse æstimandum Cælius ait. Nā quicūq; ex uenalitio nouitiorū emptus, alicui ministerio præpositus sit, statim eum ueteranorū numero esse. Nouitium autē nō tyrocinio animi, sed cōditione seruitutis intelligi: nec ad rem pertinere, Latinè sciat loqui, nec'ne. Nec ob id ueteratorē esse quòd liberalibus studijs eruditus sit. Apud Vlpianū sic scribitur: Præcipiūt ædiles, ne ueterator pro nouitio ueneat. Et hoc edictū fallacijs uenditorū occurrit. Vbiq; enim curant ædiles, ne emptores à uenditoribus circumueniātur: ut ecce pleriq; solent mācipia, quæ nouitia nō sunt, quasi nouitia distrahere, ad hoc scilicet, ut pluris uēdāt. Præsumptū est enim ea mācipia, q̄ rudia sunt, et simpliciora esse, & ad ministeria aptiora, et dociliora & ad omne ministeriū habiliora. Trita uerò mācipia, & ueterana difficile est reformare, et ad suos mores formare. Quia igit uenalitiarij sciūt facilè decurri ad nouitiorū emptionē, idcirco interponūt ueteratores, ut p nouitijs uendant. Quid tā cōtrariū, q̄ hæ duæ iurisconsultorum sententiæ? Quid magis absurdū, quā nō dico īter eas nō iudicasse, sed eas, aut ambas scripsisse, aut cōtrarias esse nō uidisse? Et quātò plura ī rebus (ut cōiectura ducimur) esse debēt, quū in uerbis tot sint, et tā manifestè cōtraria? Ego ut īstituto officio fungar, et inter hos duos sentētiā ferā, qū alterius

definitio

definitio à me tolli nõ poteſt,potior mihi uidetur Vlpiani opinio,& cũ cæteris ſcriptoribus cõuenire. Venalitiarij, mangones dicuntur uenalium hominum. Martialis, Lib.1.Epi.28.

Millia pro puero centum me mango popoſcit.

In eoſdem,de In annos,Quotannis,ac ſimilibus. CAP. LX.

NIhil intereſſe,Põponius apud Vlpianũ ſcribit,utrũ In annos ſingulos,uel quotãnis,an In ſingulos mẽſes, uel quot mẽſibus,an In ſingulos dies,uel quot diebus legatur. Ipſe quoq; huic ſentẽtiæ accedo:ꝑinde et ſi Quot anni legentur, Tot anni idẽ erit dicẽdũ. Corrũpere eſt illud Vlpiane,atq; Põponi,Latinã linguã,nõ iuuare. Quis unquã dixit, Quot diebus,& nõ potius quotidie? quis etiã Quot mẽſibus,& nõ ſingulis mẽſibus? Cur etiã nõ addimus quot horis,quot noctibus,quot luſtris? Quòd ſi quis hoc mõ loquatur,ĩtelligemus quidẽ ex ipſa uerborũ ſerie, qđ uelit:tamẽ ut barbare locutũ reprehẽdemus,& ne deinceps ita loquatur,admonebimus. Nõ autẽ formulã alijs loquẽdi trademus,ut uos facitis. Iabolenus melius: Vini, inqt,Falerni,qđ domi naſcetur,quotannis,uel in ſingulos annos binos culeos hæres meꝰ Titio dato. Quidã aduerbiũ hinc ducũt,qđ eſt Annuatim:ut Plin.li.XII.dicẽs:Herodoto teſte,qui tradit,ſingula millia talẽtũ annuatim thuris penſitaſſe Arabes regibus Perſarũ.ſi codex uerus eſt. Cap.17. In emendatis Plinij codicibus ãnua legitur, non annuatim.

In eoſdem,de Turba,& Rixa. CAP. LXI.

INter Turbã,et Rixã,teſtimõio Vlpiani,rectiſſimè Labeo ait multũ intereſſe. Nãq; turbã multitudinis hominum eſſe perturbationẽ,& cœtum: Rixam etiã duorum. Vidẽtur Vlpianꝰ,et Labeo ſentire,Turbã ſuapte natura ſignificare multitudinẽ:ideoq; turbã in altero ſenſu eſſe perturbationẽ multitudinis. Ego uerò,primũ & natura-

lē sensum esse pro perturbatione, quod docet uerbū ex ea significatiōe ductū, Turbo, pturbo, disturbo, deturbo, cōturbo, quæ nequaquā ad solā multitudinē referuntur. Et Turbo turbinis, & Homo turbidus, qui est iracūdus. Cōtraq; uinū, & multa alia turbida dicūtur. Ipsaq; Græca origo τύρβη approbat hūc eūdē sensum. Cæterū q̄a multitudo nō ferè uacat perturbatione, & ipsam appellamus Turbā: ut Colluuiē, homines uiles, & cōtēptos, dicimus, & fæcē & sentinā: nō q̄ homines sint sordes, fæx, sentina, sed quòd sordidā, & abiectā uitā agāt. Terēt. in And.
Act. 2. sce. 3. Sed si tu negaris ducere, ibi culpā in te transferet: Tū illæ turbæ fiēt. Inter quos hæ turbæ fiēt? nēpe inter Simonem, & Pāphilū, in quē omnis culpa trāsferetur. Ergo Turba
Act. 4. sce. 4. erit inter duos. At idē in eodē ait: Dij uostrā fidē, Quid turbæ est apud forū? quid illhic hominū litigat? Ego non nego aliquādo Turbā inter multos, quēadmodū Rixam nō semper inter duos, cuius multa exēpla sunt, sed etiam
Lib. 2. ab urb. inter plures: ut apud Liuiū, Eo anno Romæ, quū per ludos à Sabinorū iuuentute per lasciuiā scorta raperētur, concursu hominū rixa, ac prope prælium fuit. Et nō longè post: Quū conuersus in patres impetus esset, Consulum intercursu rixa sedata est. Sed Terentius fortasse ideo adiecit, Quid hominū illhic litigat? quia per uerbū Turbæ nō satis significatū erat perturbationē esse multorū: quāquàm & illud Turbæ, non minus pro multitudine hominū accipi potest, quàm pro perturbatione: quū præsertim de perturbatiōe adijciat, Quid illhic hominū litigat? Sed de uno loco nō attinet disputare, ubi infinita suppeditant. Dixi à turba fieri Turbo, cuius genitiuū grāmatici quidā uolunt esse pro ludicro illo instrumento, Turbonis, quod uel ex hoc falsum esse, documentū est, quòd formā acumine fastigiato

giato uocamus Turbinatam, ad similitudinem ligni illius. Fallũtur igitur grammatici in Turbo turbonis, quomodo in Cardo, cardonis, quod nec ipsum inuenitur.

In eosdem, de Exautoro. CAP. LXII.

IGnominiosa autē mißio (si Iuliano credimus) toties est, quoties is q mittit, adijcit nominatim ignominiæ se causa mittere, semp enim debet imperator addere, cur miles mittatur. Sed si eũ exautorauerit, ĩter ĩfames efficit, licet nõ addidisset, ignominiæ causa eũ exautorasse. Pace tamē Iuliani Exautorare, est ducē ab ĩperio suo dimittere, uel missum militē facere, illũq; donare mißiõe militiæ plerũq;: ut apud Quintilianũ in Milite Mariano, Pater huic eme ritis bello stipendijs, tum, cùm tota subnixũ Numidia fregimus Iugurthã, exautoratas armis manus, agresti labori subegit. Titus Liuius ab urbe cõdita lib. XXXV. Volonũ quoq; exercitus, q uiuo Graccho summa fide stipēdia fecerat, uelut exautoratus morte ducis à signis discessit. Et ĩ XXIX. Vbi hoc mõ exautoratũ equitē cũ gratia Imperatoris uiderũt, se qsq; excusare, & uicariũ accipe. Et in LXII. Vbi is uenisset, oēs milites exautorati domũ dimitterētur, præter qnq; millia sociũ his, quos obtineri circa Ariminũ prouinciã satis esset. Idē lib. XXXV: Postero die concione aduocata de rebus à se gestis, & de iniuria Tribuni bello alieno se illigãtis, ut suæ uictoriæ fructu se fraudaret, quum deseruisset milites, exautoratos dimisit. Declam. 3.

In eosdem, de Depectus. CAP. LXIII.

DEpectus (si Vlpiano credim⁹) dicitur turpiter pact⁹. Mihi aũt p simplici potius accipi uidetur id, qđ in multis fit, ut, demiror, deambulo, desumo, demonstro, deosculor, depĩgo, deposco, deuito, degusto, demoror, deprecor, demulceo. Quòd si qñ reperiatur p turpiter pactus

(quod nō memini legisse me) id fit nō magis ui præpositionis, qua hoc uerbū cōponitur, quàm ui ipsius uerbi, qđ citra cōpositionē nonnunquā turpē pactionē significat. Cic. in Paradoxis: Si quotidie fraudas, decipis, poscis, paciscoris, aufers, eripis, si socios spolias, ærariū expilas, si testamenta amicorū expectas, ac ne expectas quidē, atq; ipse supponis: hæc utrū abūdātis, an egētis signa sunt? Exēplū uerò, q Depectus non significat turpiter pactus, sed tantum pactus, apud Terent. in Phorm. Ita me dij bene amēt,
Act.1.sce.3. ut mihi liceat tandiu, quod amo, frui, Iam depecisci morte cupio. Tale est hoc Terētianum, quale est illud Vergilij,
Aeneid.5. – Vitamq; uolunt pro laude pacisci.

Illud quoq; apud M. Tulliū, secundo Rhetoricorū: Quidā cū circunsederetur, neq; effugere ullo modo posset, depectus est cū hostibus, ut arma, & impedimēta relinqueret, milites educeret. Itaq; fecit: armis, et ĩpedimētis amissis, præter spem milites cōseruauit. Nō est accipiēdū pro turpiter pactus, ab autore esse positū. Quippe q causam narrat, de qua cōtrouersia est, an ille turpiter pactus sit: non autē factum hominis damnat: & aliquoties factū hoc paulò pòst pactionē uocat. Et in libris ad Herenniū hanc eandē rem gestā ita exponit: ut quod erat sui officij neq; accuset, neq; excuset, sed tantūmodo pactū inter Pompilium, & Gallos ita fuisse significet: hancq; controuersiam ab accusatore, atq; ab reo declamandam proponat.

In eosdem, de Gemma, & Lapillus. CAP. LXIIII.

GEmmas, lapillosq; Vlpian⁹ sic distiguit, dicēs: Gēmæ sunt plucidæ materiæ: quas (ut refert Sabinus ad Vitelliū) Seruius à Lapillis sic distinguebat, eò q Gēmæ essent plucidæ materiæ, ueluti Smaragdi, Chrysoliti, Amethysti: Lapilli cōtrariæ superioribus naturæ, ut Absiani,

Neuent

Neuentani. Margaritas autē nec gemmis, nec lapillis contineri satis cōstitisse idē Sabinus ait: quia cōcha apud rubrum mare & crescit, & coalescit. Murrhina autē uasa in gēmis non esse Caßius scribit. Hoc falsum esse, pace horū quatuor Iurisconsultorū, cùm omnes autores probant, quorū titulū Plinius de gēmis nō trāslucentibus fecit, & Murrhina in gēmis numerat, et omnes lapides pretiosos, præter Margaritā (cui Vnio nomen, quod tantùm lingua Latina habet) gēmas appellat: tū ipsa ratio. Nā quis non uidet, Lapillus, quod generale nomē est omniū paruorū lapidū, sed subintellectione pretiosus, idē esse quod Gēmula? Nā Gēmas etiā accipimus multorū cubitorum inueniri: quas ut uerè lapides, nō lapillos appellare possumus, ita quū minutæ fuerint, Lapillos appellare debemus. Quòd si lapides tam grādes trāslucidi nō fuerint, siue perlucidi, quales sunt imperfecti, nunquid uocabimus eos Lapillos? Quid hoc magis ridiculū? Quòd si etiā omnis lapis perlucidus gēma est, etiā Parium marmor, quod in modum uitri translucidum est, gēma erit. Postremò reperimus eiusdem coloris lapides quosdam permistim cōstare ex perlucidis, & nō perlucidis, & ita permistos natura, ut nō possis partē appellare gēmā, partē lapillū. Curtius lib. VIII. quum dixisset, Gemmas, margaritasq; mare litoribus infundit: paulò pòst de eisdē Indis ait: Lapilli ex auribus pēdentes, profectò perlucidi intelligendi sunt. Et iterū lib. X. de rege Indo: Pendebant ex auribus insignes candore, ac magnitudine lapilli. Margaritam uerò, siue Margaritum quis negare lapillum poßit, qui semper est pusillus lapis? Ego qdē cādidos illos lapillos ex Indiæ regis auribus pēdētes, Margaritas interpretor. Horatius, quum inquit: Saty. 2. lib. 1. Ser.

Lib. 37. · Pli. li. 9. ca. 35.

Nec magis huic inter niueos, uiridesq; lapillos:

de


de Margaritis, & Smaragdis intelligit. Margaritã autẽ, sicut lapillus forsitan nego, ita gẽmis fateor cõtineri: quod ferè omnes concedunt. Seruius tamen grammaticus, quasi multi aliter sentiant, inquit: Sanè multi separant gemmã à margarita, ut Cicero: Nego ullã gemmã, aut margaritã fuisse, &c. Et gemmas uolunt dici diuersi coloris, margaritas uerò albas: uel gẽmas integras, margaritas pertusas. Hæc Seruij opinio ab omnibus, & ab ipsa ueritate dissentit. Est enim Margarita, quæ in concha nascitur: unde Cõchyliũ dicitur, quam uulgò Perlam appellãt. Hæc etiã uocatur Vnio (ut idẽ Plinius ait) quia nũquàm nisi distincta reperiatur, estq; generis masculini. Nam fœminini illud, quo nũc quidã pro unanimitate utũtur, nec autoritate nititur (nescio enim apud quẽ reperiatur) nec arte, quũ deberet esse masculini potius generis, ut talio, stellio, curgulio.

Seru. in illud 1. Aenei. Colloque monile Baccatum, & duplicẽ gemmis, auroque coronam. In Ver. act. 6.

Plin. li. 9. ca. 35. vnionẽ dictũ ait, quòd nulli duo reperiantur indiscreti.

FINIS ELEGANT. LIB.

LAVRENTII VALLAE AD IOANNEM TORTELLIUM Aretinum, cubicularium Apostolicum, De reciprocatione Sui & Suus, libellus plurimùm utilis.



SINGVLARIS tua, Ioannes Tortelli, tum erga me beneuolentia, tũ de meis, quãtulæcunq; sunt, literis opinio, ijsq; præcipuè quæ ad eloquentiam spectant, facit ut quicquid de Elegantia linguæ Latinæ, qui primus ad eloquentiã gradus est, adnoto, id omne ad te potissimum scribã. Cùm præsertim nihil eius generis tam exi-

guum

guũ proficiſcatur à me, quod non tuo, neſcio iudicio dicã, an amori, magnũ eſſe uideatur. Nõ *repudiabis igitur hoc tanquam exiguũ, quod de pronomine* Sui *cũ eius deriuatiuo adnotaui, uelut appendicem quæſtionis illius, ubi quæ ſunt huic cũ genitiuis primæ & ſecũdæ perſonæ communia (quemadmodum ſcis diſſeruimus.* Nã *illhic, quæ trium omnium, hîc uerò quæ unius tantùm propria ſunt explicantur, eatenus prorſus, quatenus pertinet ad reciprocationem.* Hui *dicet aliquis, perexigua, pexexiliſq́; materia, nec ſatis ſcribi digna.* I*ſti ego (uitãdus eſt enim in principio maximè contemptus operis) affirmo, non talem ſibi introgreſſo eam uiſum iri, ſed magnam, profundam ſinuoſam, ſimulemq́;* Labyrintho *cuidam, etiam ſi* Minotaurus *non ineſſet: ut uerè liceat* Vergiliano *uerſu dicere,*

H*ic labor ille domus, & inextricabilis error.* Aeneid. 6.

V*bi utinam non pleriq; fallere mur, nõ modò plebeij, ſed etiam principes in dicendo, ac* Theſeo *pares, qui filo illo* Ariadnes *aut nõ utimur, aut abutimur.* Neq; *de noſtra tantùm memoria, uerùm de aliquot iã proximis ſeculis loquor, in quibus uix quiſpiã uitio hoc nõ laborauit, uel utẽdi iſto pronomine, quũ non oportet, uel non utendi, quum oportet.* At *quàm uſitato, quàm neceſſario, quantæ etiã dignitatis uocabulo?* Etenim *(ut ſuperſedeã de genere hoc toto dicere) quãtùm grãmaticis, dialecticis, philoſophis, utiq; in ijs, quæ metaphyſica uocãt, quãtùm theologis, iuriſperitis, oratoribus, quãtùm deniq; omnib⁹ ſermone utẽtibus cõducit rerũ, uerborũq́; interpretatio, quod propriũ eſt eloquẽtiæ?* Certè *hoc, cuius uim, iuſq́; interpretamur, tãti faciẽdũ eſt inter cætera uocabula, quãti* Pluton *inter reliqua numina triũ maximorũ deorũ & unus, & frater tertius.* Rides *uiciſsim cõparationis hyperbolen.* Tu *uerò*

uel

uel per me licet rideas, tecũ etiã risurum, quum (ut inquit
Lib. Serm, 1. Horatius) *ridẽtẽ dicere uerũ* Nil uetat. *Rideas, inquã, nõ*
fary. 1. *derideas. Nã & propius ad ueritatẽ accedet mea superlatio ridicula, q̃ tua cũ detractione derisio. Nec nihil bella, nec incõcinna, nec inepta sanè cõparatio erit. Siqdẽ quẽadmodũ tres filij Saturni (si uetustati credimus) omnia inter se diuisere: ut Iupiter cœlũ, Neptunus maria, Pluton inferos sortiretur: ita tria pronomina & inter se germana, & inter cæteras uoces primaria, tũ omnẽ personarum numerũ cõplectũtur (Ego simile Ioui, cuius prima est dignitas: Tu simile Neptuno, cuius secũda: Sui simile Plutoni, cuius tertia) tũ oĩa deriuatiua per totidẽ casus singula sibi uẽdicãt. Nã quid est, quod nõ meũ, aut Tuũ, aut Suum dici queat? & licet Sui nõ cõtineat tertiã omnino personam, tamẽ illius ueluti fons est, perq; ipsum ea tota nuncupatur, ditius nimirũ ac locupletius utroq; aliorũ, quoniam plures uoces poßidet tertia persona, q̃ reliquæ. Et hinc quoq; Plutoni comparandũ, qui Dis à diuitijs, & eadem causa Græcè Pluton appellatur. Et eò quidẽ magis, quòd sicut Pluton defectum lucis sentit, eiusq; imperiũ omne ex alieno pendet orbe, quòd hinc illuc animæ descendũt sine quibus nõ existeret illius regnũ: ita Sui, & defectũ nominatiui habet, & nisi regimẽ eius aliunde pendeat, nequit subsistere, & (quod ad rẽ maximè facit) quẽadmodũ Plutone præside, bene maleq; factorum iudicia exercẽtur: sic in usu dictionis huius, bene maleq; loquẽtes præcipuè iudicãtur: ut qui ex hoc iudicio absoluti discesserint, ij optimo iure tãquã ad Elysiũ eãt, cũq; Vergiliano Anchisa dicãt:*

Aeneid. 6. *Quisq; suos patimur manes: exinde per amplum*
Mitimur Elysium, & pauci læta arua tenemus.

Quare si pronomen istud tanto Deo cõparari potest, cur eius

eius tractatio perexigua, perq; exilis existimetur? Libuit iocari Ioãnes, dũ nostram materiã (munus uidelicet in te meũ) nõ esse tantopere cõtemnendã ostendere uoluimus. Sed id ipsa tractatio planũ faciet, meq; non modò potuisse illam Labyrintho comparare, sed fortaßis etiã intus Minotaurũ, id est, desperationem habenti. De cuius natura & usu cùm alij ueteres grãmatici nonnulla, tum Priscianus (cui inter cæteros ferè tribuitur palma) pmulta præcipit, & haud scio an ulla de re diligẽtius, ut mirer sic lapsam loquendi consuetudinẽ defluxisse de uia. Nos huiusmodi erroris causas (ut aberrantes reducamus in uiam) quoad facultas ferret, diligentius tradere conabimur.

In quo distent Sui, & suus inter nos, & Græcos. CAP. I.



RINCIPIO (*quoniã Priscianus pleraq; ad Græcã figurã reuocat, & hoc in primis pronomẽ de quo agimus) indicandũ est multa esse cũ alibi, tum uerò hic inter nos Græcosq; dißimilia. Primũ apud illos Sui, id est, οὗ, οἷ, ἕ. σφὲ, σφὶν. σφᾶς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς, nõ sanè frequẽti in usu: & Suus, id est, ἑὸς, καὶ σφέτερος, in minus frequẽti esse: apud nos uerò frequẽtißima, & quàm usitatißima. Itẽq; pro his duobus apud eosdem aliud pronomen, id est, αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν, usurpari: qđ propriè est Ipsius, ipsi, ipsum, ipso: uel ex utroq; cõpositũ, ἑαυτοῦ, &c. Et licet nonnihil differãt, tamen crebrò illud pro hoc poni, ut uix scias, quid inter ipsa intersit. Neq; me fugit ad signandã differentiã illud aspirare solere, quũ pro hoc ponitur: sed nescio an omnes id scriptores obseruarint. Certè nec oẽs editiones seruatũ habent, & quæ habent, uix ubiq;: & si ubiq; haberent non tamen in totũ linguæ Latinæ responderet. Præterea*

hoc

hoc ipſum cõpoſitũ priæ,ſecũdæq; pſone accõmodari,nõ ſolũ tertiæ,ut προσέχετε ὑμὶν ἑαυτοῖς,apud nos (ſi uerbũ ſit è uerbo) abſurdiſsimũ, Attẽdite nobis ſibi,ſiue nobis ſibi ipſis:cũ tãtũdẽ ſignificet Nobis ipſis. Poſtremò apud Homerũ,& ſi qui ſunt alij,ſexcẽtis in locis reperiri οὗ,οἷ,ἓ.hoc eſt,Sui,ſibi,ſe:p Eius,ei,eũ,eo:ſiue pro Illius,illi, illũ,illo:cuius autoritatẽ imitatũ noſtrũ inuenio neminẽ. Ita & ſuã naturã interdũ deſerit hoc pronomen,& in locũ ſuũ aliud ſuccedere patitur. Quod nobis adeò denegatum eſt,ut ſicuti Mei & Meus,Tui & Tuus:ita Sui & Suus nequeãt alterũ pro altero poni,quũ nõ Latina ſit, ſed barbara oratio,Ego amo amicũ mei,uel tui,Hic amat filiũ ſui:pro,Meum,Tuũ,Suũ.&,Hic me credit omnia facere amore meo,odio tuo,inuidia ſua:p,Mei,Tui, Sui, quæ apud Græcos non eſt differentia. Siquidem(ut alibi probauimus)Sui,ut Mei,Tui,Noſtri,& Veſtri,paſsiuè ſemper accipitur:Suus uerò,ut Meus, Tuus. Noſtrum, Veſtrũ,Noſter. Veſter,poſſeſsiuè,uel actiuè:quod Priſcianum ignoraſſe ob Græcã forſitan imitationem quàm mirũ,tam uerum eſt. Quum ergo tot ſint quibus à Græca noſtra diſſentit oratio,nõ quid illi dixerint eſt intuendũ, ne in eundem in quem nonnulli(ſicut oſtendam)errorem incidamus:ſed quid noſtri,quorum autoritatẽ imitamur.

Non eſſe tria genera conſtructionis prædictorum pronominum, ſed reciprocationem ſufficere. CAP. II.

HAec præfatus,ad rẽ ipſam uenio,cuius Priſcian⁹ tria genera facit. Vnũ,quod uocat Reciprocũ,quũ pronomen in ſeipſum reflectitur:ut,Cato amat ſe. Alterum, quod uocat Tranſitionẽ,quũ per deriuatiuum eius loquimur:ut,Cato amat ſuũ filium,ſiue Catonem amat ſuus filius.

lius. Tertium, quod uocat Transitionem, quũ accedit alterum membrum: uel in primitiuo, sic: Cato precatur me, ut sui miserear: Vel in deriuatiuo sic: Cato precatur me, ut sui filij miserear. Sed optimũ fuerit eius ad literã subijcere uerba, eaq́; aliquãto longius repetita (quoniam non in unius tantùm quæstionis usum repetentur) quæ hæc sunt:

Possessiua uerò modis cõstruũtur tribus: cùm uerba uel à possessore in possessionẽ, uel à possessione in possessorẽ, uel extrinsecus trãsferũtur. A' possessore in possessionẽ: ut, Doceo meũ filium, doces tuũ discipulũ, docet ille suũ auditorẽ. A' possessione uerò in possessorẽ: ut, Paret mihi meus filius, paret tibi tuus cliens, paret illi suus seruus. Extrinsecus: ut, doces tu, uel ille meũ filiũ: doceo ego, uel ille tuũ filiũ: doceo ego, uel tu suũ, uel illius filiũ. Sed melius hoc per transitionẽ: ut, Rogat ille me, ut doceã suũ filium. Cùm enim Suũ sit relatiuũ, exigit, ut prius cognoscatur pſona possessoris sui, ad quã referatur. Et sciendũ, ꝙ omnia possessiua, possessoris quidẽ personã secundũ primitiuũ significãt. Possessio uerò ipsa tertiæ est pſonæ, ut Meus, Tuus, Suus, quomodo & noĩa quibus iungũtur: ut Meus pater, Tuus filius, excepto uocatiuo, q solus in primæ pſonæ possessiuis inuenitur, quũ secũdæ copulatur pſonæ: ut, Mi pater, ô mea Tullia, ô noster Chremes. Omnia tamẽ possessiua in genitiuos primitiuorũ, nõ solùm nominibus, sed etiã uerbis trãsitiuis sociata, possunt resolui: ut, Amicum meũ moneo, pro amicũ mei: & Euãdrium filiũ Turnus interfecit, pro Euãdri filium: et Daunius filius ab Aenea uictus est, pro Dauni filius. Hoc autẽ interest inter possessiuũ pronomẽ, ut Meus, Tuus, Suus, & primitiuum Mei, Tui, Sui, ꝙ uoce possessiui genus, et Casus, & numerus ipsius possess. ostenditur, et substantiua qdẽ uerba pos

sessiuis cōiuncta ad possessores referūtur: ut, Tuus sum filius, & Meus pater es, et Suus est illius seruus. Et aliquātò posterius: Nos uerò primitiuis quidē. i. Sui, sibi, se, à se uel p reciprocationē: ut, Sui potitur, Sibi indulget: uel p retrāsitionē utimur: ut, Hortat̄ me ille, ut sui potiar, Rogat te ille, ut sibi indulgeas. Possessiuis uerò quū ī ea possessiuorū fiat trāsitio: ut, Sui serui miseretur, et suo Seruo prodest, & Suum seruū diligit. Nec aliter tamē potest su pradictū possessiuum tertiæ personæ cōstrui cū alijs extrinsecus psonis, nisi per trāsitionē (quomodo & primitiuum eius) id est, nisi prius à possessore eius proficiscatur in aliā uerbi personā: & sic ab illa rursus ad possessionē tertiæ, sicut & ad se: ut, Rogat me ille, ut suus seruus ministret mihi uel tibi: Precatur me ut sui patris miserear. Petit te ut suo prosis filio: Obsecrat Cicero Varronem ut suū erudiat gnatū, Et notandū q quū à tertia in tertiā fit trāsitio personam, in dubiū uenit, possessio ad q̄ pertineat earū: ut, Rogat iste illū ne suo noceat filio, ambiguū cui⁹ filio, suo istius, an illius. i. an rogātis, an eius qui rogatur: quomodo & apud Græcos παρακαλεῖ Πλάτωνα Ἀριστοτέλης ἵνα τὸν ἑαυτοῦ φίλον παιδεύσῃ. dubiū fit utrū Platonis, an Aristotelis suūm. Hæc ille. Non uideo, quid opus fuerit hac diuisiōe, quū et alia genera, et aliæ species esse possint, ut posterius apparebit, neq; hæc ipsa satis inter se distincta sint. Quæ enim species hæc erit? Cato cupit me amicū sibi, uel suū: Optat te coli à se, & à suis: Ait domū tuā se autore extructā, siue sua pecunia: Relinquā Reip. testimoniū meæ in se uoluntatis: Rex est domi suæ lætus sua gloria: Sua quēq; delectant: Terra per se stat: et alia plura: ut fortasse sicut expeditius, ita satius fuerit hæc oīa appellare Reciprocationē: qđ propemodū Priscianus ipse

confite

confitetur, quũ lõgè pòst inquit: Nõ aliter tamẽ hoc fit nisi prius à tertia persona uerbũ aliquod (ut diximus) proficiscatur ad aliã extrinsecus psonã, & sic ab illa p retransitionẽ ad eã reciprocetur aliud uerbũ: ut Rogat me ille, ut ad se ueniã: Petit te, ut sibi des: Hortatur milites imperator, ut se largo potiãtur. Quapropter hoc tanquàm generali uocabulo (si modò ausim dicere) solo uti possumus.

Vnde dicta sit Reciprocatio. CAP. III.

QVod ex eo dictũ est, quòd sicut reciprocatur spiritus, quũ recipitur, et unda uicißim alluẽs litus, & Euripus ad pristinũ subinde cursũ rediẽs reciprocus est: ita hæc pronomina alterũ primitiuũ, alterũ deriuatiuum ad id unde prodierãt, reuocãtur. Quod Græci ἰδιοπάθεια & ἰδιοπάθειαν uocãt. Priscianusq; interpretatur, Sui passum, & Sui paßionẽ, tum durè, tũ minus aptè: quia Sui (ut diximus) tantummodo paßiuè accipitur. Satis autem erat Reciprocum, & Reciprocationem dixisse.*

Quomodo solœcismus admittatur in Sui, & Suus. CAP. IIII.

ET hac quidẽ quomodo sit utendum, ex superioribus liquet. Quonã autẽ modo aliqui abutantur, Priscianus ostẽdit, inquiẽs: Tertiæ uerò personæ posseßiuũ sine uoce altera significante possessorẽ suum, nõ potest adiungi alij personæ p se. Si dicã Seruus suus ministrat mihi uel tibi, solœcismũ facio. Propemodum ipse præceptor hoc pronomine abusus est. Ego dixißẽ Ipsius, ut referatur ad possessiuũ potius, quã Suus, quod referri uidetur ad uocẽ alterã, qđ ille nõ sentit. De quo latius posteà. Sed cur de primitiui solœcismo omisit exẽpla? quæ res multùm faciebat ad hoc uitiũ deuitandũ: ut, Ego dixi sibi, Nõ est sibi curæ Respublica, Tu fuisti secũ: pro eo qđ est, Ego dixi ei, Nõ

est ei curæ Respu. Tu fuisti cum eo. An quòd temporibus eius in hoc nunquàm, aut uix unquã peccabatur? Quippe cùm hac quoq; tempestate minus in Sui peccetur, quàm in Suus. Sicut enim datiuo et ablatiuo postposita præpositione Cũ, prout exẽplis docui, & nonnunquã forsitan genitiuo, ut, Feci amore sui, uulgus utitur: ita nõ utitur accusatiuo, ablatiuoq;. Quis enim è uulgo sic loquitur? Vidi se: Pergo ad se: Indigeo se: Redeo ad se: pfectò (q̃ sciã) null⁹: ut si rectè ratiocinamur, minor sit eius pars ĩ qua peccat, utpote nõ planè p duos casus: at uerò in Suus p omnes. per nominatiuũ, quale fuit Prisciani exemplũ, & in opposito: ut, Hoc est opus suũ, per obliquos: ut, Ego sum amicus patris sui: Tu non places filio suo: Legisti librũ suũ: Pone hoc ad pedes suos: Libris suis fruor: In hortis suis cœnauimus: pro eius, siue ipsius, siue illius: quæ dici nõ Latinè, si qua ratio est, reddi ista potest: In primitiuo quidẽ (q̃ quũ inter hũc modũ loquendi quem reformidant, & illum quo utuntur, nihil intersit) palàm est eos (semp enim falsitas se ipsa conuincit) sua cõfeßione peccare, ut nuper quendã literarũ Græcarũ ignarum, quẽ quòd negaret propter loquendi cõsuetudinẽ dicendũ esse Aristoteles, ita sum percõtatus, non'ne Aristotelicus omnes dicũt? Quũq; ille respõdisset, etiam: ergo, inquam, etiã uestro testimonio dici debet Aristoteles, nõ Aristotiles, ut fieri poßit Aristotelicus. In deriuatiuo autẽ quod consequẽs est, quum hoc sit eiusdem naturæ, quod illi tanquã genitori, uel domino, uel duci nõ licet, id huic uel filio, uel seruo, uel militi nõ licere

Prima causa, cur Sui, & Suus abutamur pro Eius, uel Ipsius, uel Illius. CAP. V.

V*Erùm hic quispiam, neq; hac mea ratione contentus, neque Prisciano satis fidei habens, aget nobiscum*

autor

autoritatibus, opponetq́; Vergilianum illud:

Tum breuiter Barsen nutricem affata Sichæi, Aeneid. 4.

Nanq; suam patria antiqua cinis ater habebat.

Quòd haud dubiè illi simile est, Seruus suus ministrat mihi: siue, Seruũ suũ uidi, & cætera quæ protuli paulò antè per omnes casus exẽpla. Vbi etsi abest ad quod refertur Suus, id tamen subauditur: nemo enim dicit Suus, nisi de eo, cuius habita sit mẽtio: ut si rogãti, Vbi est Titus? Respondeas, Nescio, seruus suus est hic, uel seruũ suũ uidi. In quo si solœcismus est, & in uersu Vergiliano sit necesse est. Sin in hoc nõ erit, falsò ait Priscian. in illo esse. Quid igitur ad hoc dicemus? Si Vergiliũ dãnamus, tantũ uirũ, & poëtarum Latinorũ longè principẽ, quis ferat? & non eius autoritatẽ qualibet ratione potiorem existimet? Sin Priscianũ, iam omnis huius rei ars subuerteretur, nullãq́; aut superuacuam maximorũ autorũ fuisse dicamus obseruationem oportet. Ego etsi uideo Priscianũ (si modò animaduertit) hoc dißimulasse, tamen ipse nõ dißimulabo, aut iam non dißimulaui potius: quippe qui superioribus exẽplis simile esse cõfessus sum. Sed uel poëticam licentiã excusandam reor, uel operis imperfectionem, Etenim credere libet Vergilium, cùm talem quẽdam uersum faceret,

Nanq; suam patria liquerat tellure sepultã, impeditũ prima syllaba uerbi lõga, mutasse formã dicẽdi atq; ita in solœcismũ (si dictu fas est) incidisse. An nõ illud huic ex superiore lib. etsi nõ persimile, tamẽ nõ dißimile prsus est?

Viuite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. Aeneid. 3.

Pro Vestra, positũ est Sua. Quòd si quis dicat positũ esse pro propria, rectéq́; hoc dici: ut id rectè diceretur, Viuite felices, qbus est fortuna pacta iã propria. hic nihil dicit, cùm suũ etiã pro proprio acceptũ naturã tertiæ per-

sonæ nõ mutet, nemoq́; sic loquatur: Est mihi, aut est tibi suus scribendi mos: quum tamen dicamus, Est mihi, aut est tibi proprius scribẽdi mos: Nã in illo huius eiusdem poëtæ
Aeneid.6. *uersu. Quisq; suos patimur manes: nõ refertur id suos, ad primã personã, q a sic resoluenda est oratio: Nos patimur manes, sed quisq; nostrũ suos. Eiusmodi paßim reperiũtur exempla: ut, Quũ in bibliotheca nos ad suũ quisq; studiũ libros euolueremus. Nõ est autẽ huic Vergiliano, de quo*
Epist. Penel. ad Vlys. *disputamus, Ouidianũ illud simile: Respice Laërten, ut iã sua lumina condas: Vbi nonnihil rationis est, quòd utrũq; uerbum eidem supposito seruit. Hæc igitur Vergilij autoritas (& si qua sunt eiusmodi apud alios loca, quorũ nonnulla posterius attingam) prima extitit causa (ut iam causas enumerare incipiam) uulgaris erroris.*

Secunda eiusdem causa. CAP. VI.

ALtera, quòd nonnullis in locis siue hominũ, siue temporum culpa, libri corrupti sunt: ut apud Cic. in Sallustium, Quòd si istius uita memoriam uicerit, aliam Patres Conscripti, nõ ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Quem locum (nisi emendetur) non confido me expositurum. At qui se exponere posse confidunt, ut in tota sententia, sic in uerbo Suis, quid ratio poscat, non respiciunt. Nec solùm communis est huiusmodi menda librorũ, sed etiam priuata in suis cuiusq; codicibus. Nec aliunde factum est, ut q;, encleticam quidam præponant (quorũ sunt Ebrardus & Alexander) nisi quòd Vergilium malè le-
Aeneid.7. *gunt: ut in illo uersu, Se satis ambobus Teucrisq́; uenire Latinis. pro Latinisq́;.*

Tertia causa. CAP. VII.

ATque hæ quidẽ causæ citra nostram forsitan culpam sunt. Totidẽ autẽ quæ sequũtur nobis utiq; aßignãdæ

sunt,

ſunt,nonnihil ex duabus ſuperioribus alimenti ſumentes. Prior,quando non præuidemus quò referatur hoc prono men,quadam ambiguitate decepti:ut apud Vergilium,

En Priamus,*ſunt hîc etiam ſua præmia laudi.* Aeneid.5.

Et apud Quinti. Itaq; accedam in pleriſq; Ciceroni,atq; in ijs ero,quæ indubitata ſunt,breuior, in quibuſdã paulũ fortaſſe diſſentiam.Nã cùm etiam iudicium meum oſtendero,ſuum tamẽ legẽtibus relinquã:quaſi id Suum *de Cicerone dicatur,nõ de legẽtibus.Et alibi,dum idem autor cur Ciceronis exẽplum cõtraxerit,inquit: Quæ qa erant lõgiora,nõ ſuis uerbis expoſui.* Suis *acciperẽt pleriq; pro Ciceronis,quũ ſit accipiendũ eo modo quo illud: Exponã altercationem noſtrã ſuo ordine, ac ſuis uerbis. Idẽ quoq; in primitiuo cõtigit,ut apud eundem: Nam & de filio ni hil aliud perdiderat miſera,niſi dies:nec iam timebat, ne ille,quo fruebatur, mori poſſet:plãctibus,lacrymiſq; (pe nè improbè dixerim)parcius utebatur, nec ſibi permitte bat dolor lugere uenientẽ.* Nam id Sibi *ad dolorẽ refertur,nõ ad matrẽ.Permulta ſunt huius generis exempla, in quibus errandi ambiguitas eſt cauſa,ex quadã rei ſimi litudine nobis labãtibus:ut quia illud bene dicitur, Adoleſcens aßiduè à me increpatur, obiurgatur, caſtigatur, hoc ſuis nõ placet:uideatur & hoc bene dici,Adoleſcentem aßiduè increpo,obiurgo,caſtigo, qđ ſuis nõ placet: quod ipſarũ ſtatim iudicio auriũ probabile eſt:hoc autem ſecus,& perinde eſt ac ſi dicas, Me increpare adoleſcentem aßiduè obiurgare,caſtigare ſuis nõ placet: niſi quis uelit uerba hæc actiua paßiuè reſolui poſſe, & huius generis locũ illum eſſe Ciceronis: Qui autẽ annus ei primus ab honorũ perfunctione aditũ omniũ conſenſu ad ſummã autoritatem dabat, is eius omnem ſpem, ac omnia uitæ*

consilia morte peruertit. Fuit hoc luctuosum suis, acerbũ patriæ, graue bonis omnibus. Illud transeo, quòd in nemi nem nisi stultũ cadat, ut hoc non intelligat, quale est apud Quintil. Tu prima docuisti sibi nõ parcere, potius quàm plus flere: ubi subauditur, illum, ut sit, Tu prima docuisti illum sibi non parcere, seu suis.

Quarta causa. CAP. VIII.

POsterior (quæ eadẽ quarta est) causa, quòd uidemus indifferens esse, an quis dicat, Omnes optãt, quod sibi utile est, uel quod ipsis utile est. Ille repetit quod suum, siue quod ipsius est. Quisq; uult, quod sibi, uel quod ei, siue ipsi expedit, prodest, cõducit, placet. Idq; apud summos quosq; scriptores. Cic. pro Marcel. Multi dubitabãt, quid optimum esset, multi quid sibi expediret. Idẽ pro Lig. Legatus in pace profectus in prouincia pacatissima ita se gessit, ut ei pacẽ esse expediret. Idem in Philip. Dicit enim si quis eorum, qui prius se rogati essent, grauiorẽ sentẽtiam dixisset, in eam se iturum. Quint. in Milite Mar. Neq; ignorauit, quæ manerent eum pericula. Dixit de Is, dicam de Ipse, addamq; de Ille. Cicer. pro Rab. Nec enim cuiquam eius cõsilium, uehemẽtius, quàm ipsi displicet. Et in Offi. III. Vas factus est alter, ut si ille nõ reuertisset, moriẽdũ esset ipsi. Et in Offic. I. Homo qui errãti comiter monstrat uiã, quasi de suo lumine lumen accẽdat, facit, ut nihilominus ipsi luceat, cùm illi accẽderit. Idem pro Marcello: Est uerò fortunatus ille, cuius ex salute nõ minor penè ad oẽs quàm ad illũ uẽtura sit, lætitia peruenerit. Quint. in Pariete palmato: Quapropter nõ petit, ut illum miserũ putetis, nisi & innocẽs fuerit. Et in Milite Maria. Affirmo tibi C. Mari, nõ sic nuper repugnasset, si illum tribunus uoluisset occidere. Adijciam unum de libris ecclesiasticis

Declam. 3. (beside "set, in eam se iturum")
Declam. 1. (beside "riete palmato")
Declam. 3. (beside "tibi C. Mari")

exemplum

exemplum, de quibus posteà locuturus sum: Iusiurãdum quod iurauit ad Abraham patrẽ nostrum daturum se nobis: Vt sine timore de manu inimicorũ nostrorũ liberati, seruiamus illi in sanctitate et iustitia corã ipso. Aliquãdo uidere licet, ubi desideres eum, ibi esse Se: & rursus ubi Se, ibi Eum. Cic pro Lig. Atq; hæc propterea de me dixi ut mihi Tubero, quũ de se eadẽ dicerẽ, ignosceret. Et per amphibologiam lib. Offic. I. Nã negligere quid de se qsq; sentiat, nõ solùm arrogãtis est, sed etiã omnino dissoluti. Non'ne licebat hic dicere, quid de eo quisq; sentiat, ut in illo eiusdem pro L. Sylla? Quid est huic qđ eũ in hac uita teneat? E diuerso alibi: Hic igitur Titus Ligarius, q tũ nihil aliud egit (neq; enim hoc diuinabat) nisi ut tu eum studiosum, & bonũ uirũ iudicares, nũc à te supplex fratris salutẽ petit. Vbi ego citius dixissẽ Se, q̃ in illo eiusdem ad Attic. Subquerulas literas miserat, ꝙ quædam constituta à se rescinderem. Cùm non minus belle diceretur, Quòd quædã ab eo, siue ab ipso. Hãc eandem differẽtiam agnoscas interuentu præpositionis, sed magis in ipse, q̃ in Is. Quintil. v. Instit. Nec libenter exẽplum, quod in se fortasse recidat, facit. Idem in VI. Quanquam aliqui repeuntur: qui ne id quidem, qđ in ipsos recidere possit, euitẽt. Sæpe duo hæc cõiuncta reperias, uel nulla, uel aliqua interueniente præposit. & præcipuè inter: ut idem in X. Quum sit diuersa non earũ modò inter seipsam cõditio, sed in singulis etiã partibus causæ, sintq; alia leniter, alia asperè, alia concitatè, alia remissè, alia docendi, alia mouẽdi gratia dicẽda: quorũ omnium dissimilis, atq; diuersa inter se ratio est. Huius præpositionis & illa proprietas est, ꝙ nihil interest, an Se, an Ipso utaris, quum antecedit uel genitiuus, (ut in ꝓximis exẽplis, et in hoc Tull. Nec

mihi cæterorũ, iudicio uidetur solùm, sed etiã ipsorum in ter ipsos cõcessu ita tributũ fuisse) uel datiuus, aut ablatiuus, ut apud eundem Quint. Circa quẽ inexplicabilis & grãmaticis inter ipsos, et philosophis pugna est. Et iterũ: Nã in magnis quoq; autoribus incidũt aliqua uitiosa, et à doctis inter ipsos etiã mutuò reprehẽsa. Secus quoties antecedit nominatiuus accusatiuusue: ut apud Cic. Vt enim pulchritudo corporis apta cõpositione membrorũ mouet oculos, & delectat, hoc ipso quòd inter se omnes partes quodam lepôre consentiunt. Et iterum: Damonẽ, & Pythiam Pytagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse. Vbi ego nõ ausim dicere Inter ipsas, & Inter ipsos. Nã illud ab hoc genere diuersum est, quale apud Quintil. Nemo igitur dubitauerit, longè esse optimũ genus Atticorũ, in quo, ut est aliquid inter ipsos cõmune, (id est, iudiciũ acre tersumq;) ita ingeniorũ plurimæ formæ. Hactenus exẽpla de Sui, nunc de Suus proferam. Cicer. Offic. (unde modò protuli exempla) lib. I. In primisq; uersutũ, & callidum factum Solonis, qui (quò & tutior eius uita esset, & plus aliquãtò Reipub. prodesset) furere se simulauit. Et in eodem: Illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate. Rursus in III. Quid Agamemnon? quum deuouisset Dianæ, qđ in suo regno pulcherrimũ natum esset. et in eodẽ: Piscatores ad se cõuocauit, & ab eis petiuit, ut ante suos hortulos postera die piscarẽtur. Inusitatius in eodẽ: Quid dominus nauis, eripiet'ne suũ? minimè: nõ plus quã si nauigãtẽ in alto eijcere de naui uelit, q̃a sua sit. Nec minus inusitatè pro L. Sylla, si modò syncera scriptura est: Sylla si sibi suus pudor, & dignitas nõ prodesset, nullum auxiliũ requisiuit. Vtrunq; probatur ex altero: illhic quidem licuisset dicere, Quo tutior sua uita, et Quæ erũt in

sua

ſua poteſtate:hic aũt Quod in ipſius regno,et Ante ipſius hortulos,& Quia eius illa ſit,& Si ei ſuus pudor. Cæterùm in ijs teſtimonijs duplicia uerba fuere: quid ubi ſunt ſingula? Nẽpe idẽ fieri uidetur, nec differre utrum dicas, Cepi columbã cũ pullis ſuis,an cum pullis eius. Inueni turturem in nido ſuo,an in nido eius. Expuli leonẽ ex antro eius,an ex antro ſuo. Necaui lupã,et catulos ſuos, an catulos eius,ſiue ipſius. Tuetur nos Deus propter ſuã clementiã,an propter eius,ipſius'ue clementiã. Ante domũ ſuam me inclamauit,an ante domũ eius,ipſius'ue,et ſimilia. Ego uerò ita ſentio,quũ interuenit copula, nõ licere uti Suus: q̃a nulla tũc eſt reciprocatio. Ideoq; nõ catulos Suos dicẽdũ,ſed Eius. In cæteris, ſi ſubſtantiuũ pronominis Sui reſpicit ad ſuppoſitũ, Suus utiq; dicendũ: ſin ad appoſitũ, ſæpius Eius dici, ſiue Ipſius, ſiue Illius. Ad ſuppoſitũ: ut, Tuetur nos Deus propter ſuam clementiã: non, propter eius: quemadmodũ dicimus, Tuetur nos Deus ſua bonitate, nõ eius bonitate. Inclamauit me ante domũ ſuã, nõ ante ipſius quemadmodum dicimus, Eiecit me domo ſua, non domo ipſius, ſiue eius. Ad appoſitũ: ut, Amamus Deum propter bonitatem eius: Allocutus ſum hominẽ ante domum eius, libentius dixerim, quàm Suum. Item, Cepi columbã cum pullis eius: Inueni turturẽ in nido eius: Expuli leonem ex antro eius: nec tamen ratio obſtat, quin & Suo dicatur, ac ne autoritas quidem Ciceronis de Republica libro ſexto: Itaq; ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Republica percontatus eſt. Terentius in Adelphis: Suo ſibi hunc gladio iugulo. Niſi ſi quod addatur appoſito adiectiuum, uerbum'ue ad quod fieri reciprocatio debeat: quod genus eſt: Inueni leonem iratum ac ſæuiorem ob amiſſam prædam ſuam: Video columbã triſtem in periculo pullorum

ſuorum:

suorum: Nosti illum minus suo quàm suorũ casu perterritum: Sentio hominem ambulantẽ per domũ suam, non per domum eius. Itẽ, Scio illum dolere fortunã suam. Et in primitiuo quoq; ut, Opinor hunc cognoscere contẽptũ sui. Illud transeo, neminẽ posse errare, quum Suus est substantiuum, ut Eius, aut Ipsius, aut Illius utatur: ut, Cõperi illum cũ suis, siue inter suos: quin etiam uix erratur, quũ accipitur pro proprio: ut, De hac re dixi suo loco: nõ Ipsius: & Referã hæc omnia suis locis, ac temporibus: non Eorum.

Causa cur Eius, Ipsius, Illius, abutamur, pro Suus. CAP. IX.

ATque ex ijs quidẽ quæ cõmemoraui, non modò factũ est, ut multi ꝑ Eius, siue Ipsius, siue Illius, uterẽtur Suus: uerùm etiã ut econtrario pro hoc illis abuterentur (de quo solœcismo nullã facit Priscianus mentionẽ) qualia sunt mea proxima exẽpla: ut, Video columbam tristem in periculo pullorũ eius: uel, Columba luget pullos eius: & quale Donati grãmatici (ut grãmaticos potißimũ suæ artis admoneã, si modò Donati grãmatici libellus est de uita Vergilij, in quo alterius quoq; generis uitia reprehẽdas). ait enim loquens de Vergilio: Voluit etiã eius ossa Neapolim trãsferri, ubi diu, et suauißimè uixerat. Ac paulò pòst Trãslata igitur iussu Augusti eius ossa (prout statuerat) Neapolim, fuere sepulta uia Puteolana intra lapidẽ secundũ, suoq; sepulcro id distichõ, qđ fecerat, inscriptũ est. Et iterũ: Itẽ rogauit, quo pacto quis altam, felicemq; eius fortunã seruare posset. Superius uerò: Quod quũ magister stabuli Augusto recitasset, duplicari sibi in mercedẽ panes iußit. Et alibi aliquoties sibi, uel suo ꝑ eius, & eius ꝑ suo, uel sibi. Verùm è Græca quoq; figura non minimũ causæ acceßit huic errori, id quod me pollicitus sum ostensurũ.

Nam

Nã quum pro uno αὐτ͂ , liceat dicere tũ Suus, tum Eius, tũ Ipsius, tum Illius (non tamen quodlibet semper tardus, aut indiligens interpres quando hoc, & quando illud com petat, nõ dispicit. Quo uitio in interpretatione quidẽ ecclesiasticorum librorũ omneis interpretes decepit lingua peregrina. Sed nos indigni reprehensione, qui maioribus credimus: illi uerò digni, qui maioribus suis credere noluerunt. Quo magis ex ijs præcipuè uitiosa à me sunt exẽpla proferenda, ut errorẽ nostrum, ubi frontẽ eius agnouerimus, deuitemus: quũ tamẽ ex hoc nec cõtumelia ulla fiat libris ecclesiasticis, Hebræa tantũ, aut Græca lingua loquẽtibus (nescio an honor potius habeatur) nec magna eorum traductoribus: si modo dignitatis horũ ratio habẽda est, q uel incerti sunt, uel ignoti, uel inter se dissidẽtes. Hoc mihi dissimulandũ non fuit, uel ob id, ne quis mihi istorũ obijceret autoritatẽ. In psalmis igitur (quos Hieronymus certè nõ trãstulit) ubi pleraq; huiusmodi rectè trãslata sunt, illud nõ rectè: À gloria eorũ expulsi sunt: ꝓ à gloria sua. Et iterũ: Qui exacuerũt ut gladiũ linguas eorum: pro linguas suas. Et iterũ: Saturati sunt filijs, & dimiserũt reliquias paruulis eorũ: pro suis. Et iterũ: Perierũt ꝓpter iniquitatẽ eorũ: pro suã. Neq; uerò me latet, in quibusdã codicibus rectè legi, Sua, Suas, Suis, Suam. sed ego rẽ, nõ homine noto. Necnon ibi: Et abstulit sicut oues populũ eius: qđ melius alibi legitur Suũ: sicut ibi quoq; : Sicut locutus est ꝑ os sanctorũ suorũ, qui à seculo sunt prophetarũ eius: alibi melius, Per os sanctorũ prophetarũ suorũ, qui à seculo sunt. In his omnibus Græcè est genitiuus αὐτοῦ, αὐτῆς, αὐτῶν ille pluralis, hic singularis. Aliquãdo etsi Eius, seu Ipsius, seu Illius tolerari põt, tamẽ Latinius est Suus: ut in eisdẽ psalmis, Neq; descẽdet cum eo gloria eius: pro Sua: tametsi

tametsi aliqui non legunt eius. Et iterũ: Desideriũ cordis eius tribuisti ei, & uolũtate labiorũ eius nõ fraudasti eũ: pro Sui, & Suorũ. Et iterũ: Brachium eorum non saluauit eos: p Suũ. Et iterũ: Benedicite domino omnes angeli eius, benedicite domino oẽs uirtutes eius, benedicite domino oĩa opera eius: p Sui, Suæ, Sua: quale est illud in Apoc. Opera enim illorũ sequũtur illos: quod ego citius dixissẽ, Opera enim sua. Huius tamẽ generis non est, si interuenit uerbũ, ad hũc modũ: Quòd pater nõ amarit te, siue patrẽ non amasse te, probat ipsius testamentũ: potius quã Suũ: ut est apud Quint. lib. I. Quomodo et ipsum & Vergiliũ quoq; scripsisse manus eorũ docẽt. Nam in illo apud Psal. Omnia à te expectant, ut des illis cibũ in tẽpore, dante te illis colligent: Illis pro Sibi positũ est: de secundo, Illis, magis loquor, quod Sibi quoq; translatum inuenio. Suo autẽ pro Eius (quod superioris generis uitiũ est) illhic: Ad nihilum deductus est in cõspectu suo malignus. Et iterũ: Si autem dereliquerint filij sui legẽ meã. quanquã lego in quibusdam editionibus utrobiq; Eius. Et iterũ: Anima autẽ mea exultabit in domino, et delectabitur sup salutari suo: nã id Suo, ad dominum refertur, non ad animam: quemadmodũ Græcè αὐτ. At ibi nescias an uarietate gauisus interpres sit, an consilio mutauerit: Quoniã secundũ altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiã suam super timẽtes se. Quomodo miseretur pater filiorũ, misertus est dominus timẽtibus se. Et in eodẽ Psalmo paulò pòst: Misericordia domini ab æterno, & usq; in æternũ super timentes se: & iustitia illius super filios filiorũ, his q seruãt testamẽtũ eius. Et, Memores sunt mãdatorũ ipsius. Pro his quinq; nostris, Suam, Se, Eius, Ipsius, Illius, unũ est pronomen Græcè αὐτ, αὐτῶν, αὐτοῦ. Idem, quod modò dixi, quod

quod nunc aspiretur nec'ne, non attinet dicere, ut taceam raris in codicibus Psalmorũ reperiri hanc diligentiam. Nam cæterorũ ecclesiasticorũ librorum in nullis adhuc reperi, nec eam (iudicio meo) satis exactam. Vter tamen sermo melior, Super timentes se, an Super timentes eum, lucis duntaxat gratia, super timentes eum, uel ipsius interpretis testimonio, qui priorem quodammodo posteriore correxit: nisi uarietatis gratia id facit. Huius generis ille quoq; locus est: Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt: quòd si dixisset, Aduersus eos, qui ipsos angustiauerunt, obscuritatem deuitasset, ut taceam quòd magis ad uerbum etiam transtulisset.

Quomodo uidetur amphibologia in Sui, & Suus. CAP. X.

E*Nimuerò euitatur obscuritas hæc amphibologiæ per aliquod ferè trium pronominum, Is, Ipse, Ille, quæ cũ alijs duobus Sui, & Suus modò pugnãt, modò conueniũt, ritu Troianorum puerorum: ut est apud Vergilium,*

Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula uertunt
Infensi, facta pariter nunc pace fruuntur.

Mutaui modò Se in Ipsos, mutabo alio exẽplo in Eos, ut fecit interpres superius in psal. si tamen mutasse dicendus sit. Cic. in Brut. Is soceri instituto, quẽ (quia cooptatus in augurũ collegium nõ erat) nõ admodũ diligebat: præsertim cùm ille Q. Scæuolam sibi minorẽ natu generũ prætulisset. Nã id Sibi (ut Quintiliani uerbis utar, qui eum notat) & ad socerũ referri, & ad Fannium potest. At si dixisset Ei, de Fãnio utiq; locutus intelligeretur: aut si Ipsi, aut si Illi, sic, Præsertim quum is Q. Scæuolã illi. Et ego quidẽ deuitare cupio amphibologiã. At Prisc. (cuius hoc erat officij) quũ eã notat, nõ modò id nõ facit, uerùm etiã

in ipsam incidit paulò pòst, dum ait: Vel quũ transitũ *facit in aliquos sibi cõiunctos, ut ille miseretur eorũ, q secũ uiuunt, uel sibi parẽtium, uel secũ degẽtium, dat sibi fauẽtibus, incusat secũ certantes, et inuidet se indigẽtibus.* Nã *id* Sibi, *& id* Se *(quũ tam plur. sit numeri quàm singul.) quò referatur ambiguũ est: sed hæc amphibologia in primitiuo est, illa quã ipse notat, ĩ deriuatiuo,* Rogat iste illũ *ne suo noceat filio.* Quasi *uerò nihil ad rẽ faceret illud de* Cicerone *&* Varrone, *aliud ambigui protulit exemplũ.*

Suus est illius seruus, & similia malè dici. CAP. XI.

IN *quo etiã exponẽdo, quod in illo nõ fecisset, errauit, ut ad aliam quæstionem transeamus.* Errauit *enim, inquiens,* Ambiguũ *cuius filio suo, istius, an illius: cuiusmodi est, quod superius dixit:* Doceo ego, *uel tu suum illius seruũ.* Et *iterũ:* Suus *est illius seruus.* Et *iterũ:* Suus *illius, istius, ipsius hominis.* Inq; *alia lõgè pòst materia, nisi substantiuis uel uocatiuis uerbis adiungãtur, sicut et nomina meus es filius, meus uocatur seruus: tuus nominor parẽs, tuus est pater: suus illius sũ filius, suus illius es filius, suus illius est filius.* Et *aliquãtò pòst nõ semel, quæ uerba mox subiungã, quorũ* Prisciani *exẽplorum unũ est:* Suus Vergilij *uersus: simile illi, utrũ* Platonis, *an* Aristotelis *suum?* Quod *sermonis genus (quantum memini) nusquam inueni: eoq; mallem aliena prompsisset exempla is, qui hoc tradit, quàm sua finxisset.* Ad *hoc probandum ea quoque facient, quæ de coniuncta huic materia disputabimus.*

Suus neque discretionis, neque abundantiæ causa posse addi ad Ciceronis uel istius filius, sed potius redundare. CAP. XII.

IAm *uerba, quæ modò promisi me subiuncturũ, utriq; atq; adeo multiplici quæstioni seruiẽt, et idcirco proli*

xius

xius recitētur, quæ hæc ſunt: Diſcretionis quoq; cauſa, uel abundantiæ, ſolet cum genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeßiui: ut, Suus eſt Homeri mos: intelligitur enim nō alterius: & Suus Ciceronis filius hæres eſt patris conſtitutus: Suus dicitur ad diſcretionē illius, qui ſecūdum leges non eſt ſuus: id eſt, ſub poteſtate patris legitimi nō eſt. Quòd autē Suus ꝓ uniuſcuiuſq; ꝓprio accipitur, uſus cōfirmat. Verg. Georg. 1. Molles ſua thura Sabæi. Terent. in Phorm. Quot hoīes, tot ſentētiæ, ſuus cuiq; mos eſt. Sin autē in poſſeßionē fit à poſſeſſore tranſitio, obliquis poſſeßiui utimur: ut, Cice. miſeretur filij ſui, præbet ſuo filio, aſpicit ſuū filiū, potitur ſuo filio. Sin extrinſecus fit trāſitio in poſſeßionē tertiæ pſonæ, ſufficit genitiuo uti ipſius poſſeſſoris: ut, Miſereor filij Ciceronis: dono filio Ciceronis: accuſo filiū Ciceronis. Licet tamē etiā addere poſſeßiui caſus cōſequētes, uel diſcretionis cauſa, uel abūdātiæ: ut Egeo ingenij ſui Cicerōis Benedico īgenio ſuo Ciceronis, & ſimilia. Illud quoq; sciēdū, ꝙ cū in alijs omnibus poſſeſſiuis liceat primitiui genitiuo ꝓ omni eorū uti caſu, quod oſtēdimus, in hoc quoq; poſſeßiuo ꝓnomine tertiæ pſonæ quomodo ī alijs tūc utimur, quū ipſe poſſeſſor aliqd agat in poſſeßionē ſuā, & cùm in aliā perſonā tranſitū oſtēdatur facere pro ſua poſſeßione: ut, Amat ille ſuū filiū, & amat ſui filiū: Benedicit ſuo filio, et benedicit ſui filio: Petit à me ut proſim ſuo filio, & ut proſim ſui filio, ſi ipſa tamē poſſeßio in poſſeſſorē faciat trāſitionē, nō eſt congruū uti primitiui genitiuo pro poſſeßiuo: quia uim habet cōpoſiti Græci: ut, Ciceroni redit ſuus filius, nō ſatis cōmodè ꝑ hoc dicitur, Ciceroni redit ſui filius: nec, Ciceronē laudat ſuus filius, ꝑ ſui filius, et ſimilia: qa nec apud Grecos bene dicitur, Κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός, niſi more Attico pro ſimplici

plici compositum accipiatur. Et sciendum quòd quia primitiuũ cuius tam singulare, quàm plurale est, licet in possessiuo & unũ & plures possessores eius intelligere, pro significatione genitiui ad possessorem pertinẽtis: ut, Suus illius, & Suus illorũ: nec mirũ si per transitionẽ Romani utũtur his pronominibus, Sui, sibi, se, à se, & eius possessiuo, ut ostendimus: necnon si ad coniunctionẽ Sui, ad alias etiã personas aliquid agat: ut, Ille uocat me ad se, ducit te secũ, trahit oĩa in se: uel quũ transitũ facit in aliquos sibi cõiunctos: ut, Ille miseretur eorũ, qui secũ uiuunt, uel sibi parẽtiũ, uel secũ degẽtiũ: dat sibi fauẽtibus: incusat secum certãteis: et inuidet se indigẽtibus. Et uidẽtur hæc oĩa possessiuorũ uim habere, & similia, nec incõgruè huiusmodi cõstructionẽ habuisse, cũ Attici quoq; soleãt huiusmodi cõpositis uti in cõstructionibus. Xenophon ἀπομνημονευμάτων primo: Ἀλλὰ Σωκράτης ἔφη, ὁ κατηγόρος τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε πείθων συνόντας αὐτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων. Quòd autẽ etiã genitiuo, uel datiuo, qui loco sit genitiui possessoris, bene additur etiã possessiuũ (ut suprà diximus) non solùm nostrorũ, sed etiã antiquorum usus comprobat. Vergilius in Bucolicis:

Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus.

Eclog. 3. Terent. in Adelph. Suo sibi hunc gladio iugulo. Plato in Timæo: Μήτ' ἄρα ἀργύρεον μήτε χρυσίον μήτ' ἄλλο ποιηθὲν κτῆμα αὐτῶν ἴδιον. Et (qđ mirũ est) hoc ipsius τὸ ἴδιον etiam primæ, & secũdæ adiungitur personæ apud illos, ut Isæus ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην, οὐκ ἂν τὰ ἴδια τὰ ἐμαυτοῦ: pro quo nos dicimus, meum propriũ, & tuum proprium. Dicitur tamen etiam suũ propriũ illius, ut nõ putetur abũdare suũ, sed indubitabilem discretionẽ significare. Illud quoq;

quoq; notandũ, ꝙ tertiæ personæ possessiuũ ad innumerabiles (ut dicimus) refertur personas: quippe cũ ad omnia tertiæ personæ pronomina, & ad omnia noīa & participia potest referri, ut Suus illius, Suus istius, huius, eius, Suus Vergilij uersus, Sua discẽtis diligẽtia. Primæ aũt ꝑsonæ possessiua, & secũdæ, non egẽt per se prolata adiunctione alicuius genitiui, quũ uim genitiui finiti ĩ se habeãt: quomodo nec Suus eget genitiuo sui primitiui, quem in se possidet, sed extrinsecus alterius uocis propter multitudinẽ tertiarũ personarũ. Præter rẽ fuerit hîc notare tã multas, atq; adeò innumerabiles tertias personas, quũ tantùm una sit, sed huius ꝑsonæ innumerabiles uoces. Primũ aliud est Suus illius filius, &c. Aliud, Suus est Homeri, uel Homero mos, & Suus cuiq; mos. Et apud Catullũ: Suus cuiq; innatus est error: quoniã hîc accipitur Suus ꝓ proprius, illhic minimè. Deinde nulla illhic reciprocatio, quæ hîc est: quippe intercedẽte uerbo inter Suus et genitiuũ datiuũ'ue: sic, Homeri, uel Homero est mos suus, siue mos suus est Homero: Cuiq; est mos suus, siue mos suus est cuiq;: Cuique est ĩnatus suus error, siue suus error est innatus cuiq;. Phœbo sunt semper lauri sua munera apud me, siue lauri sua munera sunt semper Phœbo apud me. De quo genere cõstruẽdi, posterius qd sentiã apparebit. Nã illud exẽplũ,

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi: Georg. 1.

inutile exẽplũ est, in quo nõ accipitur Sua ꝓ propria: sed quomõ quũ dicimus: Mittũt suos legatos, suos milites, suas naues, sua agmina: quo etiã modo accipitur in Terẽtiano exẽplo: Suo sibi hũc gladio iugulo. quod Sibi, nulla nisi festiuitatis cuiusdã gratia additũ est, nec ita cohæret cũ hoc ablatiuo datiuus sui primitiui, ut fit in illis genitiuis, Suus illius, Suus Aristotelis, Platonis'ue, nullo pacto separabi-

 libus.

libus. Nā si separes, iam alterū genus loquēdi erit, de quo nō loquitur Priscianus hoc loco, Suusq; significabit quod proprius. Separes autē interiecto uerbo, ad hunc modum: Suus est illius mos, Sua est istius natura, Suus est Aristot. modus, Suū Platonis genus, Suus est Vergilij uersus, Sua est discētis diligētia, sua docētis. Et sine uerbo substātiuo: Suus tenet dolor patrē, suus matrē. nec procul ab hoc abest Vergilianū illud: Fessosq; sopor suus occupat artus. Quapropter nō eadē (ut Prisciano placet) ratio dicēdi, Suus est Homeri uel Homero mos, usitatißimū loquēdi genus: & Suus Cicerōis filius hæres est patris institutus: qđ dici ratio uetat. Nam ꝙ ait, ad discretionē illius, qui secūdū legē nō est suus, id est, sub potestate patris legitimi non est, nulla ratio est, nisi & doceat sic locutos esse uel legū latores, uel principes, senatū'ue, aut populū, uel prætores, uel Iurisconsultos: qui etiā definitū reliquerūt, qui sui dicantur uel hæredes, uel serui, nunquàm hoc pronomē cum genitiuis huiusmodi copulātes. Et (ut rationē quoq; addā) Suus hæres, ad eū, cuius quis hæres est, refertur: sicut Suus seruus, ad eū, cuius quis est seruus: ut si dicā: Nemo potest suū instituere hæredē seruum suū: & Sua tutela ad illū refertur cuius tutela est, nec aliter dicitur Suus ad discretionem alterius, quàm Meus, Tuus, Alienus. Cùm ergo nihil agat Suus, si apponatur ad Ciceronis filius, palā est redūdare, nō aliter, quàm in altero exemplo. Egeo ingenij sui Ciceronis, Benedico ingenio suo Cicerōis ubi Su⁹ redūdare nō aliter quàm in altero exēplo diffitetur Priscian. sed pro Redundātia dixit, Abundātia. Sanè abundātia interdū aliquid causæ habet, redūdantia nihil. Nā quò dictionē non dico absurdā, sed otiosam, ac similē mēbro quod integro corpori (ueluti sextus in manu digitus) adnascitur? quam

quam ipse quoq; qui ait, tacitè reformidat longè pòst, quũ de uocatiuis pronominũ agit, inquiens: Itaq; quamuis ad ipsam rerum naturam rectè uideatur posse dici, O' sue fili Euandri: & , O' sua uxor Euãdri: ut si dicã Euandrie fili, & Euandria uxor, quum in hoc duæ tertiæ intelligantur personæ, possessoris & possessionis, usus tamẽ deficit. Cur Prisciane usus deficit? nempe quia deficit ratio, atq; ipsa rerũ natura: quoniã sue & redundat, & reciprocationem (quod ipsius proprium est) perdit. At tu uis addi etiã proprium, nec tamẽ tunc redundare siue abundare Suum, sed indubitabilẽ significare discretionẽ. Harum rerũ (quum ratio tecum non faceret) si nulla uspiam reperiebas exempla, tradere præcepta non debuisti. Si reperiebas, & illa debebas proferre, quod fecisses (opinor) si reperisses.

Suus, non caret uocatiuo. CAP. XIII.

QVòd si usus & uitãdæ redũdantiæ, & cõseruandæ reciprocationis causa respuit talem uocatiuũ, ô sue fili Euãdri, quid faciet neutra obstãte istarũ causarũ? profectò uocatiuũ oportet admittat, quum natura (Prisciano quoq; testãte) nõ refragetur. At quo pacto reperiemus nec redũdãtẽ, et reciprocũ uocatiuũ? id uerò iã superius ostẽdimus. Si enim illhic, Benedicite domino Angeli sui, id Angeli uocatiui est casus, perinde ac si diceretur, ô Angeli sui, & quale esset, Defendite, adiuuate, protegite Cæsarẽ uita periclitantẽ ô amici sui, ô milites sui, ô ciues sui: quid ni uocatiuũ suus habere dicẽdũ est? Quòd si nulla huiuscemodi reperiãtur exempla, nec mirũ, quia rarò sit opus hoc sermone, & ratio tã ualida est, ut ipsa poßimus esse cõtenti.

Non tantùm per nominatiuum, quale est, Videt illum suus filius, licere loqui, sed etiam per alios casus. CAP. XIIII.

SIcut in ea quæstione quæ reliqua est ex Prisciani verbis, sic paulò antè dictis: Est tamē aliqua differētia in possessiuo tertiæ personæ, cuius nominatiuo tum utimur, quādo ad suū possessorē possessio trāsitionē facit, & nō ad aliū: ut, Indiget illius, uel Ciceronis suus filius: Præstat illi, uel Ciceroni fili⁹ suus: Videt illū, uel Ciceronē suus filius: Bene meretur de illo, et de Cicerone suus filius. Similiter passiua quæ à possessore solo fiūt, nominatiuū possessionis exigūt: ut, Amatur ab illo, uel à Cicer. suus filius. Nec nō tam nominatiuo, quàm alijs casibus possessiui licet uti, quū possessorē ostendimus extrinsecus facientē transitionē ad aliquā aliā personā pro sua possessione: ut, Rogat me ille, ut suus legat apud me filius, & ut suus doceatur à me filius, & ut sui miserear filij, & ut suo donē filio, & ut suū sequar filiū, & ut suo potiar filio. Nā cur ad nominatiuū coarctat hāc regulā? An nō hoc per accusatiuū eiusdē generis est? Piget Ciceronis suū filiū, Rumor est Cæsari insidiari familiares suos, Constat suū esse Homeri morē, Fugere Pompeiū sua interest, Fratris iā pigere incipit uxorē suā. Nam per accusatiuū Latinius dici, quàm per nominatiuū, sic, Fratris iā incipit uxor sua pigere, alibi docuimus. Cui simile est illud Quintiliani in Milite Mariano: Nec si sit uitæ cupidissimus, pœnitere eum facti sui potest. Declam. 3.

Quædam reliquiæ præceptorum, quando indifferenter, quando differenter utamur his pronominibus. CAP. XV.

HArū porrò duarū Prisciani regularū, quas nūc ad literā subieci, ī posteriore licet pro Suus uti Eius, siue ipsius, id est, genitiuo: ut, Rogat me ille, ut eius legat apud me filius, et ut ipsius doceatur à me filius. In priore nō itē, qd' superius quoq; significauimus. Etenim (ut diuersa pro-

mam

mã claritatis gratia exẽpla) nõ ausim dicere, Pythagorã uenerabãtur discipuli eius, sed sui: nec, Quẽq; decet ipsius defensio, sed sua, siue sui, ut apud Valerium Martialem: Lib. 5. epigr. 10.

Et sua riserunt secula Mæonidem.

Nam id quod in principio negaui sub speciem transitionis cadere, sua quenq; delectant, sua cuiusq; sunt, sua cuique reddantur, iam admonuimus nõ posse mutare pronomen, quia tunc substantiuum est, Illud autem ancipitis usus est (quod in posterum consultò reseruaui) quoties per ablatiuum loquimur absolutum: ut, Beatus ille est, tot se uel eum iuuantibus. Potest iam securè uiuere tanta sibi, uel ei accedente hæreditate. Quo in genere nonnunquam usu uenit, ut per Se, non per Eum, uel ipsum utique loquendum sit.

Quemadmodum in construendo resoluantur,
Sui, Suusque, in Is, Ipse. Ille. CAP. XVI.

ET (*quod mireris*) *ab ipso Se incipiẽdũ, ut apud Quintilianũ Institutionũ primo: Tradito sibi puero, docendi peritus ingeniũ eius in primis, naturãq; perspiciat. Nõ enim dixerim, Tradito ei puero, Sibi in Ei mutato: aut Eius & Puero ꝑmutatis: sic, Docẽdi peritus in primis ingeniũ pueri, naturãq; ꝑspiciat tradito sibi eo. Sed magis hoc in Suus permittitur, q̃ in Is, ob id ꝙ sequi uult illud in cõstructione. Ideoq; resolui in quodlibet trium (de quibus disseruimus) pronominũ, Is, Ipse, Ille, tanquam affinitatis quodã, aut cõsanguinitatis gradu propinquorũ: ut apud Senecã: Sæpe in magistrũ scelera redierũt sua: qđ ita cõstruẽdũ erit, resoluendũq;: scelera magistri sæpe redierũt in eũ, siue in ipsum, siue in illum. Nonnunquam resolui nõ potest: nõ modò quãdo est substantiuũ: ut, Suum cuiq; soluatur, Sua cuiusq; sunt, nisi lõga et perinde dura circuitione utamur. Quod cuiusq; est, ei soluatur: quæ cuiusq; sunt* Cap. 4.

 ipsius

ipsius sunt:sed etiã quãdo accipitur pro proprius:ut, Suus
Verg. Aen.1. *est Homeri mos. Sunt & sua dona parēti. Sunt hic etiam sua præmia laudi:nisi hic circuitione utamur:ut, Mos Homeri est eius: Dona parētis sunt ipsi, Præmia laudis sunt illi:quod mihi nō probatur. Est autē & alterum per hæc ipsa tria prononũna resolutionis genus,ut si dicas:Sæpe in magistrũ scelera redierũt ipsius,uel eius,uel illius: quale est illud superius ex Quint. Quomō & ipsum & Verg. scripsisse manus eorũ docent. Resoluamus enim: Sæpe scelera magistri rediere in ipsum, uel in eũ, uel in illũ: item, Quomodo manus & ipsius & Vergilij docent eos scripsisse. Sed hoc transeo, & cætera, nō tam natiua materiæ, quàm adoptiua. Nam gratius facere scriptorem existimo qui nōnihil,quàm qui nihil omittit, ne saltē plus magnitudini,uoluminis,quàm utilitati legētiũ studuisse uideatur.*

PERORATIO OPERIS.



AEC *habui,Ioannes, de pronominum Sui, & Suus reciprocatione,quæ dicerem. Cuius quæstionis tantùm abest ut timeam, nequis tenuitatem, facilitatem'que insectetur, ut uerear,ne magnitudine potius, ac difficultate deterreatur, & quidē(sicut initio dixi)Labyrinthea. Etenim me quoque iuuat ad eius finem,uelut ad exitum Labyrinthi peruenisse illius Cretensis (nam complures fuisse memorantur)quem Vergilius idem alibi narrat,*

Aeneid.5. *Parietibus textum cæcis iter,ancipitemq;*
Mille uijs habuisse dolum,qua signa sequendi
Frangeret,indeprensus, & irremeabilis error.

Verùm non est cur ego iam uerear istam legentium(si quimodò hunc libellum legent)desperationem. Nãq; omnem,

quæ

quæ anteà erat, difficultatem, ut illis demerē, ipse suscepi, uniuersasq; ferè scrutatus cæcæ domus ambages, de Labyrintho, ut amphitheatrū facerē, elaboraui, quale ī media urbe uisitur, à Vespasiano extructū, aut quale Puteolanum, Cāpanum'ue, aut Veronense (nam eiusdem exempla sunt plurima) mille uias illud quidē habens, sed sine cæcitate, sine dolo, sine errore, aut (quo magis è uicino similitudinem sumā) quale summi pōtificis palatium, quod proximè Nicolaus Quintus ex cōfuso, & Labyrintheos anfractus habēte augustißimū reddidit, non tamē aboletis eorū titulis, qui illud ædificarāt, exornarantq;, sed reparatis, atq; magnificētius restitutis, ut nō immeritò ueteres summi pōtifices (si quis illis harū rerum sensus est) huic plus, quātùm ad ædificationē pertinet, quàm sibijpsis debere fateātur, à quo ædificāte plus ornamēti acceperunt. Factum haud dubiè omniū palatiorū magnificētia præclarius. Cui nōnihil nostrū fortasse cōferri poterit, qui priscorū autorum (quantū in nobis est) restituimus, reparauimusq; dignitatē. Sed quid demēs ego qui meū cū illius opere coner ulla ratione cōparare? casam cū regia, tophū cū marmore æs cū auro, literulas cū excellenti uirtute, ac singulari sapiētia: præsertim quū opusculū hoc non ausim edere, nisi prius ab eo cōprobatū, optimo literarū censore, nō solùm literarū præside ac principe? Est enim ille, ut semper antea doctrinarū omnium cultor, censorq;, ita nunc nō modò Romani pontificatus, ac Romani imperij, uerùm etiā Romani eloquij moderator & princeps. Quæ tria cuinam post homines natos affuisse dicemus? id est, ad duo priora, hoc tertiū acceßisse. In primis curā gerēdi, ut cùm omnis doctrina, tum uerò lingua Romana (quæ usitatius Latina dicitur) cunctarum doctrinarū seminarium coleretur, &

crescceret: res profectò (si uerè æstimemus) maioris laudis, quàm cætera. Siquidē illa ad nos aliorū iudicio, & interdum inuitos, deferūtur, hoc nō nisi iudicio nostro, studioq; contingit. Illa nonnunquā parū rectè administrantur, hoc non uideo quemadmodum non rectè queat administrari. Illa huius operam, atq; opem desiderant: hoc etiam ut illa non adsint, per se potest esse contentū. Itaq; ego Nicolaum Quintum, cū propter alia summum hominem iudico, tum uerò propter id, quòd non tantùm cultor est sapientiæ, sed plurimos etiam cultores efficit, haud iniuria comparandū censeo choro Musarum (si quæ unquam Musæ extiterūt) quæ & sapere ipsæ omnia, & nobis ad capessendam omnē sapiētiam autores esse creduntur. Ab hoc igitur Ioannes, cuius tu intimus es (ut ad nos reuertar) oraculum posces, nunquid hic liber tibi dedicatus editione sit dignus.

FINIS.

INDEX EORVM,

QVAE HOC IN LIBRO SCItu digna uidebantur: cuius primus numerus librum, alter libri caput indicat.

Casus

Con

D

Fabrica


Infen


Mat

Nun

R

FINIS.



SEBASTIANVS
GRYPHIVS GER-
MANVS EXCV-
DEBAT LV-
GDVNI,
ANN. M. D. LI.





